

CLAVDII GALENI

PERGAMENI OPERA, IAM RECENS VER
SA: QVORVM CATALOGVM PRO-
XIMA INDICABIT PA
GINA.



CVM GRATIA ET
PRIVILEGIO.

BASILEAE EX AEDIBVS AND.
Cratandri, Anno
M. D. XXXI.

HOC OPERE CONTENTA.

INTERPRETE

Theodorico Gerardo Gaudano,
De simplicium medicamentorum facultatibus, lib. XI.

Ioachino Martinio Gaudano,
De alimentorum facultatibus, libri III.

Ioanne Guinterio Andernaco,
De ratione uictus priuatorum in Hippocratis libellum Com-
mentarius.

Ioanne Fichardo Francofordiano,
De libris proprijs liber.

De ordine librorum suorum.

De praesagijs ex insomnijs sumendis.

Quomodo morbum simulantes sint deprehendendi.

De exercitatione paruae pilae

Consilium in morbo comitiali.

ILLVSTRISSIMO VIRO, DOMINO IOANNI AB HAN-
GESTO, EPISCOPO ET COMITI NOVIODV-
nensi, patrioq; Francia, Ioannes Sturmius S. P. D.



Aepenumero eorum admiratus sum industriam, qui studioforum cau-
sas eo nostris temporibus, in summa omnium desperatione, reduxe-
runt, ut nunc fere pristino loco uideantur esse restituta. Diuturnum
enim his & difficile bellum aduersus odiosissimam Barbarorum tur-
bam haecenus extitit. Conflictatum utrinque neque raro, neq; leuiter
est, diuque in ancipiti stetit belli fortuna: hinc scilicet prudentia feliciter quidem, sed
non sine magna suorum iactura propugnante: illinc tumultuante multitudine, solici
tantibus diuitijs, & undique inuidia grauius cum calumnia urgente. Sedenim iuuuit
deus partes meliores, & hominum acerbitates respexit, superiorumq; aetatum da-
mna praesentium rerum felicitate pensauit. Magnam laudem retulerunt literarum proce-
res: quos in hoc deus esse uoluit, ut saniore iudicio tractaretur Christianorum status.
Horum iam pars mortua, Christo uiuit, & caelesti fruitur hospitio: pars adhuc super-
stes, & recreatur anteaetis, & expectatione futurorum, optatissima mortis desiderio
tenetur. Satis nunc fere debilitatae sunt Barbarorum copiae: & si quid reliquum est,
propter praesentem tamen hominum persuasionem desinet esse molestum: qui nobis
libenter cedunt, quod ipse rerum exitus ostendat quam necessarius sit artium atque
linguarum usus. Silent igitur canes, & se cohibent in locis alienis, fortasse sequituri rur-
sus, si quid ueteris potentiae, si qua occasio contingat. Etenim ne nunc quidem pro-
fus euauit haec pestis: adhuc se spe tempestatis aduersae fouet, si quando suo more ho-
minum res uasitare possit. Veruntamen eo nunc nostra felicitas redijt, ut saepe in do-
ctorum congressu oriatur temporum collatio, dubitentq; an post Ciceronis seculum
fuerit unquam ullum doctius. Quamobrem & mihi talia consideranti, uidetur haec
aetas magnam suo prouentu studijs spem dare syncerae eloquentiae, iucundissimae tran-
quillitatis, summaeque prudentiae. Sunt enim magna adiumenta cum a librorum copia, quam
nobis res typographica suppeditat: tum ex doctissimorum ingeniorum admiranda
foetura. At nihil ex omni parte beatum est, neq; ullus tam felix, quem non aliquando
perturbet fortunae mutabilitas. Video magno suo periculo bona studia laborare, dum
quidam laudis ambitione, aut auaritia stimulis moti, multa inepte scribunt: quidam
etiam exemplo uitae, magno sunt dehonore humano coetui. Hic inuecti-
uis stomachatur inutiliter, ille apologijs impotenter repugnat: est alius qui in audito-
rum corona clamat ridicule, nulla demulcens auditores utilitate: item alius (quod o-
mnium est perniciosissimum) apud uiros principes, quibus cordi essent literae, sermone
stulto & gesticulationibus ineptis se turpiter dat, & magnum stultitiae documentum
praebet. Perditur his literarum autoritas: & paucorum uitio fit, ut earum amor in alijs
refrigescat, in alijs non accendatur. Si hic ambitionis & auaritiae affectus apud
homines stultos desineret, meliora essent quae hodie aduntur in uulgus, & principes
haberemus magis fauentes: qui ut tum fouerent studia, ita etiam in rebus administran-
dis eorum qui haec prudenter secuti essent, uterentur prudentia. Sed rebus suis pru-
dentissime Christianissimus Francia rex consuluit, cuius iam aula plena doctorum ui-
rorum est, & qui studijs magnam excitauit expectationem: olim optimarum artium
& disciplinarum domicilio promisso: nunc autem uiris doctissimis in hoc delectis &
ordinatis, ut ne quid dubij possit esse reliquum. Faxit Christus ut nobis hic uir quam-
diutissime seruetur incolumis, quod iam pridem pacis comoditate uniuersum orbem
mirabili gaudio perfudit: & hoc instituto suum imperium tranquillum, praclarum,
& beatum reddet, reliquasque nationes impensissime iuuabit: omnibus ad haec princi-
pibus ornamento erit, & exemplo. Repeto haec apud te uir clarissime, non quod tibi
inaudita & incognita putem, sed quod te scio maximopere promouere bonorum stu-

dia, & mirifice delectari, si huiusmodi identidem tibi commemorentur. Facis autem melius quam Athenienses in Harmodij decantata passim cantilena. Nam haec illis Tyrannicidarum mortis memoriam non sine commiseratione renouabat; te uero rei pulcherrimae & utilissimae consideratio, summa cum uoluptate lenit exhilaratque. Praedicant de te plerique tantum illum erga studiosos amorem; & tuo iure omnium laudes mereris. Volui huius rei indicium publice aedere, unde etiam tu intelligas, quanta sit bonorum de te aestimatio, quamque ignotis sis admirationi, qui ex aliorum praedicatione tuas laudes silentio praeterire non possunt. Cape igitur, o uir amplissime, excellentissimi medici opus utilissimum, summaque cura meditatum: & tuo patrocinio nitatur. Bonam operam nauauit Theodoricus Gerardus in uertendis his Galeani libris: atque utinam neque haec diligentia ipsi desisset esse salutaris. Vix enim his primum celeriter uersis, mors praenituit: ipsumque magno literarum damno continuo occupat. Quanquam non eo translati erant, ut aederentur, (non enim tantum sibi tribuebat) sed ut suis priuatim studiis consuleret. Habuit autem eum morem, ut si quem Graecae facundiae bonae notae scriptorem legeret, eodem labore Latine etiam interpretaretur. Etenim prudenter sibi persuadebat, non satis diligenter legi, quod non recte intelligeretur: nec se posse intelligere, quod uix uertendo assequeretur. Quam uelim ut hoc exemplum studiosi imitarentur: nam hoc modo & circumspicientes fierent, & minor esset pessimorum librorum copia. Transtulit praeterea in sermonem Latinum & alia multa huius auctoris, quae ipse moriens amicorum fidei commendauit: quae uel ante uersa non erant: uel si erant uersa, at certe infeliciter, & barbarè. Porro tamen si tantum nobis in hoc amici opere restituendo effectum sit, quantum scilicet licuit in imperfecto, & in lectione propter occupationes subsultanti, consilium tamen erat, haudquaquam sinere hominis diligentissimi labores interire, atque id curare, ne quid pereat publicae utilitati: quandoquidem & optima fide uersum est, & Latine, quod haecenus inter manus fuit barbarissimum. Sunt autem necessariae omnino haec translationes huic seculo, quod quidam senes ad Graecam linguam accedunt, quidam infeliciter operam impendunt, atque his adiuuentis opus habent. Antiqui interpretes etiam hoc nomine commendandi sunt, quod scripta illis erant exemplaria, & multa habuerunt bene, quae nunc typographorum imperitia & negligentia sunt corrupta, ut ex illis etiam in integrum autorem restituere liceat. Nisi haec causae essent, ma-

lim in uniuersum interisse interpretationes, atque nullam indoctis occasio-
nem contemnendi optima relinqui, qui uana dicitant Graecorum
studia, quod omnia Latina facta habeant. Sed ualeant
tam inepta iudicia, neque bonorum utilitates in-
terumpi sinamus, & pro se quisque nita-
tur esse commodo mortalibus.

Tu uero perge
ut coepisti, uir illustris-
sime, rei ut honestae, sic etiam
utili, esse fautor & adiutor. Vale.

EORVM

EORVM QVAE

HIS LIBRIS A GALE
no traduntur, index.



Brotonum.	55. B	Alifina.	63. B	Antirinum.	59. D
Abinthium.	61. A	Allium.	83. D, 141. C	Antispodium.	97. C
Acacia.	57. C	Aloë.	58. A	Aparine.	59. D
Acacalphe.	57. C	Alfina.	122. C	Aphace.	61. A
pag.	139. A	Alfina.	58. B	Aphades.	77. A
Acantha aegyptia.	57. D	Althea.	64. A	Aphaca.	127. D
Acantha leuce.	57. D	Altercum.	86. C	Aphrolitrum.	94. D
Acanthion.	57. D	Alumen fissile, rotundum, &	97. D	Aphronitrum.	94. D
Acanthos.	57. D	humidum.	97. D	Aphroselinus.	92. D
Acerum.	5. D, 6. A, B, C, D	Alysson.	58. B	Apium.	82. D, 138. D
pag.	7. B, & 79. A	Amaracon.	58. B	Apocynum.	59. D
Achrades.	59. D	Amarantum.	58. C	Aquatilium animalium alimen- tum.	147. D
Acinorum uuae nuclei.	62. C	Amarobria.	58. C	Aqua pura quod iudicada.	2. C
Aconitum.	58. A	Ami.	58. C	Aqua potabilis humida.	2. D
Acorum.	57. D	Amomum.	59. A	Aqua calfacit et frigefacit.	3. A
Acte.	58. A	Ammoniacum.	59. A	Aqua facultas.	2. A
Aculeata planta.	138. C	Amorge.	58. C	Aqs in falsis puenientia.	114. B
Adarcion.	114. B	Ampelos agria, hemeros, leu- ce, melana.	58. D	Arabius.	93. D
Adeps, & pinguedo.	108. C	Ampeloprason.	58. C, 141. C	Aracus.	126. C
pag.	144. B	Amurca.	58. C	Arborum fructus.	130. B
Adiantum.	57. B	Amygdala.	59. A, 135. A	Arbutus.	71. D
Adstringentia quae.	88. B	Amylum.	121. D	Arceuthus.	60. A
pag.	34. D	Anagallis.	59. A	Arctium.	60. A
Adstringens quod differat ab austero & acerbo.	10. D	Anagyris.	59. B	Argemone.	59. D
Aegilops.	57. B	Anatome uiuorum si a regibus fiat in hominibus morti com- demnatis, nihil graue com- mitti.	99. D	Arrhenicum.	94. D
Aegyus.	57. B	Anatomici libri Gal.	162. A	Arisarum.	60. A
Aezoon.	57. B	Anchusa.	56. D	Aristolochia.	60. A
Aer tenuis.	7. A	Anchusae.	Ibidem.	Arnoglossum.	60. B
Aera.	57. B	Andrachne.	59. B	Artemisia.	60. C
Aes ustum.	98. C	Androsaces.	59. B	Arum.	60. B, & 104. C
Aeris & ferri squamma.	96. B	Androsamum.	59. B	Armeniacum.	94. C
Aeris flos.	98. C	Anemone.	59. C	Armeniaca mala.	133. A
Aerugo.	95. B	Anethum.	59. C	Asarum.	60. C
Aganici radix.	57. A	Anisum.	59. D	Asclepias.	60. C
Agerantum.	57. B	Animalia cartilaginea.	151. B	Aspalathos.	60. C
Ageratus.	93. B	Animalia crustata.	151. B	Asparagus.	60. C, 139. B
Agnos.	56. B	Animalia mollia.	151. B	Asphaltion.	86. B
Agrostis.	56. C	Animalia testata.	151. A	Asphaltum.	115. A
Agrostis esculenta.	56. D	Animalium pedestrium nutri- mentum.	141. D	Asphodelus.	60. D, 140. D
Alabastrites.	93. D	Animalium pedestrium lingua. pag.	143. B	Asplenum.	60. D
Albucus.	140. D	Animalium ferorum & dome- sticorum differentia.	144. C	Allius.	93. B
Alcyonia.	114. B	Anodyna facultas.	51. A	Altaphis.	60. D
Alectorides.	113. B	Anseres.	147. B	Astragalus.	60. D
Alexiteria & Alexipharma- ca facultates.	50. C	Anticyricos helleboros.	83. A	Aster atticus.	60. D
Alga.	62. C, 87. B	Anthemis.	59. C	Attalus rex.	99. D
Alimum.	58. A	Anthillis.	59. C	Atractilis.	60. D
Alica.	121. A			Atramentum scriptorium.	96. C
				Atramentum futurum.	98. A
				Atraphaxys.	60. D
				Atriplex.	60. D, 138. B
				Auellana.	69. B
				Auena.	57. B

I N D E X.

Auricula muris. 58. B. 77. D
 Auripigmentum. 94. D
B Alanos. 61. B
 Balauftium. 61. B
 Balsamum. 61. B
 Batrachium. 61. C
 Batus. 61. D
 Bdelium. 61. D
 Bellaria. 120. C
 Bechium. 61. D
 Beta. 85. B. 137. D
 Betonica. 70. B
 Bitumen. 115. A
 Bitumen proueniens in mari
 mortuo. 115. A
 Blitum. 62. A. 138. B
 Bolbos emeticos. 62. A
 Brassica. 26. D. 72. D. 138. A
 Brassica agrestis. 72. D
 Brassica marina. 72. D
 Brathy. 62. B
 Bretanica. 62. B
 Bromus. 62. C. 124. B
 Bryon, aut splachnon. 62. C
 Bryon thalattion. 62. C
 Bubonium. 62. A
 Buccina, & purpura. 111. A
 Buglossum. 62. A
 Bulbi. 140. D
 Bulbus satiuus. 62. A
 Bulbus uomitorius. 62. A
 Bunium. 62. A
 Buphthalmum. 62. B
 Buprestis. 113. D
 Butyrum. 102. B
C Acalia. 68. B
 Cadmia. 95. C
 Calamintha. 67. D
 Calamus odoratus. 68. B
 Calamus phragmites. 68. B
 Calidum quot modis dicatur.
 pag. 22. C
 Calidū per se, refrigerare ui-
 detur quandoq. 24. A
 Calx. 98. A
 Canabis. 68. C
 Cannabis semen. 127. D
 Cancanus. 68. B
 Cancri usti. 112. C
 Canis sentis fructus. 132. C
 Canna. 68. B
 Cantharides. 113. C
 Capparis. 68. C. 136. A
 Capnios. 68. C
 Capnos. 68. C
 Caput leporum. 109. D
 Caput maenidum. 109. D
 Caput saurarum. 109. D
 Carcini usti. 112. C
 Cardamomum. 69. A
 Cardamum. 68. D
 Caries lignorum. 82. D
 Carya. 69. A
 Carnis consideratio. 107. A
 Caro uiperæ. 107. A. 108. A
 Caron. 69. A. 141. A
 Carpesium. 69. B
 Cartilaginea animalia. 151. B
 Caseus. 102. A. 146. B
 Casia. 69. A
 Castorium. 110. B
 Cathartica, hoc est purgas fa-
 cultas duobus modis dici-
 tur. pag. 51. C
 Caucalis. 69. B
 Cauda equina. 67. A
 Cecis. 70. B
 Cedrus. 69. C
 Cedri fructus. 132. D
 Cenchrum. 69. B
 Centaurium maius. 69. D
 Centaurium minus. 70. A
 Cera. 73. C. 141. C
 Ceratia, id est siliqua. 136. A
 Cerasus. 70. A
 Cerasia. 132. C
 Ceratonia. 70. B
 Cerebrum. 144. A
 Cerebrum leporis. 109. D
 Cerussa. 98. D
 Cestrum. 70. B
 Cetacea animalia. 151. C
 Chalbane. 87. B
 Chalcanthos. 98. A
 Chalcitis. 98. C
 Chalcos cecaumenus. 98. C
 Chalco anthos. 98. C
 Chamæcissos. 87. B
 Chamædaphne. 63. C
 Chamædryas. 87. B
 Chamælea. 87. B
 Chamæleon. 87. C
 Chamæleuce. 87. B
 Chamæmelum. 25. A. 59. C
 Chamæpitys. 87. C
 Chamælyce. 87. C
 Chelidones usta. 113. A
 Chelidonium. 87. C
 Chole. 102. D
 Chondrus. 87. D
 Chondrila. 87. D
 Chrysites. 87. D
 Chryfocome. 87. D
 Chryfocolla. 98. D
 Chryfocolla medicamentum
 ex urina pueri. 104. A
 Cicada. 113. A
 Cicer. 65. B. 125. C
 Cici. 70. C
 Cichorium. 82. D
 Cicuta. 74. B
 Cimices. 113. C
 Cinara. 138. D
 Cinnabari. 95. D
 Cinamomum. 70. D
 Cinis. 85. B
 Circæa. 70. D
 Ciferis, pumex. 92. C. 96. A
 Cissampelos. 65. A
 Cissos. 71. A
 Cistharus. 70. D
 Cisthus. 70. D
 Citrigo. 76. C
 Citria. 136. B
 Clematis. 71. B
 Clinopodium. 71. B
 Cnicum. 86. B
 Cnicus. 71. B
 Cnide. 139. A
 Coagulum. 102. C
 Cocalon. 74. B
 Cochlear. 112. C
 Cochlearum caro. 108. B
 Coccymelea. 71. C
 Coccus baphicos. 71. B
 Coccum cnidium. 71. B
 Cœruleus. 96. A
 Colla, aut gluten. 71. B
 Colocynthe. 71. B
 Colocynthis. 71. D
 Comarus. 71. D
 Cōmentarij Galeni. 160. C
 Commi. 71. D
 Congelatio quo à refrigeratō-
 tione differat. 5. B
 Conia. 71. D. 96. A
 Conson.

I N D E X.

Conson. 74. B
 Conyza. 71. D
 Conos. 74. B
 Confilium Galeni in morbo
 Comitali. 170. A
 Copros. 104. C
 Κοροσάριος ignominiosus uo-
 cabulū, quā uel fellator,
 uel cinædus. 99. C
 Coriandrum. 72. A
 Coriannon. 72. A
 Coria uetera. 111. A
 Corydos. 113. A
 Corion. 72. A
 Coronopus. 72. C
 Cornua cerui, & capræ, pa-
 gina. 109. D
 Cornus. 72. C
 in Corpore pueniētia. 104. C
 Corpora quot modis dicantur,
 calida, humida, frigida
 & sicca. 22. B
 Costus. 72. C
 Cotyledon. 72. C
 Crambe. 72. D
 Crania. 72. C
 Cratæogonos. 73. A
 Crethmon. 73. A
 Crimnon. 73. A
 Crinos. 73. A
 Crithe. 73. A
 Crocus. 73. C
 Crocodilium. 73. B
 Crustata animalia. 151. B
 Cucumis. 83. A. 129. D
 Cucumis agrestis. 85. B
 Cucurbita. 71. C. 129. A
 Cupressus. 74. A
 Cuminum. 74. A
 Cyamos. 73. C. 128. A
 Cyanos. 96. A
 Cyclaminos. 73. D
 Cyminum. 74. A
 Cynos batus. 74. A
 Cynocrambe. 59. D
 Cyparissus. 74. A
 Cyperus. 74. B
 Cypros. 74. B
 Cytisus. 74. B
D Amasonium. 63. B
 Daphne arbor. 63. C
 Daphne herba. 63. C
 Daucus. 63. B. 141. A
 Daucus syluestris. 69. B
 Diasmyrnon collyriū. 100. C
 Dictamnium. 63. C
 Dioscorides Anazarbensis
 omnium perfectissime de me-
 dicamentis scripsit. 54. D
 Dioscoridis Thyites. 92. D
 Diphryges. 95. A
 Dipfacos. 63. C
 Dolichum. 126. D
 Dorycnidium. 63. D
 Draco marinus. 113. D
 Dracuntium. 63. D. 140. C
 Dracunculus. 63. D
 Dryopteris. 63. D
 Drys. 63. D
 Dulcis radix. 62. D
 Dura omnia an p decoctionē
 salfos succos gignat. 150. C
 Durum & molle tribus mo-
 dis dicitur. 44. C
E Benus. 64. A
 Ebiscus. 64. A
 Ebulus. 58. A
 Echinus combustus. 112. C
 Echinus herba. 65. D
 Echinus marinus. 151. C
 Edulia media. 152. D
 Elæa. 64. B
 Elæon. 64. B
 Elaphoboscus. 64. D
 Elatine. 64. D
 Elleborus. 65. A
 Eleliphacos. 65. A
 Elenium. 64. D
 Elxine. 65. A
 Elymus. 65. A. 124. C
 Empetron. 65. B
 Empiricis contradicendi oc-
 casionē qui præbeant. 8. A
 Emplastica medicamēta. pa-
 gina. 34. B. C
 Enula campana. 64. D
 Ephemerum. 65. D
 Epimedium. 65. B
 Epimelis. 65. B
 Epithimum. 65. B
 Equarium. 138. D
 Equorum lichenes. 111. A
 Erebinthus. 65. B
 Erice. 65. C
 Erinaceus combustus. 112. C
 Erinacei terrestris caro. pa-
 gina. 108. B
 Erpylus. 65. C
 Eruangina. 79. B
 Eruca. 139. A
 Eruum. 79. B. 127. B
 Eruilia. 126. B
 Erysimum. 65. C. 127. B
 Erythrodanum. 65. C
 Escharotica. 49. C
 Eupatorium. 65. C
 Euphorbium. 65. D
 Experientia iudicatur medi-
 camentorum facultas. pa-
 gina. 12. B. 24. C
 Experientia ratio quo pacto
 subscribat. Ibidem.
F Aba. 73. C. 125. B
 Faba Aegyptia. 125. C
 Facultas quid dicatur. 1. A
 Facultas quo pacto iudicari
 oporteat. 1. C. 53. C
 Facultate propria quod fit,
 quomodo discernat ab eo
 quod ab accidente. 1. D
 Facultates à corporis parti-
 bus cognominata. 53. A
 Fel. 102. D
 Fera regia. 99. C
 Fermentum. 66. A
 Ferri & aris squamma. 96. B
 Ferula. 78. B
 Ficus. 84. C. 130. B
 Filicula. 63. D
 Filix. 81. C
 Flos aris. 98. C
 Foeniculum. 76. A. 139. B
 Foenumgræcum. 85. D
 Folium malabathri. 87. B
 Fructus arborum. 130. B
 Fructus fugaces. 128. D
 Frigidum quot modis dica-
 tur. pag. 22. C
 Frigidum per se, sæpenum-
 ro exalfacit. 24. A
 Fuligo. 75. B
 Fumus. 68. C
 Fungus. 77. C. 141. B
G Agathes. 93. C
 Γάλα, lac. 101. B

I N D E X.

Ccymon.	139. B	Panis hordeaceus.	122. B	Picnocomum.	81. C
Oē.	78. D	Papauer.	76. D	Pilę paruę exercitatio.	168. B
Oenos.	78. D	Papauer cornutum.	76. D	Pili usti.	111. D
Olea.	16. 17. 18. & 64. B	Papauer herculeum.	77. A	Pinea nux.	132. D
Oleū.	13. 14. 15. 19. 20. 64. B	Papaueris semen.	127. C	Pinguedo & adeps.	108. C.
Olostium.	78. D	Papyrus.	79. C	& pag.	14. B
Olus atrum.	138. D	Pardalianches.	58. A	Pingue, & quicquid nutrit,	
Olynthi.	78. D	Paregorica facultas.	51. A	ex dulciū est genere.	36. C
Olyra.	78. D. 123. A	Paronychia.	79. D	Piper.	80. A
Omphacitis.	70. B	Parthenium.	65. A	Pira.	134. C
Onagron.	78. D	Partium tenuium & crassarū		Pira syluestria.	59. D
Onathera.	78. D	quę uocentur.	33. C	Pirus.	59. D
Onathyris.	78. D	Pastinaca.	48. B. 141. A	Pisa.	125. C
Onobrychis.	79. A	Pedestrium animalū excar-		Pisces saxatiles.	149. A
Ononis.	78. D. 79. A	nes partes.	143. A	Pisces molli carne præditi. pa-	
Onofma.	78. D	Pedestrium animalium nutri-		gina.	149. B
Opercula purpurarū.	111. C	mentum.	141. D	Pisces durę carnis.	150. A
Ophites.	92. C	Peganon.	80. C	Pisces sale asseruati.	152. B
Opus, siue succus.	79. A	Pelagij pisces.	148. C	Pissa.	80. C
Orchis.	79. B	Pellis ouina.	111. A	Pisselæum.	80. C
Orchis, serapias.	79. B	Pentaphyllum.	79. D	Pistacium.	80. C. 135. C
Origanus.	79. B	Peperi.	80. A	Pityides.	80. D
Orminum.	127. D	Peplum.	80. A	Pitys.	80. D
Orobanche.	79. B	Peplos.	79. D	Pityocampe.	113. D
Orobos.	79. B	Pepones.	129. C	Pityusa.	80. D
Oryza.	79. B. 124. C	Pepion.	83. A	Pix.	80. C
Oliris.	79. C	Perdicium.	65. A	Placenta.	120. C
Osma.	78. D	Periclymenos.	80. A	Plantæ aculeatę.	138. C
Ossa.	110. D	Peristereon.	80. B	Plantarū agrestium fructus.	
Ostium medulla.	109. C	Persea.	80. A. 136. B	pagina	136. C
Ostracites.	92. C	Persica.	133. A	Plantarū alimonia.	136. D
Ostracon.	97. C	Persice.	77. A	Pantarum, quę edendo sunt	
Ostrea.	111. B	Petalites.	80. B	differentia.	139. D
Ostrea.	111. A	Petrofelinum.	80. B	Plantago.	60. B
Quorum facultas.	111. D	Peucedanum.	80. B	Platanus.	80. B
Quorum alimenta.	147. D	Phaci.	86. D	Plumbago.	97. A
Oxos.	79. A	Phacos.	86. D	Plumbum.	97. A
Oxyacanthos.	79. A	Phalangites.	86. D	Polemonium.	81. A
Oxylapathum.	138. C	Phaleris.	86. D	Polenta.	122. C
Oxyphyllon.	86. B	Phasgamum.	78. C	Polium.	81. B
Oxygala.	145. D	Phaselus.	126. B	Polium minus.	81. B
		Phasiolon.	67. B	Polycnemon.	81. B
P		Phlomis.	86. D	Polygonum.	81. A
Paonia.	63. A	Phlonitis.	78. D	Polygonatum.	74. D. 81. A
Paliurus.	79. C	Phoca coagulatum.	102. C	Polygonon.	81. A
Palma.	87. A	Phoenix.	87. A	Polypodium.	81. B
Palmę fructus.	134. D	Phorbion.	87. A	Pompholyx.	97. C
Panaces asclepium.	79. D	Phrygius.	93. B	Populus alba.	75. A
Panax chersonium.	79. D	Phu.	87. B	Portulaca.	59. B. 138. B
Panax Heraclium.	79. C	Phycos.	87. B. 98. A	Potamogaton.	81. B
Panicum.	65. A. 124. C	Phyllitis.	87. B	Poterium.	78. C
Pancratium.	79. C	Phyllon malathru.	87. B	Pręfagia ex insomnijs.	167. C
Panum genera.	119. C. D	Picea.	80. D	Prasium.	81. B
Panis elotus.	121. A			Prognostici	

I N D E X.

Prognostici libri Gal.	163. A	S Abucus.	58. A	Semper uium.	57. B
Propolis.	81. C	Sabina.	62. B	Senecta serpentis.	110. D
Prunus.	71. C	Sagapenum.	82. C	Sentis canis.	74. A
Pruna.	135. D	Salamandra.	113. D	Sepia.	111. C
Pseudodictamnium.	87. D	Sal.	114. C	Serapias.	79. A
Psimythium.	98. D	Sal uftus.	114. D	Serum lactis.	101. C
Psoricum.	98. D	Salis flos.	114. D	Seriphum.	82. D
Psychrotrophum.	70. B	Sales.	94. C	Seris.	82. D. 87. D
Psyllium.	88. A	Saliua.	104. B	Serica, fructus quidā.	135. D
Ptarmice.	81. C	Salix.	67. B	Serpyllum.	65. C
Ptelea.	81. C	Saluia.	65. A	Sesamoides.	83. A
Pteris.	81. C	Salugo.	115. B	Sesamoides album.	83. A
Pulegium.	62. D	Sampsychon.	82. C	Sesamon.	83. A. 127. B
Pulmo agninus, & porci-		Sandarace.	97. D	Seseli.	83. A
nus.	110. A	Sandix.	97. D	Sicyos.	83. A
Pumex.	92. C	Sanguis.	100. A	Sicyos agrios.	83. B
Punica.	134. C	Sanguis columbæ.	100. B	Sideritis.	65. A. 83. A
Pyrethron.	81. D	Sanguis crocodoli & reli-		Sielon.	104. B
Pyrites.	93. A	quorum.	101. A	Siliquæ.	136. A
Pyros.	81. D	Sanguis humanus.	100. B	Silphium.	83. B
Pyxacanthon.	75. C	Sanguis animalium pedestri-		Similium usus.	100. C
Pycnocomum.	81. C	um.	146. D	Sion.	83. C
		Sanguis noctuæ.	100. C	Sisaron.	83. C
Q		Sanguis suillus.	100. A	Sisymbrium.	83. C
Quercus.	63. D	Sanguis uespertiliõis.	100. C	Sisõn.	83. C
		Sanguis uiridiū ranarū.	101. A	Sitis causa quę sit.	8. D
R		Sapor amarus & acris, quo-		Sium.	138. D
Radicula.	81. D. 141. B	modo differant.	40. C	Smilax.	83. D
Radix rhodiæ.	82. B	Saporis cuiusq; facultas quo-		Smiris.	92. C. 93. D
Ranæ ustæ.	113. B	modo agnoscatur.	34. A	Smyrna.	83. D
Rapum.	63. B. 73. D. 140. B	Sapores acres calidiff.	40. A	Smyrna boice.	84. A
Renes scincorum.	110. D	Sapphyrus.	92. D	Smyrnum.	84. A. 138. D
Resina.	82. A	Saprotos <i>ῥύλαρ</i> .	82. D	Solanum.	86. B. 138. C
Rha.	81. D	Sarcocolla.	128. A	Somniorū præfagia.	167. A
Rhamnus.	81. D	Satyrium.	82. D	Sonchus.	84. A
Rhaphanis.	81. D. 141. B	Scandix.	82. D	Sophistæ demonstratiõis prin-	
Rhetina.	82. A	Schinus.	83. C	cipia incertiora efficiūt, q̄	
Rheum.	81. D	Schœnos <i>ῥεα</i> .	85. A	quę demonstrantur.	11. D
Rhodia rhiza.	82. B	Schilla.	85. B	Sorbus.	78. D
Rhodos.	82. B	Schinu anthos.	83. C	Sorba.	134. D
Rhododaphne.	78. C. 82. B	Schistos.	85. A	Sordes.	82. C
Rhocæ.	82. B	Scirri ortus.	94. A	Sordes hominum.	106. D
Rhus.	82. B	Scolymos.	46. A	Sparganium.	84. B
Rhypos.	82. C. 106. D	Scordium.	83. D	Spartum.	84. B
Ricinus.	70. C	Scoria.	83. D	Spica nardi.	78. B
Robur.	63. D	Scorodum.	97. D	Spina alba.	57. D
Rosa.	82. B	Scorodoprasion.	83. D	Spina uulgaris.	57. D
Rosacei usus in capite perfo-		Scorpioides.	83. D	Spinalis medulla.	109. C.
rato.	100. C	Selachia.	151. B	& pag.	144. B
Rosaceum.	25. A. 28. D	Selinon.	82. D	Splanchnon.	62. C
Rubia passiuæ.	65. C	Semina alienigena.	128. A	Spodium.	97. C
Rubus.	61. C	Seminalis.	81. A	Spondylon.	85. A
Rubi fructus.	132. C			Spongia.	11. A
Rumex.	138. C				
Ruta.	80. C				

I N D E X.	
Sponte nascentium medicamentorum, quæ combusta sunt, calidiora arbitrari oporteat, an frigidiora: in proœmio noni lib.	88. B
Spuma salis.	115. A
Squamma æris & ferri.	96. B
Stachys.	84. B
Staphilinus.	63. B. 84. B
Stercus.	104. C
Stercus anserum & ciconiarum.	106. B
Stercus bubulum.	105. D
Stercus caninum.	104. C
Stercus caprinum.	105. B
Stercus columbinum.	106. A
Stercus crocodilorum terrestrium.	106. D
Stercus gallinaceum.	106. A
Stercus humanum, pag.	99. B. 104. D
Stercus lupinum.	105. A
Stercus murium.	106. C
Stercus ouillum.	106. A
Stimmi.	97. D
Stœbe.	84. B
Stœchas.	84. B
Stratiotes.	84. C
Strigmenta balnearum.	62. D
Strobilon.	74. B
Struthion.	84. C
Struthocamelus.	147. B
Strychnum.	86. B. 138. C
Stypteria schiste, & strongyle, & hygra.	97. D
Styrax.	84. C
Succus.	79. A
Sudor.	103. B
Sulfur.	95. B
Sycamina.	132. A
Sycomorus.	136. A
T Amarix.	77. D
Tela aranei.	111. A
Telephium.	85. C
Tellinæ salis.	113. C
Telis.	85. D
Tephra.	85. A
Terminthos.	85. B
Terra Samia.	90. C
Terra differentia. A. B. C. D.	88. D. 89
Terra lotio.	90. B
Terebinthus.	85. B
Festa.	87. C
Testata animalia.	151. A
Testes animalium.	143. D
Testiculus canis.	79. B
Tettiges.	112. A
Teucrium.	85. B
Teutlon.	85. B
Thalietrum.	66. B
Thapsia.	66. C
Thelypteris.	81. C
Theon.	95. B
Therapeutici libri Galenipagina.	162. D
Theriaca.	107. D
Thermus.	66. C
Thermos agrios.	66. C
Thlaspi.	66. D
Thridax.	66. D
Thus.	75. A
Thymum.	66. D
Titanos.	98. A
Tithymalli.	85. D
Torpedo.	113. D
Tragacantha.	86. A
Tragion.	86. A
Tragoriganum.	86. A
Tribulos.	86. A
Trichomanes.	86. B
Tricoctum.	76. C
Trifolium odoratum.	76. C
Trigle.	113. D. 148. D
Triticum.	81. D. 119. B
Triticum in aqua elixum.	121. B
Triphyllum.	82. D. 86. A
Tripolium.	86. A
Trychnon.	86. B
Tuber terræ.	73. D. 86. C
Tubera.	141. A
Turiones arborum fructuum, pag.	139. D
Tussilago.	61. D
Typha.	123. A
V Enter mergi.	110. A
Ventriculus & uterus animalium quadrupedum, pag.	144. C
Veratrum.	65. A
Verbascum.	86. D
Vicia.	127. D
Victus priuatorum ratio, pagina.	153. C
Vinum.	78. D. 152. A
Vina quando acefcant, & corrumpentur. 3. D. 38. A. B	
Viola.	67. A
Viperæ caro.	107. A
Viperæ dipsades.	107. D
Viscera animalium pedestrium.	144. B
Viscum.	66. D
Vitex.	56. B
Viticis semen.	127. D
Vitis agreftis.	58. D
Vitis alba.	58. D
Vitis nigra.	58. D
Vitis sativa & culta.	58. D
Vlmus.	81. C
Vmbilicus Veneris.	72. C
Vngues caprarum & asinorum.	110. D
Vocabulorum quorundam inanis usurpatio.	53. B
Volatilium animalium nutrimentum.	146. D
Volatilium partes quomodo differant.	147. B
Volatilium sanguis.	147. D
Volucrum maius.	80. A
Vrina.	103. D
Vrina humana.	103. D
Vrinam cientia.	48. C
Vrtica.	57. C. 139. A
Vua.	60. D. 130. D
Vuæ passæ.	131. C
Vulpes.	114. A
X Anthium.	78. C
Xiphion.	78. D
Xenocratis medici immunities.	99. C
Xyris.	78. D
Z Eia.	65. D. 123. A
Zingiber.	65. D
Zyme.	66. A
Zythus.	66. A

F I N I S.

CLAVDII GALENI

PERGAMENI DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORUM FACULTATIBVS
LIBER PRIMVS.

Theodorico Gerardo Gaudano interprete.

Quid dicatur Medicamentum, & quid Facultas: & quomodo hæc quidem actu, illa uero potentia existat. Caput 1.



VANTVM conferat simplicium medicamentorum exacte facultates cognoscere, quamque necessarium sit tum ad uariorum compositionem, tum ad inuentorum opportunum usum, non habeo nunc ostendere: Nam id partim in opere de Medicamentorum compositione, partim in Curandi methodo monstrabitur. Verum quod deinceps ad temperamentorum sequitur tractationem, id in presentia dicitur, ubi uidelicet prius uocabulorum, quibus in hoc utemur libro, significata definiuerimus. Medicamentum, omne id dicimus quod naturam alterare potest: sicuti (puto) nutrimentum, quicquid substantiam augere. Refertur enim utriusque ad aliquid. Porro medicamentum simplex & ipsum per oppositionem ad compositum nuncupatum est. Est autem id, quod secundum naturam suam syncerum est. At Facultas, causa quedam est effectrix. Eaque partim actu siue energia est, alia in futuro tempore. Actum quidem, ut calefaciendi in igne, refrigerandi in glacie. In futuro autem, ut calefaciendi in pyrethro, & castorio, & similibus: refrigerandi, in alterco, mandragora, & id genus. Sane quandam esse facultatem, in purgatorijs quidem medicinis purgationem, uomitorijs uomitoriam, sternutatorijs sternutatoriam, bechicis (hoc est, quæ tussim uel sedant, uel cient) bechicam, & unoquoque in opere peragendo, quæ denominetur ab eo quod ipsa efficit, ferè non est qui ambigat. At quæ sit huius facultatis essentia, quidam certe non posse cognosci existimauerunt: quales sunt Sceptici philosophi, & qui inter medicos uocati sunt Empirici. Sed & qui nosci posse arbitrantur, inter sese dissident. Quidam enim ad magnitudines & figuras corpusculorum ac meatuum, quos *dykous* & *porous* appellitant, referunt. Alij ad caliditatem, frigiditatem, humiditatem, ac siccitatem, pro sua uidelicet utriusque prima elementorum constitutione. Siquidem & nos in libro de Elementis secundum Hippocratem, ex calido, frigido, sicco, & humido, cum aliorum omnium corpora, tum animantium constare ostendimus. Has effectricium facultatum essentias tum in alijs omnibus, tum in

A a

A medicamentis statuimus. Sic enim in tertio de Temperamentis demonstratum est. Ac qui uolet quæ nunc dicenda sunt assequi, in eo tractatu se prius exerceat oportet; quippe quum illic quæ uniuersim, ac in genere de medicamentis nouisse conueniat, exposita sint, nec hic toto utiq; in genere quicquā noui dicemus; uerum quæ illic generatim sunt scripta, ea hic speciatim elaborabimus.

Quo pacto quamq; iudicare facultatem oporteat.

Cap. II.



In primis quidem, ac maximè sumendum est iudicandæ facultatis experimentum ab ea re ad quam dicitur. Siquidem nō protinus si hominem refrigeret cicuta, & sturnum refrigerabit; aut si sturnum nutriat, nutriet & hominem. Eadem ratione neq; si hominem purget ueratrum, contra uō purgabit & coturnices; neq; etiam si hos nutrire ualeat, cōsequens statim est, ut & homines. Proximum est, ut quod ex accidenti est, distinguatur ab eo quod primariō ac per se: Nam aqua frigida calorem quandoq; reuocat, cutem refrigerando, contrahendoq; ac condensando. Ad id enim caloris consequitur reuocatio, uelut in tertio de Temperamentis ostendimus. Rursum calida quoq; ipsa sæpenu mero refrigerat, exalfaciētem nimirum humorem digerendo. Nam si hīs adamussim distinctis, ad inquirendæ facultatis explorationē accesseris, haud facile, mea quidem sententiā, falli queas. Cæterum à nullo alio desumi iudiciū, quā ab eo ad quod dicitur, id quidem per facile est; non uidelicet an insecta animalia oleum interimat, neq; an pingue, aut lentum, aut leue sit cōsiderantes, quum calfacere, aut frigefacere, aut humectare, aut siccare corpus humanum ualeat, inquiritur: eundē in modum neq; an colore sit rubro rosa, neq; an albo cerussa: siquidem necessariū non est, quicquid rubrum sit, esse calidum; neq; quicquid album, esse frigidum, sed an ad mota corporibus nostris primariō ac per se exalfaciant, ac non interueniēte quopiam, neq; ex accidente. Ac si ita quidem, facultate esse calida, ut si refrigerēt, frigida. Nam per deos immortales, uendēā dicere possumus, an calidū sit facultate album piper, granum cnidium, cnicus, calx, & ueratrum album; aut unde quod frigidus sit famis us aster, terra selinusia, cerussa, nix, & lac, quū omnia ea coloris sint candidi, & uirtibus uel maximè pugnent: Atqui pugnantiam sensus diiudicat. Siquidem niuem applicatam protinus ac primo statim occurſu frigidam percipimus, & quoad tangatur magis semper magisq; frigefacere sentimus. Videmus porro ipsam neq; durare, neque seruari posse, si uel leuis calor occupet. At calx neque primo occurſu refrigerare percipitur, & usq; dū applicata manet, perspicuō magis ac magis exalfacit. Ex quo constat, ex eo quod semper unum idemq; efficiat, quoad nos cōtingit medicamentum, propriam eius iudicandam esse facultatem.

Quo pacto discernatur quod ex accidente quid faciat, ab eo quod propria facultate.

Cap. III.



Tenim quod ab initio ad finem usq; dum applicatū est, magis semper calfacit: id non ex accidente, sed ex sua natura est tale. Sic etiam quod à principio ad finem usq; refrigerat, ex sua facultate est frigidum, non ex accidente. At sanè si nihil moratus, atque ex posteriore, ac post ablationem facultatem eius expendere uoles, sæpenu mero falleris. Ac forte nonnunquam aquam frigidam, non frigidam modo, sed & calidam possidere facultatem dices: ubi uidelicet frigefacere semper dum nos cōtingit apparebit, frigidam: ubi uero calorem reuocabit, calidam. Quare hæc indiscriminata relinquenda non sunt, dandaq; insuper opera, ut quodcunq; medicamentum in iudiciū uocare uelis (id quod in libris de Temperamentis monuimus) omnis sit expers alienæ tum frigiditatis, tum caliditatis: ne uidelicet nauuam eius facultatem adscitua qualitas aduertet. Ad hæc, quæ & ipsa præcepimus, nutrimentum à medicamento distinguo, atq; ea utraq; ad aliquid dici memento: tum circa eandē sæpe substantiā consistere, uelut & id

A & id quoq; monstrauimus: nec secius quod quædam tota substantia in sese mutuo & agant & patiantur: quædam uero una duntaxat, aut duabus qualitatibus, Super hæc, alia itidem esse tenuia, siue tenuiū partium (Græci λεπτομερῶν uocant) alia crassa, siue crassarum partium (παχυμερῶν Græci nominant). Tenuia quidem, quæ facile in tenues cōminui partes possint: crassa, quæ contrā. Atq; ut semel dicam, omniū minutissimæ distinctionum oportet, quas in tertio de Temperamentis posuimus, ut secundum illas medicamentorum speciei facultas explorari ualeat.

De aquæ facultate.

Cap. IIII.



Sto sanè prima nobis in contemplationem proposita aqua: quod nimirum ea & communissima hominibus omnibus sit, tum sanis, tum ægrotis: & ad uitam maximè necessaria. Primumq; eucrato, siue temperato corpori applicator ipsa neq; frigida insigniter, neq; calida. Deinde hīs qui natura sunt intemperati. Tertio, qui affectu aliquo tenentur. Nam hoc pacto exactè in omnibus propriam eius facultatē perpenderis. Igitur temperato ad mota plusculo tempore, ipsum omnino refrigerabit. Intemperato uero, citius quidem refrigerabit id quod frigidius natura fuerit, tardius uero quod calidius. Semper autē omnia refrigerabit, etiam si nō multis deinceps diebus, sed uel una quis hora, aut pluribus ea utatur. Nec enim talis in ullo omnium calorem reuocare poterit. Nam quæ summè frigida est, si quadrato ac iuuenili corporis naturæ pauculo tempore adhibeatur, caloris molietur reuocationem. Sin aliter utaris, semper refrigerabit. Quin etiā si hīs quoq; qui simplici laborant morbo, eiusmodi admoueatur aqua, hos etiam manifestè refrigerabit. Nam simplex sit affectio oportet, quemadmodum utiq; in tertio de Temperamentis definitum est, quod uidelicet quæ adhibetur, ex sua natura refrigeret, non ex accidente quopiam: quippe quum frequēter ubi compositus fuerit affectus, aliud primariō medicamentū efficiat, aliud ex accidente eueniat, uelut in phlegmone. Est enim ea affectio calidæ copiosæq; fluxionis soboles. At quæ modicè exalfaciant pharmaca, quum superfluitatem euacuant, protinus, opinor, & quod affectum est, frigidius efficiunt. Verum quum simplex unaq; fuerit affectio, quod ex accidente sit, in ea prouenire non potest. Ergo si hac ratione expendas, aqua potabilis utrobicq; uidebitur frigida. Non est tamen eadem altarum aquarū, quæ sulfur, bitumen, aut nitrum qualitatibus suis referunt, facultas. Siquidem earū omnino nulla, ubi alienæ tum caliditatis, tum frigiditatis expers adhibita fuerit, frigefacere conspicitur. Quinimo nec marinā ipsam priusquā adscitūū frigus summū acceperit, admodum refrigerare apparet. Nam si quis in potabili aqua totū diem innatet, ut etiam non admodum sit frigida, sed uelut ex sole tepens, necessariō tamen refrigerabitur. At mare complures iuuenum interdum pertulere non per diem modo totam, sed etiam adiuncta nocte. Ex quo liquet, aquam potabilem certe & dulcem, secundum naturā suam semper esse frigidam: mare uero non æquē. Quod si non semper in sermone adijciā, potabilem, sed dicam simpliciter, quantum ex se est, aquam esse frigidam, haud calumniari oportebit, tanquam insufficienter & indistincte loquutum. Nam quæ exactè ac sincere aqua est, omnis alterius substantiæ mistione uacās, ea ex necessitate ex sua facultate est frigida. Si qua uero per bituminosa, sulfurosa, nitrosa, aut aluminosa loca distillans, substantiæ eius aliquid absterferit, secūq; traxerit, mista iam ea est, non autem exactè aqua: uelut si ipse quoq; uolueris aut salem, aut alumen, aut aliud id genus aliatum aquæ miscere potabili, sicut sanè sæpenu mero facere cogimur in marinæ inopia, quando muriā facere uolumus: tunc enim salem aquæ indimus: ac tantū ipsa facultate iam dissidet, ut si aqua dulcis, uidelicet quæ neque insigniter aut calida, aut frigida sit, sed uelut ex sole tepida, erysipelati perfundatur, noxam omnino nullam hominis corpori sit allatura. At si marinam aquam, aut muriā, aut id genus aquā mistam, bituminosam uidelicet aut sulfurosam admoueas, usque adeo hominē

Coffenderis, ut partē ipsam sis adustus. Aqua igitur ipsa ex sese frigida est facultate. Ponō si extraneam caliditatem adeptam corpori humano perfundas, putabis forsan simplex quoddam & naturale adhibitum medicamen: at ea quodā utiq; modo composita est, aut igneae essentiae partem aliquam nacta, aut certe omnino ipsam qualitatem. Vt enim si salem illi miscueris, ex confesso fuerit composita: sic multo magis si igneam aut essentiam aut qualitatem adieceris, compositam quodammodo effeceris. Est porro etiam aqua limosa quadantenus composita, uelut est aqua Nili, & quae in Aegypto est. Sed ea per fictilia uasa percolata, planē pura efficitur. Oportet autem non semel, aut bis, ter ue percolare, quando ne sic quidem forsan adamussim puram queas efficere: uerum quando qui aquae infertur limus, omnem effugerit sensum, satis tunc est ut queas dicere, tales, ut ad usum eiusmodi, puras esse aquas.

Quo pacto iudicemus aquam puram.

Cap. V.



Vdicantur autē hae tribus sensibus, nempe gustu, uisu, & odoratu. Gustu pura est, si nullam offerat qualitatem, sed ad unguem qualitatis expers appareat. Visu, quū sincera fuerit, ac planē perlucida. Sic nec odoratu ullam praese ferre qualitatem debet, ut sunt quaedam extremae prauitatis, quae aut aciditatem, aut acrimoniam, aut salsedinē, aut putredinem, aut aliud indicibile aliquod uitiū praefertunt. Igitur aqua quae absq; his est omnibus, ut ad naturā certe, ne ipsa quidem adamussim sincera fuerit, sicut nec aliud uolum elementorum sensibile, sed ut ad sensum & usum sincera est. Talis ergo, ut est propositū, secundum suam naturā frigida est. Quippe si ualde excoactam non modo aquam, sed uel mandragoram, uel altercum, uel cicutam, uel meconium admoueris, non solum excoactis, sed etiā uiseris corpus humanum. Omnia itaque quae examinanda uenient medicamina, omnis extraneae ualensq; tum caliditatis, tum frigiditatis, aliena sunt, nedum aqua.

Demonstratio, qua ostenditur aquā frigefacere ex cerati, quod ex ea conficitur, effectu. Cap. VI.



Rorro quod aqua omnis dulcis perspicuo frigefaciat, hinc quoq; didicimus. Ceratum humidum si ex aqua frigida subactum accurateq; madefactum calido affectui imponas, protinus ipsum frigefaciat. Oportet autem quamplurimum admiscere ipsius aquae: mixtioq; hoc maxime modo optime perficitur. Ceram quantum fieri maxime potest purissimam oleo liquantes, humidum facere ceratum oportet: deinde refrigeratum, ac despumatum, sordibusq; purgatum, in mortario manibus subigere, aquam affundendo frigidam, quantum nimirum ceratum accipere ualet, ac nondum aqua supernatat. Id refrigerat & eos qui in febre uruntur, si hypochondrijs superponat, & omnē phlegmonem: similiter herpes quoque, & carbunculos, tum erysipelata, & phygeathla, ac breuiter omnes morbos calidos. Ergo si non aquam dulcem, sed marinā aut muriam illi admiscens in uno praedictorū quouis uti uolueris, non parua continuō differentia conspicies: quippe quū id medicamentū adeo nullam propositarū affectionum amplius refrigerabit, ut insuper accendat potius. Adeo multa est diuersitas potabilium aquarū, & muriae, siue quaecunq; aut nitrū, aut chalcanthū, aut misy, aut chalcitū, aut ut simpliciter dicam, quae calidorum natura medicamentorum gustu aliquod referunt. Inimicæ enim sunt omnes calidis corporum nostrorū affectibus. Ex quo claret, has omnes facultatibus esse calidas, solā uero aquā potabilem frigidā.

Quod aqua potabilis humida sit.

Cap. VII.



Aeterum quod hae quoq; propositarum omnium aquarum sola sit humida, planē ex eadem discis methodo. Nam ulcera quae supra modum squalida siccaq; sunt, si hac irriges, statim admodum humida molliaq; reddes, quū alia aqua uniuersae ulcera desiccant. Tum piscatorum ulcera adeo uidentur sicca, ac si forent salita. Contra eorum qui in balneis uersantur

Auersantur, humida apparet, ac mollia. Quin si imbutum linamentum ulceribus imponere libeat, humida quidē a potabili, sicca uero a muria marinaq; reddi cōperies. Aquae quinetiā aluminosae, quales sunt in Italia uocatae Albulae, cum alijs ulceribus idoneae sunt, tum uero quaecunq; fluxionibus tentantur, ea perfacile desiccant. Sic nec ceterarum aquarū ulla humectare potest, quod uidelicet non sint exacte aqua, sed mista & adulterata, accepto nimirum aut alumine, aut chalcite, aut sale, aut id genus aliquo. Quocirca earū nonnulla ulcera quoq; exasperant, nempe quae acres admodum sunt & mordaces. Quinetiā sitienti dulcis aqua remedio est, ceterae uero acerbiores etiam sitim relinquunt. Tum aqua inter cutem laborantibus aduersissimum est & poculum, & lauacrum aquae dulcis: saliarum uero ac nitrosarum, & sulfurosarum, bituminosarumq; omnium sanē perutile. Imitari autē potes sicut marinam, sic aliarum quamlibet, substantiā uidelicet admista quae in quacq; uincere conspicitur. Nam sulfure in aquā dulcē indito, sulfurosam effeceris: alumine, alumino sam, ac eodem modo aliarum unam quancq;.

Quod aqua aduentitium calorem nacta, semper quidem humectet, non autem semper calfaciat: uerum in ipso quidem perfusionis tempore calfacere, postea uero frigefacere consueuerit. Cap. VIII.



Aec ergo propria aquae natura humida est & frigida. Porro aliunde calorem adeptā, excoacta quidē & humectat quibus est admota: uerum haud similiter ambo simul praestare potest. Summē nanq; humectat seu tepida sit, seu temperata, seu etiam calidior. Summē autem non calfacit, nisi quae extremē ferueat. Quod dico, in temperata primū exploremus natura. Igitur si huic aquā afferas temperatē calidā, eaq; uel laues, uel partē aliquam identidem perfundas; in ipso quidem perfusionis tempore calidiores simul & humidiorem efficias: quod si deinde quiesces, nec corpus frigidae usu postea cōtrahes, constipabis ac densabis, paulō post seipso frigidius relinqui conspicias: quippe quū corpus rarefactū transpirante immoderatus calore natiuo, frigidius efficiatur. Non tamen sicut frigidius postea calidā usus corpus destituit, ita & siccius. Quanquam profecto uideri id possit, tum ob spiramentorum raritatem, tum ob corporis mollietatem, tum ob substantiae fusionem: plusculum siquidem in ijs affectibus euaporetur necesse est. Atqui uapor humor est extenuatus. Verū non ita habet rei ueritas. Nam mollietates, quam calidae aquae lotionibus acquirunt corpora, solius humiditatis proprium ac inseparabile signum est, in animantis uidelicet corpore: uelut in opere de Temperamentis est demonstratum. Sanē indicio esse potest ulceratarum partium caro, quae id ipsum perspicuo ostendit, ut quae in istis ex aqua calida perfusionibus molli atq; algae ritu fluida efficitur. Quanquā sanē corpus illiusmodi affectionibus inanitatur, ut minus tunc in sese habeat humoris quam antea. Videriq; uenia digni possunt, qui per calidas lotiones, atq; aquae moderatē calidae perfusiones siccare corpus existimant. Nam similis horum est error, atq; illorum qui credunt senes adolescentibus esse humidiores. Pluribus nanq; senes excrementis redundant, sed genuinae (quae *ωφυνότα μόρια* nuncupant) organicae partes adolescentibus magis sunt humidae, uti in secundo de Temperamentis monstrauimus. Perinde se res habet in perfusionibus, ac lauacris, omniq; adeo ex aqua calida irrigatione. Siquidem humores qui in uasis alijsq; communibus spatijs sunt, exhauriuntur omnes; at ipsa uasorum corpora, & uniuersum genus carnosum seipso fit humidius. Atque hanc solam facultatem nunquam aqua deponit. Neq; enim quū feruens corpora exurit, quae uita sunt redduntur sicca, uti quae ab igne sunt assa. Rursum nec quum summam adeptā frigiditatem per diem totū, aut etiam longiori tempore parti cuiquam perfunditur, eam sicciorem efficit, tametsi rugosa atq; admodum exilis relinquitur. Verum haec eueniūt, quod qui in uasis alijsq; spatijs est humor, exhaustus sit, at partes genuinae solidaeq;

C nulla sui parte sicciore euadunt. Huiusq; semper meminisse oportet: tum toto sermone perpetuo obseruandum, ex euidenter apparentibus colligendam cuiusq; medicamenti facultatem, ac semper ad quod quid dicitur calidum, frigidum, humidum, aut siccum, ad id esse aestimandum.

Si a rebus exteris de medicinarum facultate colligi quid oporteat, ex ignis cum illis commercio faciendum esse iudicium. Cap. IX.

Rorrò si quis uelit ex superabundantiâ rebus externis probationes ducere, ne id quidem prohibeo: uerum animû diligenter aduertat consulo. Nam admodum lubrica res est, nec paucos obtinet fallendi modos. Sed has in cõsequentiis edisseram. Cæterum quod solû quis sumpsit, ut id quod iudiciû subit medicamentû, aut exalfacere, aut refrigerare prober, id in ignis commercio contactuq; conspicitur. Neq; enim usque adeo absurdum est, quod facile in ignem uertitur, id calidum facultate putare. Memoria em, opinor, tenemus omnia huius uocis Facultate significata, quæ in tertio de Temperamentis definiuimus. Vnum igitur ex ijs erat, quod ex propria eius quod dicere tur, materia foret, tale esse Facultate, ut si quid facile in igne uertitur, id facultate esse ignem, nõ actu scilicet. Nam hoc Facultate, ex aduerso diuiditur huic Actu. Alterum uero Per se, huic Ex accidente. Hanc ergo iudicij rationem considerare ac distinguere conuenit.

Quot et quæ prædefiniri oporteat, ut liceat ex alicuius affectione quæ ad igne est, quo pacto aduersum nos id ipsum afficiatur, colligere. Cap. X.

AT quibus consiliû est tutò a rebus extraneis ad corpora transire animalium, uidere primû debent, an tenuis sit essentia, an crassa, quod explorandum uenit. Secundo, an sibi continuû, densumq; ac solidum, an interuallis interceptum, ac rarum. Quocirca his immorandum prolixius est. Videtur enim id quoddam esse principium, ac uelut elementum multam considerationem postulans.

Quod quæ subtiliorum sunt partium, promptius propriam exerant actionem, quam quæ crassiorum, tametsi eandem cum illis facultatem obtineant. Cap. XI.

Igitur eorum quæ in confesso est facultate esse calida, nullum omnino apparet nos exalfacere priusquam in tenuia sit cõminutum. Nam si quis piper solidum cuti inspergat, nullam planè caliditatem percipiat; eadem ratione si quis uel linguæ imponat, aut deglutiat, aut alio pacto utatur integro, haudquaquam diligenter trito, & cribrato, ac non adeo cõminuto, ut pollinè tenuitate referat. Nam quod pollinis instar cuti inspergitur, exalfacit, ac maxime si affricueris: præterea quod linguæ admotum fuerit, aut in uentre deuoratum. At quod solidum integrumq; imponitur, nec cutem calfacit, & linguæ uentricq; exiguum duntaxat caliditatis sensum mouet. Itaq; quum tenui esse partium dicatur quæ facile in tenues partes cõminuuntur, solidarum crassarumq; partium quæ contra: tum dura uiscosaq; ægre ac difficulter, aut omnino in tenues cõminui nõ possint: fragilia uero, & quæ citra uiscositatè mollia sunt, promptè in tenues soluuntur: hinc constare arbitror, multa esse facultate calida, ac facile accendi, uerum nos haud facile exalfacere. Nam ignis, ut qui omnium est tenuissimus, simulq; calidissimus, & in profundum facile penetrat, & cõminuit, extenuatq; atq; in suam deniq; naturam conuertit, unde quæ que scilicet contingens, & quod contigit exuperans. At nostra caliditas supra quam quod crassa sit essentia, et halitiosa, insuper infirma est, ut nõ facile mutet quod contigit. Ostensum est autè in tertio de Temperaturis (quo sine, quæ hic dicuntur, assequi est impossibile) nullum eorum quæ nos exalfacere apparent, perinde ut ignem posse calfacere, uerum ut materiam accendi facile. Siquidem mutationis principium a nostra caliditate accipientia, ut calami aridi ab igne, nos contra recalfaciunt, & uelut partes sunt

Asiunt quædam caloris natui, sicut illi ignis. Nam quod prius erat calamus, id nunc fit ignis, ut mutatis ipsum ignis essentia adaugeat. Monstrauimus autem quædam ubi uel leuem fuerint mutatione adepti, secundum naturam deinde suam ad plurimam mutationem procedere. Quamobrem mirandum non est, si quædam medicamenta prima quidem mutationis principium a nostro calore nata, inde iam pergant eum quoque qui mutabat superare. Nam quum corporis cuiusq; proprietates alia habilis sit ad suscipiendum calorem, alia inhabilis, sit ut paria principia non sequatur par incrementum. Quinetiam quod corpus admodum exile facilius alteratur, mutaturq; ab eo cui admodum est: quod autem grandius est, non nisi temporis spatio, ac uix tandem etiam sensibilem alterationem sustinet: id quum non modo a physicis naturam scrutantibus sit demonstratum, sed cuius etiam homini rei ipsius experientia notum, satis magnam afferit testimonium ijs quæ modo dicebamus. Quippe si piperis particula a nobis accipere debent mutationem, eoque accipiant facilius, quod fuerint minutiores, mirandum non est, si eas tanto citius exalfacere experiamur, quanto accuratius in minimas fuerint comminuta.

Medicamenta parum etiam sortita tum facultate, tum consistentiam, quanto rarioribus applicentur corporibus, tanto cõcius actionem suam exercere. Cap. XII.

Quinetiam quod extima cutis superficies callosa sit duratq; & frigida, tum quod sub ea est, quanto profundius subeas, tanto sit calidius, nemo ambigit. Huic sane rationi si duo etiam principia in alijs a nobis tractationibus demonstrata adiecero, ita deniq; uniuersum possis colligere. Alterum quidem ad demonstrationem principiorum, siue lemmatum, siue axiomatum, siue propositionum, siue utcumq; nuncupare libebit, in cõmentarijs de Temperamentis demonstratum est, cutem uidelicet omnem in primo statim ortu sibi esse continuam, at temporis spatio perforari, ac plurima nancisci spiramenta, ritu cribrorum. Altera utilium ad ratiocinationem propositionum est, corpus uniuersum expirabile esse, ac inspirabile, ut inquit Hippocrates. Fusius autem de hac dictum est in libro de Vsu pulsuum, ubi monstrauimus arterias, ubi se dilatantes undiquaque, & per omnes meatus attrahunt, non aerem modo halitumq; attrahere, sed quicquid etiam trahi facile, ac tenue sit, ad spiritalis essentia motum impetumq; expedite consequi. Quibus sic se habentibus, multa uenæ arteriaq; mutuis in sese osculis aperiuntur. Tum ad cutis meatus, eiusq; superficiem, ac meatuum perforationes haud pauca perungere uenarum arteriarumq; oscula existimandum est: nihilominus secius ad extimam superficiem peruenire osculis. Tum quicquid piperis ad exactissimum redactum fuerit pollinem, simul cum ambiente aere ab arterijs attrahi, ipsumq; protinus a calore natuo alterari, idq; tum ob paruitatem, tum ob ingenitam ut a calore alteretur aptitudinem. Siquidem haud aliud illi erat facultate esse calido, quam facile posse incallescere. Quod si semel id illi insit, mirum non est, per omne corpus tempore perlatum, ipsum recalfacere, ac proinde primum maximeq; ab id genus medicamentis incallescere partes quas primò contigerint, deinde quæ his sunt proximæ & continentes: ac sic deinceps tertio quartoq; loco, pro situs uidelicet uicinitate, cum ea quæ primo incaluerat, incallescere. Hæc scientifica constant demonstratione, non tamen ijs satis credibili, qui in primis non fuerint exercitati. Oportet enim in ijs quæ de Elementis sunt ratiocinationibus esse uersatum, atq; in cõmentarijs de Temperamentis, & Vsu pulsuum, & ante hæc omnia in demonstrandi methodis peritum. Sane partibus duntaxat uersari, paucis attentis cõmunibus rationibus siue epilogismis. Itaq; causam quamobrem nõ exalfaciunt corpora humana ea quæ crassa adhibent, etiam si natura sint calida, ijs duntaxat qui assequi ualeant, dicta esse reputent, sibiq; satis esse persuadeant, quod euidenter sensibus apparet. Apparet autem euidenter crassarum

C omnium nullum prius quam ad unguem comminatur extenuetur, neque ipsum a corpore nostro quicquam perpeti, neque rursus in nos posse agere. Nec enim solum in pipere, napy, canchry, ceterisque omnibus quae nos exalfaciunt, ita se res habet, sed aequae item in facultate frigidis. Nam si quis radicis mandragorae corticem in magnas partes contractam cuti imponat aut illinat, plane nihil efficit: at si admodum sit comminuta, refrigerare potest. Sic etiam papaueris semen, & cicuta (tamen hoc sit omnium refrigerantium ualentissimum) antequam exacte comminatur cuti nostrae imposita, plane sunt imbecilla. Ne te ergo magna teneat admiratio, quod calami aridi pilis, tamen accendi promptissimi sunt, non tamen nos contactu exalfaciant: quippe qui plane a nostro calore mutari nequeant, ut sic recalfaciant: quod uidelicet pollinis ritu comminui non ualeant: quandoquidem calamus Indicus, quem & odoratum appellitant, quum tundi, cribrari, ac plane magis quam qui apud nos nascitur comminui ualeat, clare nos exalfacere conspicitur, sicut uno ore omnes qui aetate nobis maiores sunt medici, confitentur.

Quod corpora rariora citius ab igne accenduntur, quam quae sunt spissiora. Cap. XIII.

Porro considerandum est (quemadmodum proposui) non solum crassarum sit partium, an tenuium, explorandorum medicaminum substantia, uerum etiam rarae, an spissa, densaue. Voco sane raram, cuius partes spatij inanibus interceptae sunt. Intelligentibus uidelicet nobis, ac semper recordantibus, quo pacto dicatur spatium inane ab ijs qui unitam esse dicunt substantiam: non quemadmodum Epicuro & Aesclepiadi est uisum. Imo aere plenum est in raris corporibus spatium inane. Vbi ergo eiusmodi spatij multis corpus fuerit distinctum, facilius quam spissum accenditur, etiam si quod ad caliditatis frigiditatisque attinet temperie, similiter illi sit affectum. Nam qui in ijs spatij continetur aer, quum sit ad patiendum promptissimus, primo statim ignis occursum accenditur atque inflammatur: una uero secum corpus uniuersum accendit, unamquamque eius partem nimirum occupans. Ergo si parua corpora, cingente ea circumquaque flamma, prompte accenduntur (nam id clare conspicimus) non sine ratione corpus rarum celeriter accenditur, utpote quum profundas eius partes omnes flamma contingat. Sic itaque calamos aridos ignis celeriter exurit, tamen minus sint alia substantia calidi, idque ob meatuum multitudinem, quos aer quidem prius occupabat: ubi uero ignis contingit, flamma depascitur. Aer enim accensus, flamma est; terra uero, carbo. Porro quod aeris plenos meatus multos aridus calamus obtineat, summum argumentum est ipsius leuitas. Nam siccum natura corpus leue esse alioqui nequeat. Eundem in modum pumex, & sponsa sicca, atque omnia adeo quaecumque fistulosa sunt, multumque uacui obtinent, pondere sunt leuia. Sic sane & calamus non eo duntaxat quod siccus est, sed quod plurimi aeris est particeps, prompte accenditur. At a nostro corpore aegre proinde calferi potest, quod essentiae sit crassae. Quando igitur medicamenti cuiuspiam ex ignis commercio temperiem colligentes, scrutari statuimus, an aduersum nos eodem modo se gerat, substantiae eius respicienda constitutio est. Nam si tenuis quidem sit, sed continua, eandem & in nos naturam ostendet, quam prius in ignem. Sin autem rara sit & crassa, fieri potest ut ab igne quidem per facile alteretur, non tamen a calore nostro, ac proinde nec nos recalfaciat.

Aquam tenuium esse partium, nec unquam nos ex sua natura exalfacere. Cap. XIII.

Prosteaquam igitur haec cum in modum definita sunt, rursus ad sermonem de aqua redeamus. Nam quod tenuis sit essentiae, argumentum est, quod promptissime per pilos & uestimenta perfluat. Nam propter humiditatem mollioremque, quae nihil habeat adiunctum uiscositatis, diuisiles partes obtinet, & quae facile in minimas possint distrahi. Talis quum sit, tamen

C neque nos ex sua natura calfacit, neque proprium est ignis nutrimentum, imo omnino contra aduersatur, & dissidet, atque extinguit, ut quod illi sit aduersissimum. Nec mirum est, si cum igne, natura tum calidissimo, tum siccissimo, pugnet aqua, quae frigida est & humida. Coniectura quidem igitur ex ignis sumitur commercio, quo pacto quodque medicamentum in calore frigoreque se habeat, non tamen protinus existimandum, tale ad nos uideri, nisi tenuium sit partium, & spissum. Sic oleum tamen facile in flammam uertitur, non tamen admodum celeriter, neque manifeste nos exalfacit, nimirum lenta crassa substantia sua tenaciter ijs inhaerens quae primum contigit: proindeque longissime omnibus perdurat quibus fuerit illitum, scilicet nec ab ambiente facile aut extenuari aut digeri potens, nec intro in corpus prompte transsumi. Aqua uero econtrario & celerissime in halitum soluitur, atque expedite digeritur. Proinde etiam si in idem uas coniectam aquam oleumque decoquas, prior tamen aqua absumitur. Sic item si lithargyro, aut cerussa, aut id genus aliquo cum aqua diligenter commisto simul ambo decoquere uoles, priorem digeri aquam experire.

Non simpliciter quod citius ab igne accenditur, id ad nos quoque apparere calidius. Cap. XV.

Non ergo simpliciter quod citius accenditur, protinus ad nos apparet calidius. Siquidem ante ostensum est, ut calefacientium aliud simpliciter erat calidum, ut ignis: aliud exuperantia calidum, uelut qui in nobis est calor: sic eorum quae facultate sunt calida, aliud esse eiusmodi, ut ad id quod primo & absolute est calidum, aliud uero ut ad id quod per exuperantiam dicitur. Quamobrem non absolute ab ea quae aduersus ignem est in iudicium uentium medicaminum dispositione, ad nos transire expediat, sed adiecta limitatione proposita.

Non quod citius a frigore congelascit, eo quod tardius, absolute frigidius existimare licere, sed inter ea quae parum sortita sunt consistentia. Cap. XVI.

Adem haec limitatio itidem necessaria est, quando ex eo quod quid facile congelatur, frigidum esse colligimus. Nam in ijs quae eandem habent aut tenuitatem aut crassitudinem consistentiae, quod ocyus a frigore congelatur, temperamentum est frigidioris. Nam si alterum sit tenuius, puta exempli causa uinum: alterum crassius, ut oleum, non est necesse aut citius, aut magis concrelescere quod est frigidius. Verum si quanto alterum est frigidius, tanto alterum quoque crassius sit, similiter ambo concrelescent. Ceterum magis concretum uideatur, ipsa uidelicet consistentiae duritia, quod fuerit essentiae crassioris. Nam rationale est, reor, similiter congelatorum quod crassioris fuerit essentiae, ita dem fieri durius. At si uel alterum plus sit frigidius quam reliquum essentiae crassioris, aut contra non frigidius quidem alterum, sed alterum crassioris essentiae, haud etiam pari tempore haec congelascere est possibile: uerum quod plus est frigidius quam alterum essentiae crassioris, minori temporis spatio: quod uero minus est frigidius quam reliquum essentiae crassioris, maiori. Sic magis minusque alterum uideri durius, id pro excessus portione euenire est necesse.

Quo differat congelatio a refrigeratione. Cap. XVII.

Nec ergo memoriae mandare oportet: tum quod non idem sint congelari & refrigerari, & quod illud maxime a refrigeratione proueniat. Nam refrigerari est frigidam accipere qualitatem. At congelari est durefcere praefrigore. Ergo quaecumque corpora tenuis sunt essentiae, quum facile perpetantur, prompte tum incalescunt, tum refrigerant, at non aequae prompte congelant, ut aer, & ignis. Nam hic plane non congelatur: ille autem, nempe aer, non perinde ut uitrum, ut pix, ut cera, resina, bitumen: tamen bitumen sit uel calidissimum;

uerum essentia eius crassities ac terrenitas, ad congelationis celeritatem adiuuat: ac si tetigeris calidum etiamnum, plane tamen congelatum reperias: sicut (puto) & plumbum & stannum non aliter concreta sunt etiamnum feruentia. Sic aquam Hippocrates, quae celeriter & incalesceret & refrigeraretur, semper esse leuissimam retulit. Nam quanto tenuior fuerit, tanto pati promptior est. Atqui quae tenuior est, minimum habet limi terrestris. Non ergo absolute, nec temere ex materiae passionibus ad ignem conijcere eius ad nos facultatem oportet, uerum adiunctis limitationibus suprapositis. Quare nec aequum securum est hoc iudicium, quam id quo ad nostrum corpus quid examinamus. At qui hoc etiam ulterius transeunt, plane in multis errorum periculis uersantur. Quanquam id faciunt medicorum complures, alij omne quod uiscosum est, calidum asserentes, alij quicquid adstringit, nonnulli quicquid est dulce, quidam uero etiam quod austerum acerbum uel est. Sunt autem qui singulis illorum contraria defendant. Sed qui in istis errores comitantur, postea narrabo. Nunc autem praesentem sermonem consilium est absolueri, nempe ut si quis ex ignis commercio materiam iudicare uolet, non absolute, neque citra limitationem id faciendum, neque perinde ad ignem & hominem habere quicquid iudicatur, putandum. Nam aqua igni aduersissima est, ut quae facultatem sortita sit frigidam & humidam. Muria uero, marina, bituminosa & sulfurosa aqua, non aequae: quippe quae id genus omnes ab aqua ad calidius recesserint. Verum de sponte natis aquis (Graeci *αἰσχροῦν* uocant) uel haec sufficiant. Siquidem ubi medicaminum uniuscuiusque, quorum qualitates accipere aquam ostensum est, sermonem sigillatim tractabimus, si nunc aut obsecrari quippiam aut imperfectius sit dictum, id tunc adijcietur. Sed ad reliqua nunc liquidorum medicaminum transibimus: inter quae uel maxima est controuersia de aceto, alijs frigidum, alijs contra calidum adstruentibus: nonnullis calorem quidem quendam illi concedentibus, sed quendam etiam auferentibus, uelut qui acetum uinum esse mortuum asserunt. Nam hi propriam uini caliditatem perdidisse quidem, uerum ex putredine assumpsisse aliam quandam contendunt. Atque ego sane non multum abest, quin illorum laudem sententiam, in eamque prompte accedam, proque hac assertionem atque opinionem pericula omnia subeam, si quam machinam aut artem inuenire queam, sicut in lacte contrariarum partium separationis, ita hic quoque. Nunc autem quod lac uniuersum non sit homoeomeres & simile, neque undequaque sibi idem, clare monstrat coagulatio, excogitata uidelicet multis hominibus ratione, qua partes caseosae a serosis separari possint. Atqui neque tale quid repertum est, neque manifestum demonstrare possis, quod quantum eius est tenue, atque exacte humidum, refrigeret: quod uero secundum fecis substantiam in eo defertur, uelut in uinis, calefaciat. Nam ea solum ratione aperte quis probauerit, ex contrarijs ipsum partibus consistere, sicut lac. Sane in omnibus liquoribus, quos exprimendis fructibus conficiunt, crassum defertur quippiam, quod temporis spatio subsidit. Fex uocatur in uino, in oleo autem amurca. Sed & in omnibus alijs inest quod illis proportione respondet, tamen proprium nomen sortitum non sit, quod uelut fex est in illis. Vtque & in aceto est eiusmodi quippiam, & forsitan ipsum est quod caloris est particeps: quod uero frigoris, id quod tenue est. Fortassis uero & in ipso tenui exiguum quidam defertur multo tempore praeparatum, alterius naturae quam ipsum sit totum. Nam quod maiori parte frigidus sit quam calidus, liquidum illis apparere arbitror, qui uere facultatem eius expendunt.

Perperam multos cauterij instar acetum pronunciaisse calidum. Cap. XVIII.



Ecce satis mirari queo, qua ratione ducti quidam, usque adeo calidum esse acetum pronuntiarint, ut cauterio ipsum assimilarent. Nam hac, inquit, ratione sanguinis eruptiones (*αἰμορραγίας* Graeci uocant) reprimunt. Primum enim tanta caliditas sensum nostrum non fugeret, deinde ad illorum calidorum

calidorum imaginem omnino utique crustam efficeret, calidis medicinis similiter. Nam id plane conspicimus, ubi per ea sanguinem sistere statutum est, crustam relinqui haud exiguam. Siquidem nisi crustam effeceris, sanguinem haud represseris. Nam ea uelut operculum sit corporibus sanguinem profundentibus. Proinde sane etiam cauteria plane candentia illis applicare consueuimus: compertum nimirum habentes, quae non sunt eiusmodi, praeterquam quod nihil proficiant, insuper laedere, ac sanguinis profluuium irritare. Nec sane ignis ex sua ratione, aut quod calefaciat, ipsum sistere potest: uerum idcirco, quia quum urit quae contigerit, quod ex uestione reliquum est, operculum subiectis partibus relinquat, id quod Graecis appellari consueuit *εγχερα*. Latini autem crustam uocant. At acetum haud perinde ut crustam facientia medicamenta, sed potius ut adstringentia citra crustam, sanguinis fluores cohibet. Itaque haec quidem ratione non excalefacere, sed refrigerare putetur. Praestat tamen, ut & supra monuimus, a talibus coniecturis recedere, utpote quae iudicium ad sensum haud referant, neque ex prope positis aut uicinis, sed e longinquo & longis lemmatis siue summationibus rationem colligunt. Aperiam autem copiosius illarum absurditatem in libris sequentibus.

Qua methodo cognoscere liceat, an calidum sit acetum. Cap. XIX.



Os autem secundum methodum, siue rationem ab initio positam, uim eius experiemur: primum in ijs quibus inculcata constat sanitas, mox in in-temperatis, deinde & in aegrotantibus. Itaque spongiam aut lanam acetum madentem cuius sani corporis parti superponemus: deinde, ut ante est positum, protinus rogabimus, idiotas scilicet, atque ex plebe aliquem (nam illorum in istiusmodi in corruptum est iudicium, quia nulli uidelicet dogmati seruiliter sunt addicti) nunquid calorem, an frigus percipiant. Id uero satis constat, quod illud nec summe frigidum, nec calidum admouebimus. Nam & de hoc supra uerba fecimus. Sane si tale fuerit quod applicatur acetum, potissimum si non admodum inueteratum, neque extreme acre, manifestum principio frigus percipient, itidem & post unam, duas, tres uel horas: postea uero, post sublationem scilicet, sensum nascentis in parte caloris phantasia ac opinionem habebunt. Porro si uehementer acetum exuerit, & hoc etiam refrigerari se principio dicent, celeriter tamen recurrentem calorem sentient, non autem longo post tempore, uelut in recentiore, ac non ualde acri aceto. Ex quibus constat, omnino frigidum quidem esse acetum, sed quendam etiam obtinere calorem, qui acrimoniae ratione per accidens spatio temporis medio critere corpora excalefaciat, tamen id non ubique, sed in quibusdam duntaxat possit efficere: nam laxi ac doloris expertibus tumoribus, neque protinus, neque postea caloris sensum aceti usus commouet: mordicatio tamen in illis quaedam percipitur, ob quam saepenumero ijs qui diuissime utuntur, tenuis quidam recurrit rubor. Itaque neque primario, neque proprio ordine excalefacere uideri possit, sed acrimoniae mordicatio. Porro quandoquidem a sanis corporibus ad affectus semel delapsi sumus, suggeramus quae in calidissimis & frigidissimis affectibus efficere queat. Ergo si quis ab illa thapsia uratur, ardor aceto restinguitur. Id quod, cui libitum est, experientia discere licet: uelut nos profecto fecimus in nobis ipsis, quo accurate medicamentum potentiam experiremur. Illius ergo multis in locis tibijs, ubi post quatuor quinque uel horas inflammari coepissent, huic quidem parti acetum, illi aquam inspersimus: alij uero oleum, alij rosaceum inunximus: & alijs atque alijs, alia atque alia, quae aut acrimoniae hebetare, aut calorem refrigerare creduntur: sed eorum omnium acetum compertum est efficacissimum. Quocirca manifestum est, non eo quod acrimoniae mordacitatem obtundat, sicut oleum & rosaceum (nam id praestare haec possunt) sed quia refrigeret, tale esse. Quippe si excitas a thapsia phlegmonas aliter sanare non liceat, nisi aut refrigerando, aut morsum siue acrimoniae obtundendo, nec alterum

C præstare ualeat, consequitur utique necessariò reliquam uim sanasse. Alias porrò calidas passiones omnes, phlegmonas puta, herpes, phygethla, erysipelata, carbunculos, alias plus, alias minus refrigerare consuevit. Quapropter nisi uehementia illi atq; asperitas facultatis molesta inesset, haud alio sanè utendum ad refrigerandū foret.

Quibus rationibus sint usi tum hi qui summè calidum, tum hi qui summè frigidum esse acetum pronunciarunt. Cap. XX.



Ametli quidam reperiuntur, qui maximum id caliditatis eius argumentum constituunt. Non enim, inquit, neq; acre, neq; mordax, neq; asperum, neq; erodens foret, nisi affatim illi inesset caliditas. Nam sicut frigidus est contrahere ac refrigerare, ita calidus secare atq; diuidere: id quod in primis efficere acetum ualeat: quippe quod secet atq; erodat non modo animantium corpora, sed & grumos, callos, lapides, sicile, æs, ferrum, plumbum, ac tantum non uelut ignis cuncta peruadat ac penetret, nec ulla possit substantia penetrationis eius uehementiã aut sustinere, aut illi reluctari ac resistere. Nã subtile haud secus esse atq; ignem, non leui testimonio illi tactum esse: quin & gustantibus ita uideri, & per subtilissima uestimenta promptius aqua perfluere, omniaq; excedere, ut paulo supra diximus. Et quidnam, obsecro, aliud ipsum his uerbis quam ignem pronunciant? Non aliter quam qui frigore grumos ipsum soluere contendunt, premendo uidelicet, densando, ac omnia uidequaq; stringendo, ac si quis digitis compresserit. Nam hi rursus adeò excedunt, ut & niue frigidius ipsum adstruant. Sed utrorūq; castiganda immoderatio est. Neq; enim ut frigidus sit, iam niue frigidius pronuncians dum est. Siquidem nisi iuxta medium foret, ac longè ab extremorū utroq; distitum, non tanta incidisset de facultate eius cōtrouersia. Nam de cicuta aut mandragorā ut ribus nemo ambigit, neq; de nasturtij, & canchryos, uerum illa omnibus medicis in confesso est esse frigida, hæc uero calida. Eundem in modum altercum & meconium frigida, piper & napy calida. Ad hæc innumera sunt alia quæ aut esse calida, aut frigida, uno ore medici omnes fatentur.

Quod acetum neutrum esse dicimus, ut ad summè calida, & summè frigida, quia neutrius extremorum est particeps. Cap. XXI.



Aeterum acetum, sicut utiq; & rosaceum, neq; esse summè calidū, neq; rursus summè frigidum, uel ex ipsa dubitatione satis constat. Neutrum enim horum sit necesse est. Siquidem quum neutra tripliciter dicantur, uti diuisit Herophilus, partim amborum extremorum participatione, partim neutrius, partim nunc illius, nunc huius: omnino & hæc aut alia quo significatorum, aut aliquibus, ex neutrorum natura fuerint. Mihi sanè magis uideatur utriusq; extremorum participatione, & quod nunc sensibilibiter calfacere uideatur, nunc rursus refrigerare. Sic ergo neutra dici possint acetum & rosaceum. Quod si quis ea neutra ostendere conetur, quia neutrum participant, ne illi quidem etiam forte probabiles quædam rationes deerunt, sed nō erunt demonstratoriæ ac scientificæ. Id me exactè compertū habere confido, & maxime de aceto. Nam quod suæ utriusq; sint rationes probabiles, tum ijs qui frigidissimum demonstrant, tum ijs qui calidissimum, non paruum indicium est, ipsum utriusq; esse particeps. Admodū tamen difficile est rationi, contrariorum participationē concedere, quum nō liceat substantiam eius aut soluere, aut scindere, uelut in lacte facimus, & alijs cōpluribus, quæ omnia sermonis progressus aperiet. Proinde euidentius magisq; periculo uacans principium optamus assequi. Porro ut mihi quidem uideatur, indagandum illud principium est ex naturæ tum tenuitate, tum crassitie, de qua dictū quidē supra est, uerum nunc quoq; copiosius de illa differere expedit, quandoquidē & Plato de principijs longū haberi sermonem oportere prodidit.

Quo

Quo pacto aërem dicamus tenuium esse partium, & nec omnem ignem esse tenuium partium, nec quicquid tenuium est partium, esse ignem. Cap. XXII.



Igitur nemo aërem non dicit esse tenuem, quod uidelicet in tenues facile partes comminuatur, quodq; per corpora densissima expedite penetraret: aut si ex alia re quapiam tenuitatis uocabulum illi attribuant, clare nos doceant. Nec enim ex corpusculis exilibus tenuibusq;, ut alterius sectæ principes asserunt, & nos quoq; aërem constitui fatebimur. Nam continuus est, totusq; unus, nihil usquā in se uacui continens. Porro in eius modi corporis natura tenuitas intelligitur ex sola in tenuia diuisionis celeritate. Verum si ea ratione ignis est tenuis, haud omnis ignis tenuis iudicabitur: quippe quum æs, ferrum, lapis, lignum, atque adeò quicquid in carbonē uerti potest, sit ignis, non tamen quàm antea tenuius: flammæ tamen, quum aliud sint ignis genus, re uera tenues sunt. Quocirca non omnis ignis est tenuis, neque quicquid tenuis, protinus & ignis fuerit. Siquidem & pruna ignis quidē est, sed non tenuis: & aër tenuis, uerum non ignis. Quid ergo tam in promptu habent hæc propositiones tum medici, tum philosophi paulominus omnes, omnem ignem esse tenuem, & quicquid tenuis sit, esse ignem? Nam si acrius quis attenderit, animumq; diligenter aduertat, haudquam dixerit, prunam aëre tenuiorem. Memoria nanque repetamus ambientis nos aeris puritatē in uehementi frigore & boreali constitutione, ipsamq; cum ferro componamus ignito: manifestò enim ex illiusmodi exemplis cognoscemus, frigidum quid esse quod sit exactè tenue, & calidum quod sit crassum.

Non omne quod mordax est, tenue esse, aut calidum. Cap. XXIII.



Quocirca haud concedendum arbitror quibusdam, qui acetū ex tenuitate sua mordacitateq; calidum esse colligunt. Nec enim quicquid tenue fuerit, id & calidum est: forte uero nec quicquid mordax fuerit, & tenue. Verum in præfens id illis detur: tamen adferre liceret, niuem, boream, aquam frigidam, non oculis duntaxat, sed & ulceribus & raris corporibus omnibus mordaces: uti Hippocrates inquit, ulceribus frigidum mordax. Verum etiam si quis & illud, ut dixi, concedat, quicquid mordax fuerit, esse tenue, non statim & calidum concesserit. Itaq; acetum non proinde quod mordax sit, calidum fuerit, sed tenue, uti aër borealis, non tamen calidum.

Quomodo acetum obscure uideatur calfacere. Cap. XXIII.



Undenam igitur quibusdam obscuræ cuiusdam caliditatis sensus obortitur? Fortassis, ut antè dixi, ex contrarijs facultatibus compositum est, perinde ut lac. Forte uero calor is ipsius reuocatione. Possit autē, quum asperum molestumq; habeat transitum, dolorem inde ciere, atq; eum in locum calidam elicere fluxionem. Siquidem id palam est, partibus dolentibus quippiam influere. Verum multum influere nequeat: quandoquidem acetum frigidū est, & proinde id quod accurrit, repellens. At quod planè tenue est, id medicamenti ansas effugiens, præterlabitur, atq; in parte figitur: haud etiam retrorsum, sicut id quod crassum est, repulsum. Sanè ad unguem tenuis quidam efflorescere rubor in partibus ab aceto iritatis conspicitur. Forte uero alia causa est, quæ comprehendendi nequeat. Nam ob id ipsum procul ordiendā facultatis explorationē prohibuimus, quia in naturalia incidere problemata necesse est, eaq; non leuibus ambiguitatibus perplexa. Atqui nobis nunc haud statutum est, sicut ijs qui naturam rerum scrutantur, omnes omnium rerum causas exquirere, uerum medicaminum facultates cognoscere, quò & illis dextrè uti, & boni compositorum euadere artifices possimus. Nam quod sit impossibile aut probe ipsum medicamentū cōponere, aut eo quod ab alio compositum est, idoneè uti, antequam simplicium medicaminum facultates pernoueris, abunde in libris tum de Curandi ratione, tum de Medicamini

Bb

Cum compositione conscriptis ostenditur. Quum ergo is nobis in hac tractatione propositus sit scopus, ubi primū quod ab illis utile est inuenimus, à physicis pro-blematis recedendū est, quæ innumeris dubitationibus sunt intricata: quippe quæ in qua in uniuersum temperatura, aciditas, dulcedo, amaritudo, falsedo, austeritas, acrimonia, & aliarum qualitatum singulæ prouenire sunt natæ, physici uiri scrutantur, hæitationes tum plurimæ, tum maximæ in oratione existere assolent. Has ego non secus uitandas censeo, quàm quædam præcipitia, quum præsertim ad ma-
num sit uia regia, qua medicamenta iudicare liceat. Primūq; quod paulo antè præ-
cepi, perpendendum, nullam in ambiguo esse facultatem eorum quæ uehementer aut exalfaciunt, aut frigefaciunt: uerum de quibus ambigitur, neutra esse. Dein-
de pleraque, ut ad sensum simplicia, ex pugnantibus constare facultatibus. Non enim solum lac, sed etiam sulfurosa, bituminosa, nitrosa, & quæcunq; eius sunt gene-
ris sponte prouenientium aquarum, ex pugnantium facultatum mixtura nascuntur. Siquidem aqua ex sua natura frigida est & humida: bitumen autē, sulfur, misy, chal-
citis, & eius generis alia, calida. Meminisse uero etiam oportet, calidorum haud pau-
ca crassæ esse essentia, nec pauciora frigidorum, tenuis: ac secundum hæc principia tuto de medicaminum uiribus pronunciare. Sat enim fuerit, tenue, refrigeratorium, exiccatoriumq; acetum dixisse, omissis super illis rationibus nimis physicis, quæq; magis ad naturam rerum scrutantes attinent. Nam ex illorum scientia, quo pacto alijs medicamentis misceri ipsum liceat, cognoueris.

Veteres medicos perperam indefinitam reliquisse facultatis eiusdem generis medicamentorum qualitatem. Cap. XXV.

D Vocirca non possum eos non culpate, qui de uiribus eius proluxa quædam nugantur & garrunt: magis etiam paulo minus medicos omnes, quibus curæ non fuit, simplicium omnium medicamentorum in maioris minorisq; ratione uires discernere, satisq; fuit, hæc quidē, uerbi causa, calfacere dixisse, illa uero refrigerare: tum hæc humectare, ista exicare. Nec enim absolute sic nouisse expedit, sed quatenus psyllium refrigeret, quatenus solanum, aut scandix, aut cerussa, aut portulaca, aut lactuca. Tum quatenus exalfaciat casia, quatenus cinamomum, aut amomum, aut cardamomum, aut maiorana. Sic & in humectantibus & exiccantibus pharmacis non fat est generale solium nouisse, uerum quid primum recesserit à symmetro & medio contrariorum facultatibus: deinde quid illi proximum: tum tertium, quartum, quintumq; si fieri potest, recessum siue ordinem planis limitibus discernentem definire oportet: quandoquidem in tali facultatum notitia tum artificialis simplicium usus constitutus est, tum à ratione proficiscens ac methodo compositio. Facitq; præter hæc, ut quæ composita iam sunt, rite usui accommodare possis. Sanè id quidem difficultatis atq; laboris plenissimum est, multamq; poscens tum diligentiam, tum usum. Nam ab experientia auspicari in id genus omnibus necesse est, uelut iam propositum est, tum tuto ac diligenter colligere, ab ambiguis quæstionibus cauendo. Eoq; mirari quispiam possit eos qui talia exquirunt, quum illos implicantes sese quæstionibus scriptisq; animaduertat, quemadmodum consueuit Herodotus.

Perperam superioris seculi homines à compositis medicamentis orsos, eorū quæ in illa ingrederentur simplicium pharmacorum iudicasse facultates. Cap. XXVI.

Siquidem ab omni uetustissima compositorum medicaminum historia orsi, ad expendenda quæ in illis sunt simplicia transeunt. Ac quoniam his, exempli causa, calfacientibus medicamentis admistum inuenitur acetum, proinde & ipsum esse calidum contendunt. Neq; enim ante admistum fuerit, constare potest priusquam eius seorsum uim perspexeris. Neque si id detur, etiam nota est componendorum medicaminum ratio, per quam

Aquam iudicantes inuenimus, qua ratione multis exalfacientibus medicamentis unum admistum sit frigidum, aut certe refrigerantibus quod calfaciat. Porro, ubi etiā latentes affectus memorant, ad quos cōgruere uideantur, ac deinde dogmaticis opinionibus paralogismos connectunt, ex quærendis quærenda, ex obscuris obscura inuicem colligentes, tum profectō uel maximè alijs suas produnt inceptas ac nugas.

Quod Empiricis contradicendi præbeant occasionem, qui citra iudicium ac discrimen & simpliciter compositis omnibus facultatibus fidem habent. Cap. XXVII.



Am quod ex æquo compositis facultatibus omnibus fidem habeant, tanquam fieri non posset, ut pars magna earum errore non uacaret, perperamq; esset composita, talia iactando, Empiricis reprehensionis locum ipsi exhibent. Dicent enim, arbitror, sicut sanè dicunt, frustra nos primas effectricesq; cuiusq; medicaminis facultates exquirere, quum ab experientia inuenta iam antea sint tum compositorum, tum simplicium medicamentorum innumera, quibus & ipsi fidem habent qui frustra primas facultates exquirunt. Quippe si particularis eorum usus omnes comperti sint, eosq; unanimiter omnes prædicent, cæterum de causis ob quas agunt nondum conueniant, liquet nō experientiarum facultatum notitia, medicamentorum tum usum, tum compositionem esse inuenta, sed ea composuisse experientiam, at rationem nihil aliud quam probabilitatem consequi. Hæc atque euismodi alia multa, qui experientiam ac usum profitentur medici, rite in illos dicere uidebuntur, qui omnibus quomodocunq; conscriptis pharmacis fidem habere non ueretur, causas tamen interim titulis uiriū ac promissis eorum aptare nitunt. At ego nec illud quoq; in illos addere grauabor: Herodotum alias sectas omnes prauas reputantem, præter eam quæ spiritibus omnia tribuit (πρόφραση Græci uocant) Metrodorum omnes præter Asclepiadeam, & Zenonem præterquam quæ ab Herophilo inuenta est, & Hermogenem præter eam quæ Erasistratum autorem habet, & alium atq; alium omnes damnantē extra suam, de compositis tamen medicamentis citra iudicium atq; experimentum scriptis omnibus fidem tribuere, siue à sectæ suæ hominibus sint scripta, siue diuersæ, siue etiam à quopiam ex plebe: quin uero etiam causas subinde reddere conantur probabiles medicamentorum pessima ratione compositorum, & (quod hoc est mirabilius) etiam si nullum eorum quæ laudant, fecerint periculum, sed alijs duntaxat credant: quemadmodum quum quidam nuper mirificas multasq; podagrici medicamenti laudes iactasset, atque eo etiamnum loquente forte fortuna aduenisset podagricus quidam, qui tam mediocriter laborabat, ut incedere etiam posset, nosq; iussissemus in illo primum præberet experimentum, ille acquiescens pedis pharmacum adposuit. At uir ille noctem totam in somnō egit, ac postero die tantum abest ut commode sicut antea incederet, ut ne gestari quidem posset. Adeo citra ullam explorationem ac temere tum alijs quidem fidem habent, tum alios alij scientes ac sponte fallere gaudent. Porro etiam si omnes medicamentorum quæ memorant, compositiones probè essent comparatæ, uerū tamen speculationis eorum usum ijs quæ factitant evertunt. Aiunt enim ad præparanda medicamenta composita, eaque rite utenda, simplicium facultates inspicere ac considerari, inq; eorum testimonium tantum non omnes ueterum citant, Erasistratum, Herophilum, Philotimum, Dioclem, Praxagoram, & ipsum etiam Hippocratem. Porro ubi ad exploranda ea accedunt, ita nobiscum agunt, ac si omnes perspectas iam haberemus facultates compositas. Atqui inquiet, opinor, ad eos quispiam: Quo pacto non frustra simplicium quæratissimas facultates, si omnes compositorum iam noscitis? nam si cuius gratia simplicium facultates inquiritis, id iam nouistis, superuacaneum est illas exquirere. Cæterū si uel hoc quoque quis illis concedat, saltem id quod & supra positum est quo pacto perferat, quū pugnantia cum rebus apparentibus, proluxis rationibus adstruere conantur?

Sensus haud contemnendos esse, tanquam ad explorandas simplicium medicaminum facultates sint insufficientes. Cap. XXVIII.



Siquidem in quendam etiam iam incidi tantæ stupiditatis hominem, ut contemnendos esse sensus existimaret. Quem quum rogasset quis, num ipsi piper album uideretur calidum, itaque, ut par erat, annuisset, rursumque alter percontaretur unde id sciret, ac ille responderet, tale apparere, merito ab ijs qui praesentes erant ridebatur, qui quod diceret non intelligeret. Ipsum enim hoc apparere, fidem haberi ab illo sensui indicabat, quem paulo ante tanquam fallacem contempserat. Nam, per deos, unde ignem scimus calidum? aut quo syllogismo docti, aut qua demonstratione persuasi? Tum unde glaciem frigidam esse didicimus, quam ex sensu? Ac postea reperiantur qui hoc neglecto physici problematis libros impleant. An non illo ex genere est, quam ob causam acetum terram fermentat? Licet enim nobis dicere quod nos lateat, sicut talium problematum plerumque. Si uero quis prompte dicat, quia aut calidum sit aut frigidum (utrumque enim dicunt) in ambiguas obscurasque rationes seipsum conijciet.

Virum in oxycrati potu acetum admistum sit duntaxat ut aquam deducat, an etiam ut ipsum quoque refrigeret. Cap. XXIX.



Mecum certe probe actum putem, si quæ sensui apparentibus uicina sunt, atque in propinquo posita, exacte inuenire possim, discernens in eis ac se parans quod ex se est, ab eo quod ex accidente prouenit: uelut aestiuo tempore oxycrati potu quidam plane refrigerantur, atque expertes sitis permanent: sed nondum constat, an id acetum gratia eueniat: pauculum siquidem eius copiosa aqua mistum, non calidum, sed quam fieri potest maxime frigidum ebibunt: nam dixerit forte quispiam, quia tardiuscula sit aqua, & plurimum temporis moretur in hypochondrijs, nec deorsum concedens, nec in corpus se diffundens, idcirco illi acetum misceri tanquam in omnem partem ferendam uehiculum. Sic etiam si cum uino bibatur aqua, sitim efficacius extingui, quam si sola, scilicet uino ipsam ad distributionem promouente. Itaque refrigerationem, sitisque sanationem ab aqua prouenire, ut quæ frigida natura sit & humida: ceterum adminiculo esse, ac uelut alas illi ad omnes corporis partes permeandas addere tum uinum, tum acetum, quæ ipsa nequaquam frigida sunt & humida. Siquidem praestare, sic sola exhiberi potius, quam cum aqua, quando ea facile praestantitate in corpus digerantur, & ab hypochondrijs recedant. Porro quoniam semel in hunc sermonem deuenimus, nihil obstat quod minus omnem exacte perficiamus. Nam quod fieri possit, ut & aqua acetum deducat, nec tamen ipsummet refrigeret, & non deducat solum, sed etiam refrigeret, certo certius est. Verum utrum cum ueritate coniunctum sit, id considerationem postulat. Distingui autem id possit, si cui exhibeas acetum & uinum, utrumque seorsum & per se. Apparet enim a uino homini semper sitim incrementum, ab aceto uero epoto interim quidem augeri, interim uero sedari.

Quæ sit sitis causa. Cap. XXX.



Quippe quum & sitis duplici ratione prouenire solet, partim humoris inopia, partim caloris copia. Quamobrem mirum uideri non debet, si priorem quidem sanare nequeat, alteram possit. Siquidem humectare nequit, at refrigerat non instrenue. Quapropter neque a sicca dispositio ne prouenientem sitim, neque a calida & sicca unquam sanare queat epotum acetum. At si quando in unum coeant humiditas atque caliditas, eiusce quidem sitis optima medela acetum est. Rara sane eiusmodi affectio est, in aqua inter cutem affusionibus (απερξίσεις Græci uocant) nonnunquam proueniens: cōgesta nimirum in uentre falsi humoris copia: tum etiam si quibus pituita salsa uentri illita inhæserit. Atqui aliter siti premuntur, puta in febribus ardentibus, & adustis omnibus, quibus aestate

Aestate laborant, ac in graui aestu, composita ijs est affectio, ex caliditate uidelicet & siccitate: quare non iniuria composita illis medela est acetum, ut quod strenue refrigeret, & quouis expedite permeet: & aqua, quæ supra quam quod refrigeret, omnium sit uel humidissima: nihil est enim aqua humidius.

Medicamentum quod in iudicium uenit, non mistum, sed simplex esse oportere. Cap. XXXI.



Quemadmodum ergo haud satis secreta est procul a sensu ducta de explorando medicamento ratiocinatio, ita nec ipsius alteri cuiuspiam permitti usus. Siquidem ipsum per se solum quod iudicandum uenit, expendere oportet tum in sanis corporibus, ijsque temperatis & intemperatis, tum in morbo alicui obnoxius. In temperatis quidem, uelut supra positum est, in intemperatis, sicut dixit Hippocrates, naturis picrocholis, hoc est, amaræ bilis succo abundant, utilissimum esse acetum: qui uero temperaturam sortiti fuerint melancholicam, aduersissimum. Porro in morbo aliquo affectis, si simplex fuerit, in simplici exploretur affectu: Sin mistum alicui, necesse est quod commisceatur, temperatura sit medium, sicut in aqua & cerato superius declaratum est. Rationabile quippe arbitror, quod nulli diuersi temperamenti sit mistum, sed quam fieri queat medio coniunctum, ipsum eorum quæ perficiuntur, causam existere. Nam simplici cerato quod neque calfaciebat, neque refrigerabat, aqua admista frigida, refrigerauit: quippe quæ tempericem habebat frigidam. Quod si excalfacientium quippiam eiusmodi cerato commiscuisses, profecto calidum id medicamentum euasisset: quemadmodum in affectibus compluribus saepenumero euphorbium aut castorium temperauimus. Sic si acetum simplici adamussim cerato commisceas, cerato ipso longè frigidius medicamen effeceris, tanquam nimirum quod admistum est, sit frigidum. Eritque tibi id remedium uel optimum ad erysipelata, phlegmonas, herpes, carbunculos. Sin autem quod mistum est, tanquam simplex expendas (nam id etiam molitur) longè maxime hallucinaberis. Nam ulcerum glutinatorium non acetum, sed oxycratum dicendum est, aliam multo naturam ab aceto obtinens. Siquidem quemadmodum carnem producere nequit ærugo, sed ceratum exiguum quiddam habens æruginis, ad eundem modum neque acetum conglutinatur, sed aqua acetum paucillum accipiens. Ipsum uero per se ac syncerum acetum ulcera quæ glutinationem desiderant, mirum in modum exasperat, utpote tenuitate erodens, ac dolorem excitans. Quamobre haud merito, nec conuenienter talia dicuntur, nec melius item faciunt, quum ignotis ignota connectunt.

Quod neque adstrictoria omnia conglutinent, neque conglutinaria item omnia adstringant. Cap. XXXII.



Quippe quum nihil seorsum de glutinandis, aut carne implendis, aut cicatrice obducendis ulceribus demonstrant, ex inductione tamen colligunt, adstringentia omnia dicentes glutinatoria. Oportet autem non ex inductione, sed per demonstrationem in genere talia accipere, quemadmodum nos facturi sumus in curandi rationis commentarijs. Imò absolute quiduis tale dictum, non modo in demonstratum est, sed etiam falsum. Neque enim chalcitis, neque galla, neque malorum puniceorum putamina, neque omphacium, neque alumen, multoque minus as ustum, neque aeris squama, neque misy, ulcera glutinare possunt, aliaque innumera sunt inter adstringentia, quæ glutinare nequeant. Porro si quis non hoc, sed glutinatoria omnia adstringentia dixerit, proferentur & hic quoque non pauca quæ citra adstrictionem conglutinent. Neutra igitur uera oratio est, si simpliciter atque indiscrete efferatur, tum ea quæ dicunt adstringentia omnia ulceris glutinatoria, tum ea quæ aiunt, quæcunque glutinantur, adstringentium beneficio glutinari. Porro multo sane etiam magis tum absurda, tum falsa de sensu afferunt, quum mordacia, acria, amara, salsa, ad hæc quæ mollissimas, iucundissi-

C masq; fortita sunt qualitates, adstringere dicuntur, tanquam gustus non ad sensorium pertineat quod adstringit, sed ex illorum impositione atq; arbitrio debeat accipi. Malum enim granatum, & malum, uerbi causa, & mespilum, & pirorum quaedam genera, & myrta, & sorba, uinumq; tum amynæum, tum marsum, euidenter nos adstringunt. At uiticum, & zea, & milium, Herodotum forsan adstringebant, aliorum autem omnium neminem. Sexcentos enim quandoq; super his sum percontatus, & in primis super amylo: nam & ipsum adstringere ait Herodotus, sicut & piper, quod nec ipsum ullum omnino aliorum hominum qui sincere & incorrupte qualitates expendant, adstringit. At Herodotus cuncta confundere non est ueritus, atq; & quæ acerrima sunt facultate, & quæ summè rodunt, & quæ mollissima sunt ac miuissima, omnia adstringere, tanquam in hoc, ut quosdam sensu defraudet, uictoria statueret. Verum non ita se res habet, quæ ea uel maxima futura sit prauitatis dictorum eius probatio.

Quod non omnia adstringentia refrigerent. Cap. XXXIII.



Vin uero & Asclepiades Metrodorus, tanquam illum etiam superare contenderet, adferendis de sensu mendacijs, cum alia, tum resinam & bitumen calfacere nos denegat, atque adstringentia omnia refrigerare dicitur, quum si nihil aliud, saltem chalcitis, chalcanthos, & misy, quæ ualenter adstringunt, tantam affecuta sint caliditatem, ut nos etiam exurant. Nihil est ergo mirandum, si proluxa quedam nugentur, seipsoq; nonnulli fallant, quum de manifesto apparentibus uerum fateri non audeant.

Perperam Herodotum ac Dioscoridem quæcunque aut profuuijs, aut dysenterijs medentur, adstringentia censuisse. Cap. XXXIII.



D Amen ex eis quidam, puta Herodotus & Dioscorides, ex medicamentis quæcunque profuuijs aut dysenterijs medentur, ea quæ adstringere colligunt: quanquam ne minimum quidem habeant adstrictionis, imò prorsum contra rarefacientia nimirum sint & laxantia, quum alioqui quæ adstringunt, corpora contrahant, condensent, consistant, atq; constringant. Nam semel sensibus pro nihilo habitis atq; contemptis, euerterunt confuderuntq; omnia, eaq; quæ sensu cognoscere erat, prauis adductationibus credere maluerunt. Nam adeps caprinus omnibus quæ aut gustu aut facultate sunt adstringentia, aduersissimus est, uelut etiam farina triticea, & amyli, & innumera eorum quæ uim habent tum emplasticam, hoc est illinendi, tum mitigatoriam, atq; acrimonias hebetandi, eaq; ratione ijs qui acrimia mordaciq; per aluum excernunt, auxiliantur. Sanè esto & oleum ex adstringentium numero, quoniã sapius ijs qui grauiter mordicabantur, infusum profuit. Esto uero etiam & cera, & adeps suillus, tum gallinaceus, & anserinus, chondri tragiq; succus. Nam hæc quoq; infundimus, & ceratum quandoq; ijs qui mordicantur, sicuti & adipem caprinum. Verum efficacius auxiliu affert caprinus, quia scilicet facilius & concrecit, & intestinis inungit, plurimoq; tempore inhaeret. Porro siue ob crassitatem, siue aliam ob causam celeriter concrecat, non est opus in presentia inquirere, re ipsa euidenter apparente. Verum quemadmodum quod ocyssimè concrecat, atq; intestinorum morsus obtundat, ex rei euidentia credibilis est: sic sanè etiam quod nulla insit aut frigiditas, aut adstrictio. Atq; hi quidem ex obscuris ratiocinantur de apparentibus, imò autem, si uerum fatendum est, seipso potius decipiunt. At nos tanto decet magis ad sensum accedere, tantoque diligentius perpetuo illi attendere, quanto plura in eo peccent sophistæ omnes, falsaq; de eo asserant. Rursum ergo, ubi prius memorauerimus quæ idiotas non fugiunt, ipsisq; haud ignota erant, quum nondum contendendi libidine in sensu peruenissent contemptum, postea autem per superuacaneam sapientiam amiserunt, ad id quod continuum orationi est transibimus.

De

De proprijs sensus cuiusque sensorijs. Cap. XXXV.



Naquæq; sensilium natura priuatim subiecta est, tactui quidem caliditas ac frigiditas, durities & mollities: albedo uero, nigredo, flauedo, rubor, atq; ut summam dicam, uniuersum colorum genus, uisui: amaritas, dulcedo, austeritas, acerbitas, aciditas, faldedo, acrimonia, gustui: planeq; demens uideatur, si quis gustu colores iudicare tentet, aut saporis uisu. Eodem modo de tactu cognoscendum est, reliquisq; sensibus. Siquidem tactu iudicanda sunt differentia tangibiles, auditu audibiles, odoratu odorabiles. Quæ quum sic sese habeant, audiamus quæso Platonem gustabiles differentias exponentem. Haud tamen animus ipsius physiologia attendendus est. Nec enim nunc tempestiue eius meminero, neq; in hoc uiri testimoniū cito, sed tantum ut dicam qua de re quodque nomen efferre Græcis mos est. Ausculta ergo differentem Platonem. Tenduntur à lingua uenulae ad cor, saporum nunciae, in quas si qua ita incidit, ut rariorem mollioremq; carnis partem penetrantia, terrestri sua natura liquefacta, uenulas contrahant atque delibent, si quidem asperiora sint, acerbata: sin minus, aspera austeraque nuncupantur. Cæterum, quæ eas abstergunt, totamq; linguam abluunt, si quidem id supra modum efficiant, simulq; aliquid absumant, ut de natura aliquid colligunt (qualis est nitrorum facultas) amara omnia appellantur. At quæ nitri uirtute inferiora sunt, ac moderata utuntur abstersione, falsa citra asperam amaritudinem, & grata nobis magis apparent. Quæ ubi oris caliditati applicata, ab eoque mollita & seruefacta, ipsum uicissim recalfaciunt, atque accendunt, præq; leuitate ad capitis feruntur sensus, ac quæq; obuia incidunt, talia omnia has ob uires acrimia nuncupata sunt. Eadem uero ista interdum à putredine attenuata, & angustos ingredientia meatus, partes inibi tam terrenas, quam quodammodo aëreas, mutuo incurfu misceri compellunt, commistas uero circumlabi alias, & alias ingredi, ingressuq; suo penetratas concauas circumtenfas efficiere, easq; humore circumfuso concauo, interim terreno, interim liquido uascula aëris ex aqua concaua rotundaq; effici. Ac quæ ex puro constant, perlucida sunt, & uocantur ampullæ: quæ uero ex terrestri agitato elatoq; ebullitio fermentatioq; nuncupantur. Harum affectionum causa acidum cognominat. Omnibus uero quæ de istis dicuntur, affectio contraria ab occasione nascitur contraria. Porro ubi ingredientium constitutio in humida familiaris linguæ habitui existit, quæ exasperata quidem fuerint, lenit: quæ uero præter naturam aut coierint consistenterq; aut fusa laxaq; fuerint, partim contrahit, partim laxat, omniaq; quammaximè ad naturæ statum reducit: quicquid eiusmodi est, iucundum suaueq; & cognatum est omnibus, uolentiarumq; passionum remediū ac medela, nominatq; dulce. His uerbis Plato, quæ nos uocare solemus austeras, quæ acerbata, quæ salsa & nitrosa, quæ amara, quæ acrimia, quæ acida, quæ dulcia, exposuit. Id uidelicet quod à nobis *σφοδρ* siue adstringens dicitur, ipse austerum nuncupans. Nam sic à uetustioribus Græcis appellari solet. Non tamen omnia in unum confundit, sicut ij faciunt qui & piper adstringere dicuntur, quum ex acrimia sit natura, & acetum quod ex acidis est: nec sanè etiam ueritū dulcissimorum quædam adstringentium numero adscribere. Ex quo fit, quum omnia confundant, ut prius nec facultates inuenire omnino ualeant. Omnis enim inuentionis demonstratio nisq; principia sunt, quæ sensui atq; intellectui euidentia sunt. At isti hæc ambo perturbant, atq; omnes in unum confundunt cum sensuum actus & passiones, tum multo etiam magis intellectus ac rationis: nimirum haudquaquam in speculatione logica uersati. Itaq; operæ precium est, nugacem illorum loquacitatem omnibus modis effugere, ne quid nobis quoq; affricet uitæ ex tam proluxa illorum futilliq; nugacitate. Porro haud leue negotium est, dedocere ac transmutare eos qui ab illis usque adeo reuerfi sunt, ut & sensum contemnunt, & nequaquam in speculatione logica se exercuerint, planeq; rudes sint rationum quas de natura philosophi considerant. Omnino enim

Bb 4

C saltem uel id didicissent, quæ in illis sunt ambiguitates, fugiendas esse, cauteq; obseruandas: tum sensibus magis super simplicium medicaminum facultatibus, quam rationibus haud satis integris confidendum.

De proprijs linguæ sensorijs.

Cap. XXXVI.



Erum tales dedocere, ac uelut transformare est impossibile. At aliorum tamen gratia, nimirum quos conatus noster iuuare poterit, resumenda est, diligenterq; definienda, tota de proprijs linguæ sensorijs oratio. Nuncupatur igitur tum à Theophrasto, tum ab Aristotele, tum à Mnesitheo medico, gustandi facultas, Græcè *χυμός* (nos saporem dicimus) secunda syllaba ab *μ* litera incipiente. At ex humido siccoq; cōsistentia, eorum uidelicet quæ à calore concocta sunt, *χυλός* (nos succū dicere possumus) à litera *λ* secunda incipiente syllaba. Tamest ab ætate illis maioribus non modò Atheniensibus, sed & locis utriq; per *μ* literam scribi consueuerit. Si quidem & apud Platonem, & apud Hippocratem, ueteresq; comicos sic scriptum reperitur. Vocetur autem in præsentis quidem opere, clarioris doctrinæ gratia, gustatoria facultas, siue qualitas, siue ut cunctis cuique appellare libet, per literam *μ*, *χυμός* (nos saporem nominabimus). Humor autē in crassatus tum in animantibus, tum in plantis, *χυλός*, secunda syllaba à litera *λ* incipiente (nos, ut diximus, succum uertemus). Sciendum ergo, sapores, qui tū in unoquoque animali ac planta, tum in terra inueniuntur, plurimos esse, nec facile specierum numero comprehensibiles: cæterum differentias gustabiles alijs octo uisibus, alijs numero septem, nonnullis autem & his quoque pauciores. At Plato in Timæo in supraposita dictione primum duos sapores memorat eiusdem speciei, sed in ratione maioris ac minoris differentes. Eorum alterum austerum, alterum acerbum nominat. Fucrit autem austerus, quem *σφουίρα* (adstringentem uoco) nuncupamus. Porro acerbus huius intentione prouenit, uelut & ipse Plato significauit. Atque hos sanè pro una specie numerabimus. Altera est eorum quæ illis opposita sunt, nitrosorum uidelicet, salforum, & amarorum. Et in his quoq; amarum ex nitrosi prouenit intentione. Salsus uero aut nitrosus imbecillior, aut adstrictionis quoque assumens aliquid: deinde à Platone acris expositus est, mox acidus, postremo dulcis. At à Theophrasto additus est unctuosus, siue pinguis: à Platone quidem in sermone de proprijs linguæ sensorijs præteritus, uerum paulò ante plantarum succis adscriptus, ubi uinosum ab oleoso & melleo discernerebat. Porro in illo sermone unctuosus adiecit succi genus una appellatione comprehensum, *σπόγγι* nominans: ubi autē ad gustus sensoria transijt, protinus dulcem memorauit. Nihil enim retulerit, dulce an melleum dicas, uelut nec pingue an oleosum. Omisit autem pinguem, ut qui ad gustum nihil attineret.

Qua differat adstringens ab austero & acerbis.

Cap. XXXVII.



Xponere quidem hæc exactè est impossibile, quandoquidè nec aliam ullam sensoriam passionem: uerum ei qui eodem sensu communicat, licet suggerere. Ergo si quis aut cydonia, aut mala, aut mespila, aut myrta gustauerit, proculdubio cognoscat aliū nobis ab his in lingua moueri sensum, alium ab adstringentibus corporibus. Nam quæ adstringunt aut refrigerant, introrsum pellere contactam nostri partem ex omni parte apparent, idq; æquabiliter, uelut pellentia, ac stipantia, contrahentiaque. At austera in profundum etiam subire uident, atq; asperū quendā inæquabilemque mouere sensum, ranquam resiccantia, & humorem omnem corporum sensilium depascentia. Ex quo fit ut alia sit passionum proprietas, quæq; haud facile lucideq; explicari possit, nimirum ab adstringentibus nos corporibus, tū ab austersis saporibus. Sed quiuis tamē facile quod dico cōprehēderit. Porro quando quod linguæ nostræ admotū fuerit corpus, ualidè desiccet, contrahit, & in multam profunditatē usq; illā exasperat, sicut pira syluestria

A uelut imatura, & corna, eiusmodi omne acerbum appellatur, ab austersis intentione duntaxat diuersum. At quod nos adstringēs uocamus, haud temere à Theophrasto dictum reperias. Videtur autem idem significare quod austerum, aut certe commune esse genus tum huius, tum etiam acerbis. Quæcunq; uero linguam dum contingunt non contrahunt, neq; constipant, uelut adstringentia, imò contrā planè agere apparent, nempe detergentia & abluentia, etiam si adstringentium quippiam adiunctum sit, hæc omnia falsa cognominamus. At quæ his etiam magis detergent, adeò ut etiam molestè exasperent, amara nominantur. Porro quæ mordicant roscuntq;, idq; cum ualida quadam caliditate, acris uocantur: sin hæc absit, acida: cæterum hæc fermentandi quoq; uim obtinent. At quæ uelut inungunt atq; implent, ac in statum suum restituunt exasperatas ac ueluti erosas linguæ particulas, hæc si cū uoluptate manifesta contingant, dulcia: sin hac sine, pinguis uocantur. Atq; hoc quidē pacto, quantum in me fuit, res explicatu longè difficillimas uerbis exponere sum annisus. Miror autē qui tam promptè omnia adstringentia nominēt, siue acris sint, siue amara, siue dulcia, siue pinguis, siue acida, quum iam olim rebus ipsi impossita sint nomina, atq; affectuum sensibilibus non exigua in nobis differentia sit. Præstitisset fortassis, si quidem naturales scrutari rationes uoluerunt, apparentia non euertere, nec appellationes confundere. Verum inquirere cuius temperamētū, aut dispositionis, aut corporis constitutionis, aut quomodocunq; nominare uelint, soboles sit adstrictio, cuius falsedo, amaritas, aciditas, acrimonia, dulcedo, pinguitudo, quæ Plato, Aristoteles, ac Theophrastus conati sunt definire. Clarum quippe est, si ex calido, frigido, humido, siccoq; cōiunctibus omnia sunt mista, etiam dictarū quæq; qualitatū ex horum constare mistura. Itaq; si quemadmodum dictorum saporum quisq; proueniat, exponere conarentur, lubens equidem auscultarem, gratiamq; haberem non exiguam. At si neq; hoc efficiant, imò insuper sensorias omnes differentias in unū confundāt, ut parum absit quin corpora omnia adstringentia nuncupēt, sanè audire illos nolim: imò obsecrarem, ut inanem contentionem relinquunt.

Non ad totam rerum naturam iudicandas medicamentorum facultates, sicut naturales philosophi faciunt, sed ad nostram naturam.

Cap. XXXVIII.



T nos equidem in consequentibus ostendere conabimur, cuius nam temperamenti saporum quisq; sit soboles. In præsentū autem discipulos ad experientia accessuros id modò assuescere uelim, ut quod ad artem est utile, seligant, ubi iudicare uelint quo pacto unumquodq; nos medicamentorum afficiat. Quippe non quale ex se sit, & ad totam naturam, consideramus. Nam hoc pacto neq; acrum, neque marinam aquam nos exiccare posse, aut sicca esse facultate dici manifestum est. Si quidem utrunque illorum actus est humidum. Verum si nos exiccare appareant, sicca dicentur, ad nos uidelicet, & nostram naturam parem siccandi potestatem obtinentia. Quinetiam & calida, & frigida, & humida eodem dicentur modo, ubi nos scilicet calfaciant, refrigerent, atque humectent, eaq; ad nos, nō ad totā naturā, nec ex se. Atqui si huius duntaxat meminimus, certissima omnium erit iudicatrix experientia. Quam qui relinquūt, atq; aliunde ratiocinantiur, non solū falsa pro ueris ducunt, sed etiā tractationis utilitatē destruūt. Proinde nobis propositū nō est, quale ex sua natura quodq; sit medicamentum exquirere, uerū quid in nobis efficere possit. Atq; hic primi libri finis esto. At in secundo deinceps, oleo ac rosaceo in sermone exemplorū uice positus, prauas & inibi ratiocinandi uias monstrabimus. Quibus quū medicorū complures utant, in primis quidem seipsos decipiunt, secumq; alios multos in errorem pertrahunt. Porro ubi id erit absolutum, ad tertium Commentariorum transiens, quæstiones logicas, quæ uniuersam de simplicibus medicamentis enarrationem antecedunt, explicare conabor, ut uidelicet in quarto ipsas iam facultates omnium definire liceat, quas

C protinus à principio fuisset aggressus, nisi plena paralogismis atq; erroribus omnium propè iuniorum essent uolumina. Quos prius extergere, atq; ex animis discentium delere oportet, ne quid ueritati obsistat. Nam ut Hippocrates inquit, sic etiam ait Plato: Non solum impura corpora quanto plus nutrias, tanto magis lædas: uerum etiam impuris animis si nutriendos sermones offeras, non modò nihil profis, uerum etiam magnopere obfucris. Itaque his de causis, tum etiam quia amicorum plerisque uisum est, ut iuniorum medicorum argueremus errores, non tantum in congressibus, quos quotidie cum illis habemus, sed etiam hisce commentarijs, necesse mihi fuit diutius prioribus istis duobus immorari, quò uidelicet in tertio purum animi auditorem nactus, quiq; ueras assequi rationes possit, tum ea exponã, quæ de huius speculationis principijs nouisse oportet: tum deinceps omnes medicamenti cuiusque facultates enarrem. Id autem fiet in uniuersum, ut reor, libris undecim, ea ferme magnitudine constantibus, cuius est hic, qui est omnium primus. Qui quum conuenientem nunc nactus sit modum, finem per hanc dictionem accipiat.


PRIMI LIBRI FINIS.

CLAVDII GALENI PERGAMENI

DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORVM
FACULTATIBVS LIB. II.

Theodorico Gerardo Gaudano interprete.


Quòd sophistæ, qui fidem sensibus abrogant, demonstrationis principia incertiora quàm quæ demonstrantur efficiant. Cap. I.

D  Rolixa nobis ut sit de simplicium medicaminum facultatibus oratio, limites suos excedentes sophistæ efficiunt. Nam quum procul principia ducant, sensumq; pro nihilo habeant, seseq; in illa coniciant, quæ philosophis etiã ambigua sunt, simul & ea quæ ipsi ignorant, & ea quæ aperte cognoscuntur subuertunt. Ea q; plerique eorum faciunt non modò naturalis speculationis, sed etiam logicarum methodorum imperitiã, quibus utatur necesse est quisquis demonstrare quid aggitur. Itaque quum nesciant tum ea quæ bene à physicis sunt inuenta, tum etiam ea de quibus non iniuria illi dubitarunt, utrisque tamen contraria asserere sapienter non dubitant. Sed, deum immortalem, age obsecro, si nunc ego sic orsus dicere, quòd quum quatuor sint elementa, aer, terra, aqua, & ignis, nulli tamen congenita sit albedo, ac splendidus color extra splendorem & ignem: ac deinde citato Empedoclis, ac nonnullorum physicorum aliorum testimonio, splendida corpora omnia plurimum in se ignis habere dicam, haud curans aut niuem, aut ceruissam, aut glaciem, aut alia innumera tum splendidissima, tum frigidissima inspicere: ac mox fuggerente quopiam procedentem à sensu consultationem tergiversatus, ad rationem accedi tubeam, ac per eam de rerum natura considerandum, haudquaquam sensibus irrationalibus uniuersum committendum censeam: nunquid mentem habentibus insanire uidear, haud intelligens unde rationis desumpsissem initiu. Nam mea quidem sententia, ex sensu & per sensum omnia id genus sumuntur axiomata, nempe solem esse splendidum, flammam subflauas, carbones plerosque flauos. Ergo si à sensibus recedendum est, nulla suppetet demonstratio neque nobis eorum quæ modò diximus, neque Empedocli quum ait:
Vndique splendentem solem, calidumq; uidere.

Quæ

A Quæ si uera sunt, perspicuum est, multò ante illa fidem habendam sensibus. Imò, inquit, mortales quum simus, à sensibus auspicemur necesse est: uerum illis haudquaquam perpetuò immorandum, sed ad partem diuinorem accedendum, nempe rationem. Nam sensum & animantibus rationis expertibus inesse, rationem solam hominibus esse cum dijs communem. Atque hi in longum orationem extendunt. Quinetiam ex illis quidam & Anaxagoram in testimonium euocant, qui niuem pronunciarit non esse albam. Hic, inquit, uir physicus excelsior, ac supra sensum extitit, atque eius contemnit phantasmata. Ad rationem ire pergit, ea q; ducere rerum naturam scrutatur. At si me quod in mentem uenit fari oportet, qui liber sim scilicet, & in tota aded uita extra ueritatem studuerim nihil: ad insaniam extremam, & ultra, peruenisse illos arbitror, quos talia nugari nò dispudet. Nam si quæ per sensum euidenter apparent, euertant, unde sumant demonstrationum principia, non habebunt. Sin autem ab ijs tanquam à fide dignis exordiantur, quo iure istidem postea diffident? Nam demonstrationum principia certiora sunt quàm ea quæ per illa demonstrantur: quippe quum ista aliunde fidem mutuentur: demonstrationum uero principia non solum ipsa per sese, uerum etiam ad quærendorum inuentionem quibus credatur idonea sint.

Quòd abunde sufficiat iudicandis medicamentorum facultatibus, quæ per sensum accipiuntur experientia, unctis duntaxat paucis epilogismis, siue rationibus comunibus. Et quo pacto ratione experientia subscribere oporteat. Cap. II.

B  Quidem optarim nullas non res clarè sub sensus nostros cadere, nec quicquam esse quod illos fugeret. Hoc enim pacto nihil dubium, nihil ambiguum aut anceps usquam foret. Verum quoniam illos quædam effugiunt, rationem illis superinducere conandum est, sic tamen, ut nò procul, ut illi factitant, nec confusa & infinita colligamus, uerum ante omnia nominum significata diligenter definiamus, ne quis postea per æquiuocationem falli possit. Deinde, quod ex se quid agit, ab eo quod per accidens, separetur. De quibus supra accuratè disseruimus, significataq; eorū, quæ facultate aut calida, aut frigida, aut sicca, aut humida, aut quiduis aliud dicuntur, discreuimus. Tum quo pacto propriam cuiusq; medicamenti facultatem ab ijs quæ ex accidenti sunt segregans inuenire quis possit, generatim quidè in tertio de Temperamentis expositum est, atq; in hoc tractatu membratim enarrabimus, ceu in primo iam libro cœpimus: utq; ibi in aceto & aqua, ita hic in oleo & rosaceo facturi sumus, si modò prius ostēderimus, quantum delinquant medicorum nonnulli, qui longè demonstrationum ducunt principia. Nam quid oportuit olei aut rosæ respexisse colorē, quando rebus ipsis uarie uti liceat, nec in sanis solum corporibus, sed & ægrotantibus: quippe quum ipsas per se rosas, aut succum earum expressum corpori tum sano, tum simplici affecto morbo, ut supra diximus, liceat imponere, atq; oleo miscentes, corporibus aut ualèter refrigeratis, aut exalfactis applicare, siue affricando, siue perfundēdo, ac irrigando, tum in corpus quoq; assumere, idq; aut supernè per os, aut infernè per sedē, ac sic tandē quid ad unumquenq; usum proueniat, inspicere. Nam hoc sanè nomine medicamentorum omnium uires cōtemplamur, ut sit quo uti liceat, hypochondrijs, aut capite mordicatione afflictis, aut refrigeratis, aut exulceratis, aut phlegmone occupatis, aut id genus aliud perpessis, tum ipsis, tum alijs omnibus corporis partibus. Ergo quum tam perspicua simul ac cōpendiosa adsit uia ad ea quæ inquirimus, etiã nec colores æstimabimus, aut odores, aut cōsistentias, aut formas medicamenti cuiusq; perinde factitantes, atq; ij qui ex imagine aut ficta aut picta cognoscere quempiam uolunt, quum ipsum aspiciere non denegetur quem agnoscere cupiunt.

Quod neq; a colore, neq; ab odore, neq; a consistentia, aut congelatione, neq; a duritate, neq; a leuitate ratiocinari de medicinarū facultate oporteat. Cap. III.



Tque hac utique parte non leuiter peccare mihi uidentur; multo etiam magis quā inconclusa atq; in demonstrata nugantur, demonstrandi rationis planē imperiti. Nam donemus ignem aut flauum, aut rubrū esse, aut utcunq; uoluerint; nec enim refert: quid ergo id facit ad hoc, ut omne rubrum sit calidum? Nam omnis ignis, uerbi causa, ruber dicitur: at omne rubrum ignem dicere, ridiculum est: multo que etiam plus, si omne rubrum calidum quis dixerit. Nam si principio assumptum esset in oratione, omne calidum esse rubrum, licuisset fortassis mutua axiomatis conuersione rubrum omne calidum concludere: licet non obscure & illic peccetur. Nam quæ mutuo conuertuntur (quod ἀντιστρέφει uocant) orationes, uerē de se mutuo dicuntur. Veruntamen propinqua ea fuerit deceptio. At qui quoniam nec illud orationis initio assumptum erat, nempe omne calidum esse rubrum, haud licet mutua conuersione omne rubrum calidū esse colligere. Tribus ergo modis in sermone peccant, qui aiunt rosas temperatura calidas, quod sint rubræ. Primum, quod non demonstrata hac propositione, omnis ignis rubet, cōuertere ex hac aliam, uidelicet, omne rubrum est ignis, tanquam ueram, conantur. Secundo, quod nesciunt propositiones quæ ex mutuo ueris conuertuntur (λόγους ἀντιστρέφοντας uocant) non autem simpliciter conuertentes (ἀντιστρέφοντας nominant) esse ueras. Tertio, quod etiam si mutuo conuertentur, non tamen omne quod colore sit rubro, calidum esse, ex mutua illa conuersione sequatur, sed alia eiusmodi, rubrum omne esse ignem. Porro quod talia in rem præsertim non modo sint inuutilia, sed etiam palām falsa, cuius notum est: debemus enim non an omne rubrum sit ignis, sed quod calidum sit, ostendere. Nam si quicquid rubet, ignis fuerit, erit nimirum & rosa nobis ignis. Cæterum logicas methodos ignorant medicī primum in hoc maximē peccant, quod proprijs finibus excedant, nimirum quum sufficiens sit experientia, iunctis saltē paucis quibusdam epilogismis, medicaminum uires exquirere. Deinde tam fœdē in rationibus hallucinantur, ac pueri modo speculationem logicam ingressi, eisdem erroribus tenentur, qui ex odoribus medicaminum facultates conijciunt. Nec enim quicquid bene redolet, calidum est (quod quidā dicitant, haud intelligentes quo pacto inaudire oporteat quæ ab Aristotele & Theophrasto super hac re sunt prodita, ea quæ nos in quarto harum commentationum definiemus) neq; quicquid calidum est, bene olet. Quinetiā neq; si quid graue olens est, calidum etiam fuerit: neq; si calidum, etiam graue olens. Sic nec si quis quicquid grauius oleat, frigidum dicat: nec si quicquid frigidum sit, grauius olere, uerum dixerit. Siquidem calidorum innumera sunt, partim bene olentia, partim grauius olentia, partim neutra: similiter quoq; frigidorum. Quanquam quid calida dico ac frigida? quum debeam dicere calfacientia nos, ac refrigerantia, quæ utique inquirimus. Nec enim quod absolute calidum est, aut quod ad hoc expenditur, nunc considerare propositum est, sed quod corpus humanum excalfaciat. Nec sanē etiam quod absolute frigidum, sed quod hominem refrigeret. Denuo ergo hic hallucinantur in homonymia, haud distinctis nominum significatis: tanquam si quis de cane terrestri differens, ad marinum se oratione transferat, existimans ut animalis utriusq; nomen, ita & naturam quoque unam esse. At nobis demonstratum aperte est in cōmentarijs de Temperatura (quos & hancce antecedere tractationem protinus in initio commonescimus) aliud esse facultate calidum, aliud actū: & huius quod actū uidelicet calidum est, aliud absolute dici calidum, aliud per exuperantiam, aliud ad symmetrum sui generis, aliud ad quiduis obuium collatum. Quin & hominem non absolute calidum, ut ignem, sed exuperantia calidum diximus. Siquidem maiorem in eo calidi portionem inesse, quā frigidi. Ergo & quæcunq; ad hunc

A hunc dicuntur calida potestate, illum excalfacere dicuntur: facileq; de illis inuitur iudicium, & per experientiam expenditur, paucis indigens (ut supra commonui) epilogismis. Quos quum sophistæ excedant, & tempus adulescentulorū frustra terunt, & sophismatis cauillisq; homines seducentes eorum soluendorum imperitos, falsis eos dogmatis opinionibusq; implent. Debebant enim neq; colores memorare, neq; que odores, imō neq; consistentiam, neq; leuitatem, aut asperitatem, aut eius generis quodcunq;. Nam quid refert oleum an lentum sit, aut leue, aut splendens, aut liquidum, aut pallidum, aut pingue, aut lubricum, ægreq; corporibus illitum exiccari possit? Quippe quum ex nullo omnium eiusmodi colligere possis, ipsum esse facultate aut calidum, aut frigidum, aut humidum, aut siccum. Siquidem ex genere splendentium, leuiumq; & lentorum, partim sunt quæ planē nos calfaciant, partim quæ refrigerent, tum alia quæ exiccant, alia item quæ humectent, non tantum in oleo, sed & in alijs omnibus. Neque in ullis adeo accidentium reperire est quicquam quod solidum perpetuumq; sit, ut in eo generalem constituere propositionem liceat.

Quod sophistæ rationibus haud usi sint scientificis ad ea lemmata, siue sumptiones, ex quibus perperā de medicinarū facultatibus colligunt, sed aut ex inductionibus, aut ex exemplis. Cap. IIII.



Am omitto, quod non scientificis in omnibus id genus sint usi rationibus sophistæ ad inuenienda lemmata, sed ex inductione, & quod omnium pessimum est, quod nec quæ sit inductionis natura unquā inspererint. Quod si quis eos prouocet, neq; sequi audet: & si de demonstratione quis quid agat, increpant. Imō, quod etiam deterius est, non ex inductione solum ratiocinari assueuerunt, sed nonnunquam etiam ab exemplis, tanquam rhetores. Nam qui frigidum esse oleum asserit proinde quod lentum sit ut pituita, is per exemplum concludit, par robur præbens demonstrationis, atq; is qui ipsum calidum contendit, quia lentum sit ut uiscum. Nec secus is qui calidum dicit, quoniam facile in flammam uertatur uti bitumen, atq; is qui frigidum probat, quod facile cogatur ac concreseat ut aqua. Nam differt, ex exemplo aut exemplis quid suadeas, an ex inductione. Siquidem qui ex exemplis fidem facit, unum aut duo generis eiusdem adfert, aut certe planē pauca, plenisq; scilicet præteritis. Qui uero ex inductione, omnia cōprehendere nititur quæ per experientia sunt cognita: nec quicquam præterire, quoad eius fieri potest, quod apertum uulgo ac perspicuum sit, studet, nisi quod occultum est & paucis comprehensum. Quamobrem uiolenta est, & uehementer persuadet quæ ab omnibus quæ experientia sunt cognita, ducitur inductione: solisq; ijs mendacium perspicui potest, qui in demonstratorijs methodis sunt exercitati. Quare nos de ea copiosius in demonstrationis libris disseruimus, ac forte etiam seorsum de ea librum componemus.

De oleo ad Archidamum. Cap. V.



Alam autem sicut nihilo secius & nunc quoq; inductionis natura, multoq; magis & exempli. Nam omnia in summa percurrere statutum est, quæ de olei facultate a medicis sunt prodita, eaq; probabiliter quidem, quod ita uiderent: at non uerē: ac primū illud quod a Diocle in Archidamo scriptū est, quod Archidamus durefcere unq; cutem ijs qui eo fricarentur existimari: quapropter etiam siccam frictionem prætulit. Oleum enim accendi atq; exurere quum a frictione incalesceret, putabat, ac propterea admodum humore exaurire atq; siccare, non secus atq; ea assorum quæ ungi solent. Nam & ipsa magis durefcere, quā si citra oleum assaueris. Præstat autem totam adscribere dictionem Dioclis. Habet autem ea hunc in modum. At cum oleo fricare non perinde probabat. Primum enim inaequalem fieri eiusmodi frictionem putabat, quod manus laborentur scilicet, nec æque carnem apprehendere propter pinguitudinē possent. Præterea durefcere atq; aduri cutē in illis magis qui sic fricarentur existimabat,

C. **Q**ui sicca uterentur frictione: oleū quippe accendi & urere à frictione incalescens, quæadmodum in assis quæ uncta sunt, magis quàm non uncta, ubi oleo accenso incalescunt, & valde exiccant, indurescuntque. Similiter quæ in oleo coquuntur, dura exustaque effici eandem ob causam. Ad hæc quemadmodum ligna & coria, & alia complura quæ ex oleo fricantur, oleum intro imbibunt, ita putabat & corpora. Quod quum fieret, multa quæ solita essent cum spiritu effluere, ac foras prorumpere, tunc conclusi arbitrabatur: ceu cum cribris, linteis, lanæ, omnibusque adeo per quæ percolari quid assolet, perfunditur ac inungitur, non æquè liquores fluere per ea valent. Porro ubi ea excretio intercepta est, quædam intro recurere, quædam acervata inuiscemque implicita meatus opplere, retenta scilicet ab oleo, quod visco quid simile habeat: sicut in alijs omnibus apparet quod pingue est, pulveres ac festucas, omniaque eiusmodi consecrari. Denique ubi obstructi iam meatus fuerint, perpetuò ac sensim omnia deterius perfici esse necesse, quam in ijs quæ pro consueto geruntur naturæ modo. Putavit quoque oleo inesse mordacitatem, cuius vi oculi illachrymarent, & guttur in tussim ciceretur (quod *λεγγυειν* uocant) tum aluus raderetur, excrementaque redderentur sanguinolenta eo bibito: proinde qui citra frictionem ungerentur, nihil affligi: infirmiore enim esse mordicationem, quam quæ sensum mouere possit. At si per frictionem carnem subintret, mordicationem moliri maligniorem: uelut multa medicamentorum ubi illinuntur, minus ualent: at compressa introque subeuntia magis agunt: sicut sanè si urticis, & alijs multis sensum quempiam contungas, nihil læseris: sin ferias aut premas, utique offenderis. Hæc ergo sunt quæ Diocles in Archidamo prodidit, quorum simul tum probabilitatem, tum prauitatem conspiciere est. Siquidem quod quicquid in oleo coquitur, propriam amittit humiditatem, ac friabile durumque celeriter reddatur, quum alioqui nihil in aqua tale perpetiatur, ipsa nos docuit experientia. Quamobrem hac utique parte nihil Archidamus mentitus est: debebat tamen, sicut Aristoteles & Theophrastus, alijque non pauci philosophi eiusmodi problemata in physicis questionibus & proponunt, & soluunt, ipse quoque, siquidem omnium rerum causas scrutari uoluit, perinde ut illi, uti proponere, sic quoque soluere. At quum id minus facere appareat, in hoc uel maxime mihi delinquere uidetur. Nam quod apparet euidenter, id semper primum ponendum est: ac deinde, si cui libeat, causam eius inspicere debet, physica problemata hunc in modum componens. Cur oleum quæ in ipso coquuntur, sicca & friabilia efficiat: aqua uero, humida & mollia: aut, quamobrem in oleo cocta siccescant: at quæ aliter in eo madidata sunt, magis propriam seruent humiditatem, quam si omnino non essent madidata. Qua ratione scillæ & urticæ morsus sanet. Qua de causa his medeatur, quum ipsum oculos mordicet. Qui fiat, ut reliquum corpus uniuersum non mordicet, sed oculos duntaxat. Quare guttur exasperet, ulcera uero leniat. Quo pacto uentrem subducat. Quo modo lassitudines sanet. Quamobrem inunctos tuetur à frigore. Quare animalia insecta interficiat. Cur lora & coria emolliat, at quæ in ipso coquuntur, duriora omnia efficiat. Atque hoc unum est problematum genus, ad physicum duntaxat attinens. Alterum uero, quod commune quoque eorum est, qui artem quamuis exercent, est tale. Quam ob causam carnes piscesque assantes cocis oleo prius illinant. Quid sit quod athletas oleo fricent gymnastæ. Quid etiam quod pueros pædotribæ. Nam cuiusque talium problematum ab experientia profectam causam assignare liceat: cocis nimirum responsuris, propterea se pisces ac carnes oblinere, quod sicca adustaque extimæ eorum reddantur partes, si citra pinguedinem assentur. Athletas uero se ex oleo fricare dicitur gymnastis, tum quod quæ ante inerant lassitudines ipsum exoluat, & quæ futuræ sunt mitiget, tum quod frictionem æqualem & mitem placentem efficiat, corpusque ad motus futuros præparet. Eas ob res ipsi quoque pædotribæ pueros se & ante, & post exercitia inungere dicent. Cur autem oleum lassitudinini medeatur, haud etiam nouit nec gymnastæ, nec pædotriba, nec medicus experientia

A rientia curans, nec tamen quia id nesciant, ab euidenter apparentibus recedent. Siquidem tamen si ignorant, quamobrem ueratrum album sursum purget, nigrum deorsum detrahat, neque conpertum habentes, quare enicus pituitam ducat, atram uero bilem epithimum, tamen medicamentis ad ea utuntur, ad quæ utenda docuit experientia, & eos quibus est opus curant, & euidenter apparentibus fidem habent, eosque qui contraria rationi adstruunt, derident.

Quod præterquam quod pugnantia de olei facultate Archidamus afferat, insuper per improprij utatur exemplis. Cap. VI.



Archidamus supra quam quod in multis, quæ perspicuo apparent continet, insuper & hac quoque parte taxandus mihi iure uidetur, quod dicat meliorem esse frictionem siccam, quam quæ cum oleo adhibetur, quia corpus durius & siccus ijs qui unguuntur, efficiatur: mollius autem ijs qui fricantur siccis. Dicit porro nihilo secius & in illa ipsa dictione paulum progressus, ligna, pelles, aliaque quæ ex oleo fricantur, ipsum in profundum transmittere, idque maximum esse testimonium, quod in corporibus nostris intro subiens meatus oblinat, ac humidorum prohibeat effluxus. Et quod si sit, haudquaquam siccum dicendum foret, ac proinde frustra id tanquam desiccans in frictionibus reputat. Falli præterea in hoc mihi uidetur, quod similiter affici putet tum ea quæ in illo coquuntur, tum ea quæ fricantur. Nec enim eadem agere dixerim oleum calidum, frigidum, temperatum, tepidum, aut feruens: sicut nec aquam ipsam. Apparet enim & ipsam, si frigida applicetur, condensare, constipare, contrahere, constringereque quod excernitur, sicut si extremè feruida, adurere. At si temperata adhibeatur & moderate calida, laxare, rarefacere, fundere, digerere. Porro si nec insigniter calida, nec frigida admoveatur, sed uelut quæ fontana dicitur, tunc propositorum nihil efficiet: uerum propriam sui facultatem exeret. Sic si quis oleum expendere uolet, ab omniprius liberum alieno tum calore, tum frigore ipsum efficiat, atque ita demum ad explorandum accedat: quippe quod summe frigidum fuerit, non ex sua duntaxat facultate, sed ex alienæ qualitatis excessu nonnihil in contactis operabitur. Ita quoque quod magnopere calidum. At si utroque ipsum liberans, sic demum examinare uoles, hoc duntaxat pacto propriam olei uim inueneris. Quapropter quum quis ex more oleo fricatur, sicut gymnastici omnes, in solo fricatur oleo, quod nimirum absque omni sit aliena qualitate: at si admodum excalescit, aut summe utatur refrigerato, iam compositam ediccionem necesse est, nempe ex propria olei facultate, & aliena qualitate. Sæpe uero propriam cuiusque medicamenti facultatem obscurari necesse est, ubi ualentem aliunde qualitate acciuerit. Itaque qui simile fuerit, herbas in oleo feruente coquere, ac exercitantium corpora fricare. Maxime siquidem, uti supra ostendimus, extrinsecus ductas probationes fugere oportet, quum liceat nimirum propriam cuique adhibere experientiam. Quod si quando tamen id quispiam facere uolet, certe similia comparare conabitur, sicut in corijs faciebat & loris. Nec enim quispiam oleo in igne præcalescit, neque in niue refrigerato, sed obuio quoque accepto corium ac lora conficit. Ita puto & pædotribæ faciliant, obuio oleo pueros fricantes, ne utiquam aut in igne excalescit, aut in niue refrigerato. Alioqui sanè & nos non raro caput ardore grauatum olei admodum frigidi perfusione refrigerauimus. Porro si salis nihil oleo sit inditum, tanto magis refrigerabit. Sin etiam omotribes, hoc est crudum fuerit, multo profectio etiam amplius.

Quomodo frigidum paremus oleum. Cap. VII.



Porro præparare illud solemus non aliter atque aquam: nempe prius excalescentes, ac deinde aqua mergentes summe frigida: at si etiam fons in ipsum cum strepitu decidat, uasculo nimirum, cui inest oleum, ante diligenter occluso, magis quoque ac magis ita reddetur frigidum. Multum item frige-

Ceris, si præcalfactum in puteum ita demittas, ut aquam contingat: quanquã quod aquam nondum tangit, frigidum item euaserit, sed non perinde. Atque hoc pacto præparando frigidum reddimus oleum: contra, calidum. Quo sanè modo etiã utimur in refrigeratis corporibus, in alueum olei calidi demittentes, quibus pars quæ priam obstupuit, aut tremuli sunt, aut conuulsione tentantur, aut motu, sensusue priuantur, aut etiã ægre sentire possunt, aut eiusmodi quippiã perpeffos. Ergo si quis ex uniuerso usu de medicaminum facultate pronunciet, nunquid excalfacere & refrigerare, tum exiccare & humectare nos oleum, uelut Dioclis Archidamus, siquidem pugnantias considerare animaduertereq; nesciat, putabit. Nam quum exiccari & fragilia effici quæ in oleo coquantur dicit, exiccantem & digerentem eius facultatem ostendit. At ubi intrò in coria subire, porosq; nostros oblinere, ac naturales humorum effluxus prohibere, rursus sanè quodammodo contrariam eius facultatem demonstrat tum digerentibus, tum exiccantibus. Atq; in istis uel adhuc quæ apparent proferens, de illis non rectè ratiocinatur. At ubi de mordicatione agitur, non ea omnia commemorat. Nam quòd oculos mordicet, quòd guttur exasperet, siue ad tussim prouocet, quòd uentrem radat, atq; secessus sanguinolentos efficiat, abun de magna testimonia sunt, mordacem illi inesse facultatem. At quòd ulcera dolore liberet, & uentris mordicationes aut irrigatũ, aut infusum omnino sanet, quicq; morfu iritantur mitiget, quum & ipsa non parua sint contrariã ipsius facultatis indicia, planè ommissa sunt. Cæterum si utrisq; propositis quis ratiocinari uolet, duorum alterum eueniet: aut enim id faciet ut Empiricus, qui experientia omnia tribuit, dicetq; se in collatione ad aliquid cuiusq; medicamenti facultatem per experientiam cognoscere, ipsius autem per se propriam ignorare naturam: aut ut rationalis, contrarias inesse medicamento facultates, mordicantem & lenientem: ac deinde ingenti tenetur anxietate, causam dicturus cur interim altera earum agat sensibiliter, interim altera, reliqua aut perditã, aut non clarè apparente. Quarum omnium dubitationum solutiones, si quidem ut physica proponantur problemata, sanè quàm difficiles sunt: sin ut ad usum referantur artis, multam requirunt experientiam: epilogismos autem non ita multos, sed exactos ac definitos. Nam primum, an omne oleum oculis mordax sit, nec ne, experientia definire præstat, haudquaquam ex tempore in utranque partem rhetorum more disserere: tum an omne æquè guttur exasperet, aut uentrem subducat aut radat, ut nonnunquã cruentas moueat excretioncs: an oleorum hoc quidè hæc faciat, illud uero non: & aliud magis, aliud minus. Olei differẽtias nunc recenseo, ne quis heterogenus, siue alterius generis existimet, sicut cicini, raphani, ni, caryini, balanini, ac similitum. Nam & horum uires medicus noscat oportet: sed in præsentia eas enumerare non expedit. Satis est enim, mea quidem sententia, principio propriissimum, & quod maximè ab omnibus hominibus uocatur oleum, considerasse: quando & ipse fructus ex quo fit oleum, solus ex omnibus oliua nuncupetur, & arbor olea (Græcè utrunq; ελαια uocatur, & ipsum oleũ ελαιον) ipsumq; simpliciter primario oleum dicitur: at reliqua omnia per translationẽ & abulum.

De differentijs proprie uocati olei.

Cap. VIII.

Huius sanè quod proprie oleum appellant, de quo omnis in præsentia sermo habetur, plures dico esse differentias. Secundum ætate quidem, quum aut recens est, & uelut mustum, aut ætate uigente, aut uetus. Secundum præparandi modum, quum aut simplex solumq; & impermixtum fuerit, aut cum sale præparatum. Secundũ fructus ipsius diuersitatem, quum is aut immaturus, aut maturus extiterit. Secundum inductionem, quum aut quomodo ab initio præparatum fuit, ita seruetur, aut candidum efficitur. Scriptum uero est de albificatione eius & ab alijs non paucis, & nos quoq; in sequentibus de illo nonnihil trademus. Horum omnium oleorum facultates ipse equidem

equidem experiri studui: quid autem in quoq; deprehenderim, postea exponã. At nunc absoluere statui primũ quod erat in manibus. Perperam enim mihi uidentur medicorũ pleriq; tum experiri medicamenta, tum de uiribus eorum ratiocinari.

Quomodo cuiusq; medicamenti facultatem experiri oporteat. Cap. IX.



Quipe quum experiri solum oporteat quæ impermixta sunt, & ab omni extranea qualitate aliena: eaq; primũ in optima corporis constitutione, deinde in intemperatis, demũ in morbis simplicibus: sicut in libro hunc antecedente, & in tercio de Temperamentis definitũ est. Ratiocinari uero, id quod ex accidẽte est, semper ab eo quod per se est, distinguentem.

Quòd non solum in explorandis medicamentis medici hallucinentur, sed etiam in opinionibus quas habent de affectibus. Cap. X.



T nonnulli medicorum non in istis modo hallucinantur, uerum etiam in opinionibus quas habent de affectibus. Nam oleum quòd lassitudinibus remedio sit, omnes propemodum fatentur: cæterũ quis affectus sit lassitudo, non consentiunt. Hic enim articularum esse ait siccitatẽ, ex motionibus desiccatorum. Alter & musculorũ adijcit. Alius porro contrã quàm hi, humiditatem multam & tensionem, & caliditatem: fluxione nimirum partibus uehementer agitata affusa. Alius non humorum multitudinem, sed qualitatem solam causatur, prouenire inquiens in motionibus immoderatis pinguedinis carnisq; teneræ colliquationes quasdam, quarũ pars foras transpiret, reliquum retineatur in corpore: & hoc quũ acre mordaxq; sit, affectionẽ efficere ulcerosam. Itaq; etiam si in hoc conueniatur, quòd lassitudines sanet oleum, attamen ob ancipitẽ atq; ambiguum corporis affectum nihil queat certi de olei facultate colligi. Atq; id sanè non tantum in lassitudine usu uenit, uerum etiam ubi doloris causa, aut mordicationis, aut phlegmones gratia bibendum oleum exhibemus, aut per sedẽ infundimus, aut identidem perfundimus. Siquidem ulceribus phlegmone affectis non solũ, sed & cum aqua moderatè calida perfundimus, ut in lassitudinibus cum lauacro aquæ dulcis: sed nec quæ sit in phlegmone affectio, consentiunt. Porro ubi per sedẽ ipsum ingerimus, aut bibendum offerimus, ne tunc quidem cognoscimus euidẽter, cuius corpori ipsum applicamus, an pituitæ, an bilis, an aliorum aliquorum recrementorum pleno. Constat enim, non perinde hominem affecturum, ubi pituitæ uiscosæ intestinum omne simul cum uentre plenum offendet, atq; ubi biliosis excrementis reuertum, aut alijs quibusdam acris humoribus, aut stercore multo, aut horũ quidem nullo, sed incidat in uentrẽ intestinaq; undiquaq; pura: aut præterquam quòd pura, etiam exasperata reperiat.

Quòd ut quis probe de olei facultate ratiocinetur, debeat etiam affectionem hominis æstimare, & de ipso oleo quale sit præfinire. Cap. XI.



Taq; negligenter admodum & segniter de his omnibus medicorũ plerique ratiocinantur, haud indicantes nec quo pacto affecto homini oleum exhibent, nec qualenam ipsum. Ac mox tamen dicunt, alij mordicare & radere prorsus partes corporis internas, alij uero etiam si præfuerit mordicatio, & huic mederi. Nec enim parũ interest, an injiciatur in uentrem pituita scatentem oleum expers salis (Græci αναλον uocant) & quod reuera oleum est: an quod plurimum accepit salis, in uentrem purum. Vtrunq; enim aluum subducit, diuersis tamen facultatibus. Nempe illud quod sale uacabat, in pituitoso uentre per lubricitatẽ, similiter maluis, blitis, moris. Quod uero sale habet, in puro per acrimoniam, perinde ut muria, & marina aqua; & sanè hoc quidè radet, alterum non radet. Ergo nec absolute oleum quod uis interna omnino radere dixerimus, aut deiectiones moliri cruentas, neq; mordicationes lenire: uerum id cui sal est inditus, in puro uentre radere: cui autem non, in pituitoso non radere.

Cc 3

C Quod sulfuginosa & acria ex accidente quandoq; morsui medeantur, nempe secum quod mordicat educentia. Dulcia uero & epiceraistica contra morsum etiam aliquando ex accidente exasperant, nimirum quum unâ corruptantur, & fo- ueant alantq; cacochymian. Cap. XII.

Nonnunquã uero mordicationes ex accidente quod sulfuginosum est, sanauerit, uelut melicratum, falsugo, serum lactis. Educunt enim secum hæc nonnunquam succum mordicationem facientem, ac mordacitatis redduntur medela, perinde ut cætera omnia quæ abluunt & abstergunt. Sed non statim ubi immissa sunt hoc genus medicamenta, morsum sanant, quin potius tunc etiam exasperant. Siquidẽ euacuationis, haud mistionis ratione sanationem moliuntur. Quippe ceratum ex rosaceo & adipe, aut pinguedine infusum, sæpenumero morsibus continuò succurrit, idq; mistionis ac temperationis ratione. Sed & oleum ipsum solum, sed dulcissimum, id frequenter præstitit: sicut certe etiam adeps hirci, aut succus chondri, aut ceratum ex oleo dulci. Nos autem sæpenumero quibus ex frigore interna dolore torquebantur, ingesto oleo calido dolore liberauimus: ac si maius esse frigus conijciebamus, addidimus & anethum, oleum excalfaciens: si uero adhuc etiam maius, rutam quoq; & bitumen. Atq; talia omnia medicorum pleriq; nesciunt, nec norunt dolorem ab intemperantia natum, ab eo qui ex cacochymia oritur, distinguere: nec quòd medicamentorum quæ doloris gratia iniiciuntur, alia excalfaciendo partem refrigeratam sanant, alia humorem mordicantem euacuando, alia miscendo. Sed & subinde miste existunt affectiones, ex intemperie uidelicet, & mordicatione. In quibus nos cõsueuimus anethum, aut rutæ oleum infundere, anserino in eo liquato adipe: si non adsit, saltem gallinaceo: si nec is quoq; uel aliorum aliquo: quòd si horum nullus ad manum fuerit, ceram miscemus mordacitatis expertem (uoco autẽ sic eam quæ lota est) aut certe oleum ipsum quod effectum est candidum, infundimus. Nam id ceræ mordacitatis experti proportionale est. Temeraria itaq; pronuntiatio est atque indefinita, tum eorum qui oleum omne omni tempore mordicans adstruunt, tum eorum qui leniens. Nam quod saltem acceptum mordax est: quod autem eo caret, & dulce est, quod quidem ex se est, lenire potest. Nam uideri possit & ipsum quandoq; pro affectibus quibus applicatur, haud etiam esse eiusmodi. Vnumquodq; enim temperantium medicamentorum (Græci *ἐπιχειρήματα*, siue *ἐπιχειρησικά* nuncupant) ubi ualentius euasit humoribus mordicantibus, morsum eorum retundit. Verum si aut ualentioribus facultatibus, aut multis paucum mistum fuerit, unâ & ipsum corrumpitur, alitq; cacochymian, siue succi malignitatem. Quamobrem protinus euacuandi sunt qui ab ijs quæ temperandi naturam habent, irritantur atq; exasperantur: utpote qui multa nec facile mobili corruptione sint repleti.

De lacte.

Cap. XIII.

Lac sanè lac frequenter simulatq; sumptum fuerit, alijs acescit, alijs in nidorem uertitur, prius quam probè cõcoctum corruptionem temperet. In quibus utiq; primũ maxima cacochymia pars euacuari debet, atq; inde sumendus chondrus, & ptisana, & lac, & alia: quæ ubi probè fuerint cocta, conferunt ad euchymia, hoc est succi in corpore bonitatem. Non tamen quod ad hoc attinet, omnia existimare oportet, aut deteriores, aut contrarias in sese obtinere facultates, neq; in sermone scientem eorũ quæ eueniunt partem alteram omittente: id quod fecit Archidamus in oleo. Siquidẽ memorabat oculos ab eo mordicari, guttur ad tussim excitari, & uentrem radi: cæterum quòd stomachum sæpe quũ ualenter morderetur, oleum protinus dulcissimum sanauit, & iniectum totius uentris mordicationes leniit, & a thapsia urtica & scilla excitatas sedauit, eorum mentionem non fecit. Ego uero non ambigo, neq; fidem non habeo ijs qui aiunt, rebus propemodum omnibus multas ac diuersas inesse facultates: quin ostensurum

A ostensurum me id ipsum pollicor in libro sequenti, Attamen non proinde adstruo eam quæ in quocq; exuperat, nõ posse cognosci. Verum si quod ex accidente est, ab eo quod per sese, distinxeris, omnia clarè cognosces. Contemplator enim utiq; in exemplis, propositis uidelicet exẽpli causa duobus hominibus, quibus similiter os uentris mordicetur, & qui pariter aut succum ptisanæ, aut chondrum, aut panem lotum sumperint: deinde alteri mordicationem restinctam, alteri uero inauctam posuito; obsecro, nunquid succus ptisanæ, aut chondrus, aut panis quum ex se mordax sit, per accidens in altero hominum morsum non modo non inauxit, sed mitigauit: an quod ex se quidem erat, mitigauit, per accidens uero in altero irritauit? Ego sanè ex sua natura epiceraistica esse dico succum ptisanæ, & chondrum, & panem, & per Iouem lac quoque, cæterũ in altero homine morsum auxisse, quòd properasset a corruptione superari. Atq; ea utiq; est (certò scio) ueterum omnium sententiã, sed recentiorum optimi quicq; ita sapiunt. Verum si quis fuerit quem ego nesciam (nec enim quicquam est quod non audeant iuniorum medicorum quidam) qui contendat, ex sua natura corruptiones augere chondrum, panem, aut ptisanã, cæterum in quibusdam ex accidente nimirum mitigare: is inquam qui talia iactabit, nullã assertionis suæ demonstrationem afferre poterit. At nos dicimus, quòd si ptisana foret cacochymos, maliue succi, haud unquam mordicationem mitigaret. Atqui conspicitur frequenter tum supernè sumpta, tum per sedem iniecta mitigare. Ex quo patet, per suam quidẽ naturam boni esse succi, uerum interdum unã cum ijs succis qui mordicationes excitant, corrumpi, & ipsum augere symptoma.

Quomodo discernendum sit, a cacochymis ne mordicatio sanata sit, an ab epiceraisticis, hoc est temperantibus. Cap. XIII.

Rorte igitur nos roget quispiam, an nullum unquam cacochymorũ mordicationem curauerit? Equidem id non raro factum cognoui: uerum ea dico non temperando, uerum id quod mordicabat educendo, mordicationes sanasse. Ac proinde & statim, & usq; dum euacuentur, hominem mordicare, & insuper euacuata asperum relinquere sensum in partibus, aliud medicamen requirentẽ. Quod non faciunt quæ boni sunt succi & dulcis (Græci *εὐχμία ἢ γλυκύχμία* nominant). Etenim & protinus mitigant, & absq; ut euacuatione efficiant, tum sensum asperum nullũ inducunt, quin potius ipsa contra sensum medentur asperitati. Itaq; chondrũ, lac, ptisanã in eiusmodi affectibus & edenda prebemus, & per sedẽ iniicimus, ubi uidelicet melle, aut quopiam eiusmodi quod infestabat exterferimus: quo tempore opportunus est & adeps, & ceratũ dulce, & oleum dulce. Porro & in præsentĩ & in sequenti deinceps sermone omnia me dulcia dicere existimato, tum ea quæ salẽ non sunt experta, tum ea quæ sunt clota. Quatuor itaq; indicijs ac notis, quũ possis quod per se est distinguere ab eo quod per accidens, facile cuiusq; taliũ medicamentorum facultatẽ inuenies. Primũ indicium est, an statim mitiget, an non. 1. Secundũ, an intus maneat sanando, an nõ. 2. Tertium, an asperitatem quandã in corporibus relinquat, an non: & quartũ, an nõ ita affectis utile & commodũ uideatur. Nam quũ nec protinus mordicationẽ sanat, uerũ maiore cum uehementia excernitur, neq; intus medendo ramanet, & molestã corporibus asperitatem relinquit, quã, si denuo offerat, exasperat, argumentũ est rodenus ac mordicantis esse naturæ, cæterũ ex accidente quandoq; morsus sanare. At quod & continuò mitigat, & nullã excretionẽ prouocat, sed nec exasperat dũ intus manet, imò exasperatorũ medela existit, ipsum quidẽ natura bonũ est, uerũ interdũ a cacochymia, quæ ipsum alterat corrumpitq;, mordax efficit. Atq; hæc ita a me dicta sunt, ut simul utriusq; medicamentorũ generis & tempus, & utendi modũ, simulq; facultatis inueniendę rationẽ docuerit oratio, demonstraueritq; & ptisanę succũ, et chondrũ, & tragũ, et lac, & panẽ clotũ, ex genere esse euchymorũ: quin & pinguedinẽ, et adipẽ, & oleũ dulce

c & ceram dulcem ex mitigantium esse natura. Fuerit autem cera dulcis, quæ & natura est talis (nam quædam gustantibus amara sunt) & præterquam quod est talis, in aqua bona elota est.

De ratione abluendi & candida faciendi medicamenta. Cap. xv.



Avanda porrò est non tantummodo cera, sed & pix, & resina, & oleum, & quicquid aliud aquæ misceri nõ patur. Primumq; modicè con- calfactum, mox in uas lati oris ac magnum, cuiq; insit aquæ copia pur- rissimæ simul & omnis qualitaris expertus, infundito. Nam in ea quic- quid id sit quod abluitur, acrimoniam suam exuit. Deinde conterito, tundito, frangito, manibusq; impense subigito, ut unaquæq; uidelicet abluendi me- dicaminis particula aqua possit contingere. Deniq; effusa priore aqua, rursum quod lauatur exalfaciens, in aliam aquam æque synceram inijcito, rursumq; diutissime contundito, donec qualitaris suam in aquam deponat. Id autè gustu datur cogno- scere. Mox uero & tertio, & quarto, & sæpius deinceps idem faciendū, donec aqua nullam etiam ex abluto medicamento qualitaris recipiat. Atque hunc in modum omnia quæ exalfieri & fundi sustinent, lauabis. At si qua sint lapidosa & dura, ue- lut cadmia, & aris squama, & æs ustum, ea exactè in tenuia comminuentem, pluri- mum in aqua terere fontali purissimæq; oportet, subinde priore effusa, quoad nihil in aqua innatet, maneatq; aqua prorsum à contriti medicaminis qualitate immunis. Nam quandiu aut qualitaris eius quippiam in gustu appareat, aut aliquid innatet, tandiu terendum atq; effundendum est. Nam si hoc pacto quiduis eorum quæ la- uari possunt, abluas, mordacitatis expertus euadet. Et sanè oleum non tantum morda- citatem exuit, sed etiam candidius interea efficitur. Oportet uero ipsum nõ perinde uehementer uerberare ut picem, aut ceram, aut resinam, ne uidelicet adeo aquæ mi- sceatur, ut ægre postea separari possit, sed ita, ut ubi quietescere paulisper siueris, facile possis innatas detrahere. Sunt & alij modi quibus oleum efficere possis candidum, quos scriptos inuenies apud eos qui præparationum libros conscribere, & qui de materia prodidere, ut & apud Dioscoridem in primo. Verum pleriq; eorum consu- mentes quod in oleo aqueum ac ruffum est, reliquū candidum efficiunt. At hic ab- luendo, ueluti ipsum abstergendo ac detergendo, candidum efficit.

Quod non colligatur oleum ex eo quod ad tussim quendam ciet impetum, proinde esse mordax: neq; enim omne quod ad tussendum impetum ciet, mordax est: neq; solum quod mordax est, ad tuf- sim impetum mouet, sed & quæ pingua sunt. Cap. xvi.



De medicaminum quæ lauari candidaq; effici solent, dispositione, aliàs dicitur: nunc ad propositum reuortor. Oleum quod non sit omphaci- um uocatum, hoc est, crudum (id enim adstringit) neq; cum sale præ- paratum, neq; recens, ac uelut etiamnum feruens, ad hæc omnia accu- rate lotum, id neq; epotum, neque infusum mordicationem exercebit. Quod si guttur ad tussis impetum prouocet, non idcirco mordax dicendū erit. Nam quicquid mordax est & acre, ad tussim impetum prouocat, non tamen quicquid im- petū ad tussim prouocat, mordax est & acre: hoc enim duntaxat pacto mordax esse oleum conuiceris, si quicquid ad tussim impetum mouet, mordax esse cõfessum fue- rit. Occurrit itaq; denuo hic error non leuis, sed perniciosus, in conclusi conuersione cõmissus. Cõfessum enim est, omne mordax impetū ad tussim mouere, & cõfessum est, oleū omne ad tussim mouere impetū: uerū his suppositis nõ conficitur oleum esse mordax, neq; si categoricas, neq; si hypotheticas efficiamus propositiones, quod scilicet ex duabus uniuersalibus affirmatiuis nihil concludi in secunda figura possit, neq; conclusio ex necessitate sit uera. Fient autè in syllogismo categorico duæ propositiones istæ: Omne mordax ad tussim impetū ciet: r & omne oleū ad tussim impetū ciet.] quibus cõfessis nihil cõcludi poterit. Hypotheticā uero propositionē, quam

quam Chrysippus ἀξιώματι τῶν κινήσεων nuncupat, ueram accipere non licet, neque ex sensu, neque ex consequentia rationali. Non enim aut per sensum, aut ex sensu, aut utcunq; nominare placebit, id genus ἀξιώματα desumpta sunt: nempe, Omne mordax ad tussim impetum ciet: &, Si quid mordax est, idem & ad tussim impe- tum ciet: &, Non si omne mordax ad tussim ciet impetum, protinus quicquid ad tussim ciet impetum, mordax erit: neque omnino ad hoc, Si quid mordax est, hoc & ad tussim impetum ciet, sequitur in uniuersum istud: si quid ad tussim impetum ciet, ipsum & mordax esse, sed id quidem: si non ciet ad tussim impetum, haudqua quam mordax esse, id inquam uerum est: quippe quum mutuo conuertantur. Non tamen si quid ad tussim impetum ciet, continuo & mordax est. Demonstratum au- tem in methodis logicis est, quæ ex mutuo ueris conuertuntur orationes, ipsas quo- que ueras esse: at quæ simpliciter conuertuntur, non perpetuo esse ueras. Illas qui- dem ἀντιστρέφοντας uocant, has uero ἀναστρέφοντας. Igitur si non ex necessitate uerum est, si quid ad tussim impetum mouet, idem mordax esse, neque sanè oleum proinde quod ad tussim impetum moueat, mordax esse concludi poterit. Hoc enim dunta- xat pacto, nempe si in cõfesso esset, omne quod ad tussim impetum moueat, idem mordax esse, uerè talem confici conclusionem inueniretur: Si ad tussim impetum mouet oleum, utique & mordax est: quod uidelicet ad hanc sequatur orationem, fa- cta tali assumptione: Atqui ad tussim mouet impetum oleum, sequitur ergo iuxta primam orationem indemonstratam, mordax igitur oleum est. Verumenimvero non hoc pacto colligendum illis fuerat, quod si quid mordax esset, continuo & ad tussim moueret, sed quod sola mordacia ad tussim impetum prouocant: ita enim con- cluderetur, quicquid ad tussim moueret impetum, esse mordax. At hoc ipsum, sola uidelicet mordacia ad tussim impetum ciere uideri, & alienè à sensu dicitur (quippe quum & pingua mouere ad tussim impetum appareant) & quod queritur, prom- ptè assumptum est neque ex sensu neque ex demonstratione. Præterea hominum id est ignorantium, quæ nam sit ad tussim impetū mouendi affectio, quam fortassis ipsis exponere præstitit.


Quomodo & per quæ ad tussim impetum cieri contingat. Cap. xvii.



Contingit autem ad tussim impetū cieri inæqualitate quadam in gutture præter naturam proueniente: quippe quum spiritus per purā leuemq; ferri uiam consuetus, si quando in eminentia quædam impingat, tumul- tum quendam ac uelut inæqualem cõussionem in gutture efficit, atq; ita ad tussim animal prouocat: nam ut alias quoque multas natura ho- minibus salutis gratia ingenitas indidit passiones, ad eundem modum & sternuta- tionem, & tussim. Sternutationem quidem, uti ea quæ in naribus infesta molestaq; sunt, propellerent. Tussim uero, ut quæ in gutture. Porrò duplex ea affectio est, aut resiccata exasperatæ quæ in arteria est membrana, aut inæquali in ea corpore dela- to, siue id liquidum sit, siue solidum. Hinc seu panis micula, aut alterius cutuspam edulij, nobis inutis in spiritus meatum decidat, tussire adigimur, seu si bibentibus affatim ipsius potus quippiā cõ in fluat, similiter iritatur, atque ad tussim compelli- mur. Percolatur enim perpetuo per asperam arteriā in pulmonem ipsius potus tam exile quippiam, ut protinus ab instrumentis raptum per facile quocunq; distribuatur, nec tamen uspiam acruatim in spiritus semita consistat, neque animal ad tussim iri- ritet. At ubi uel id ipsum plusculum, uel aliud quodpiam seu liquidum, seu solidum corpus in aspera defertur arteria, iam inde tussire necesse est, donec à spiritus uehe- mentia quod molestat propulsatum eijciatur. Proportionale quippiam huic accidit, ubi in membranam ipsam arteriæ exasperatam spiritus impingit, nisi quod hæc affe- ctio alia à tam dicta sit. Hæc enim ab arteriæ membrana aufert abraditq; quippiam, intus uero adhæret aliquid in priore affectu. Porrò utriusque communis est spiritalis

Cuia inæqualitas. De quibus fufus in caufis fymptomatum differuimus. Caterum in præfentiarum cognouiffe fufficit, quòd mordacia gutturis exafperatione, oleofa uero & pingua illitu inæqualitatem & ad tuffim impetū efficiant. Quicquid enim extra naturam in arteriæ incidit tunicam, tenaciterq; illi inhæret, tum organis ipsis, & qui per ea defertur fpiritu infulens eft, tum animanti quoque moleftum. Nec id nunc dico, quin pleraque ex oleis mordicantia fint. Nam & quæ admiftum habent falem, & profus recentia funt, ea omnino mordacia quoque funt: non propria fui effentia, fed quoniam omnibus plantarum fuccis geminum inlit excrementum (quod abunde indicauit Theophrastus, & nos poftea commonftabimus) alterū craffius, ac uelut terreftrius, alterum tenuius & aquofius. Sanè & oleo ambo hæc in funt, ad concoctionem & difpofitionem tempus poftulantia. Porò tempore quidem alterum refidet, alterum uero confumitur: ac primum quidem, quod uidelicet & terreftre eft & craffum, fubfidit, amurca nuncupatum: alterū uero tenuius, ac uelut aquofius, quodammodo & ipfum cõpofitum eft, ex aëria fcilicet effentia, & tenui ferofa.

Quot modis aqueum & tenue excrementum ab oleo feparari queat. Cap. xviii.

 Aeterum ferofum iftud ruffi coloris eft, à craffo illo terreftriq; fubfidente fcilicet qualitate abfterfa. At oleum ipfum tum minime mordax, tum candidum fua natura exiftit. Quapropter ubi tenue hoc excrementum feparatum fuerit, candidius etiam dulciusq; efficitur. Separatur uero multis modis. Aut enim in fole feruente lati oris uafculo olei pleno de-
pofito, conchis in altum fublatis, fubinde cum ftrepitu defuper conturbant: aut calidos uafculis oleum continentibus cineres fubiiciunt, folarem quàm fieri poffit maximè calorem imitati (maiozem enim idcirco uitant, quòd ipfum in qualitate alteret, prompteq; fumum excitet) aut nucleos oliuarū, aut frumentum circumcirca apponunt, aut medicamenta uafis ipsis inijciunt. In fuma, quod aqueū eft, exigunt atq; confumunt, reliquum autē feruant. Itaq; fi tam dulci candidoq; accepto oleo, cuiq; nec ab initio fal inditus eft, ipfum in fuper, ut ante poftitū eft, laues, id tibi medicamentorum omnium minime mordax erit. Ac nos quidem per fæpe oleum eiuſmodi bibendū nonnullis exhibuimus, nosq; ipſi experimenti gratia fumpſimus: profumq; nullam in teftinis mordacitatem attulit, gutturiq; minime ad tuffim impetum cõmouit: quumq; oculis effer infulum, fenfum mouit exiguum, ipſa potius nouitate, atq; infulentia, quàm acrimonia moleftum. Atq; eiuſmodi fanè oleum, ad unguē oleum exiftens, cuncta tum humectat, tum emollit, ubi nec fumme (ut monuimus) frigidū, nec calidum applicetur. Porò cui iniectus fal eft, nonnulla quoque in eſt neceſſario mordacitas: uerum mirer fanè fi quis tantum indat falis, ut oleofam pinguemq; fubftantiam exuperet, utq; Archidamum fcilicet referat, qui ait cutem aduri ijs qui in oleo fricantur, quando quidem & id fæpenumero factum uidi, cum aliorum nonnullorum gratia, tum arthritidis: fricant enim partes affectas trito in pauculo oleo fale multo, idq; per intermiſſiones, haudquaquā in paroxyſmis, tum ut fuperfluum omne exiccent atq; difcutiant, tum ut partibus infirmis bonam comparent habitudinem ac robur. Atq; in hoc quidem fal exuperat, in oleo uero fuperatur: potiusq; eorum quæ in oleo rigata funt, faciēda comparatio eft, quàm quæ in eo decocta, utpote qui hominem feruenti nequaquam oleo decocturi fumus, uerum temperato uncturi. Præſtat enim, id quod aliquoties fuprà monuimus, ipſum rei euentum fenſu perceptibilem & exactè manifeftum inſpicere. Neque enim fanè extrinſecus quaeritū opus exemplis eft, in rebus nimirū que tam clarè cognofci poffunt. Quin fi quando forte obſcurum fit quod quaeritur, adeo ut ex alijs ſibi fidem poſcat, neque illic fanè remotiſſima diſſimillimæque, propinquis præteritis, accerſenda funt quaerendæ facultatis teſtimonia. Sanè euidentis luce que clarius omnibus eft, quòd frictio ex oleo magis

A magis quàm ſicca laſſitudinē aufert, corporaq; emollit, cohibens occludensq; quicquid e nobis foras effluere eft natum, haudquaquam digerens & exiccās. Idipſum & Diocles confeſſus eft, ut qui oblinere poros oleū dixerit, quæq; effluunt cohibere, tum coria emollire. Quòd ſi rerum euidentia illi non fufficiebat, ac proinde extrinſecus adducere coniecturas potius illi uiſum eft, ea quæ in oleo frigidum rigantur, memorare, non quæ in feruenti decoquantur afferre debebat.

Quòd perperam Archidamus inæqualem ex oleo frictionem aſſeruit. Cap. xix.



Vemadmodum in talibus rerum tranſgreſſus eft euidentiam, ita illic quoq; dum ait inæquale eſſe ex oleo frictionem, manibus uidelicet lubricabentibus. Nam contrarium omnes manifeſtò percipimus, nimirum quum quæ ex oleo fit frictio, æqualis exiſtat: inæqualis uero ſicca. Cutem enim in frictionibus ſiccis manus coadducunt, ac uelut duplat, firmiterq; ac præter naturam complicant. Dein ubi non amplius prior uelut duplato labentes ſequi manus poteſt, ipſa quidem recurrit, atq; ad continuum reuclitur: manus uero ſemel ac uno impetu in alteram cutis partem tranſeunt, inferiorē tranſgreſſa duplationis partem, ac proinde inæqualem, duram, laborioſam talem ſentimus frictionem. Duram quidem, quoniam cutis uiolenter & tenditur, & cõcutitur: eſſdem de cauſis & laborioſam: porò inæqualem, quando quidem non in omnes cutis partes fricantes incidunt manus, uerū infernam duplationis partem perpetuò tranſiliunt: id quod fit tum ob naturales cutis aſperitates, idq; poſſimū in natu grandioribus, tum quòd laxa eſt cum alijs propè omnibus cutis, tum gracilibus maxime & ſenibus. Quippe ſi leuis æquabiliter tota, & tenſa exactè cutis foret, haud facile plitari poſſet, nec inæquales in ſe manuum efficere decurfus, uerū facile reor antroſum percurrerent, à primis ad reliqua delabentes: nimirum quum nullam ſecum cutis partem ducerent. Atqui quum laxa ſit & aſpera, externo quopiam medicamento indiget, quod & rugas eius impleat, & fricantibus manibus lubricitatē præbeat: quas ad res oleo nihil aptius inuenias: mirerisq; profecto Archidamum, qui nec rei ſit reueritus euidentiam, nec quæ eius ſit cauſa inuenit, ſed in utriſq; pronunciarit contraria: quippe quum inæqualis ſicca appareat frictio, æqualis uero quæ adminiſtratur cum oleo; nec minime ea teſtimonio ſuo adſtruit ratio, quæ cauſam exponit.

Redarguit prauam medicamentorum facultates inueniendi rationem. Cap. xx.



Erunt de Archidamo & Diocle ſatis in præſentia. Volo enim, quando quidem ſemel aggreſſus ſum, prauā facultatis inueniendæ uiam oſtendere, oleo pro exemplo uſus, omnem celerrime orationem abſoluere. Igitur quum philoſophi calidum eſſe oleum aſſeuerant, non paruo (ut putant) argumento, quòd celeriter ſcilicet in flammam uertatur: contradicentes quidam, id illi accidere aiunt, quoniam tenue eſt, & aërium. Caterū frigiditatem eius inde adeo monſtrari, quòd hyme ocuſſime concreſcat. Nec enim uero ſolum acetoq; ſed etiam aqua ipſa promptius à frigore deuinci. Ad ea ruriſus obijcientes alij, quòd aëriū quidem ſit non negant, idq; ex leuitate perſpicuò apparere dicunt: non tamen frigidum eſſe fatentur: quippe quū aër omnis ſit natura calidus, uti generatio quoq; eius indicio eſt: nimirum quū extenuata ſolutaq; calore aqua, aër efficiatur. Conſtatq; iam inde maximam eos ingredi quaerentem clariffimis philoſophis dubitaram. Siquidem Ariſtoteles, quiq; eum ſectantur, calidū eſſe aëra exiſtimant, at Stoici frigidum. Porò ad celerrimè olei congelationē, quod uiſum eſt illis qui frigidum ipſum aſſerunt, hi qui calidum contra contendunt, nō tam ualide conſeſcere ut aquam contra opponunt, neq; enim congelationē in eo eſſe aiunt, ſi quis rectè expēdat, ſed uelut conſiſtentia & in craſſationē, quia uidelicet craffum eſt & uiſcoſum, non quia frigidum. Itaq; ruriſum utriſq; in ambigū oratio perducitur. Illis quidē ex eo quòd celerius à frigore uincat oleū, q̄ aqua: his uero ex eo quòd aqua

C oleo plus congeletur, contraria adstruentibus. Ad hoc itaq; quod de his addubitet, neq; quod aerium sit, omnibus confessum est. Etenim leuitas quide, inquit, huius indicium foret: at crassities non paruam adfert coniecturam ipsum esse terreum. Porro quidam ambo componentes, aerium simul & terrosum constituunt. Sunt qui hos deridentes, id quod cum primis oleo inest, nempe humiditatem, adimere ipsos oratione dicant. Ad haec, nonnulli ex eo quod uiscosum sit, frigidum esse contendunt, alij uero calidum, nonnulli siccum. postremo quidam etiam humidum. Etenim nisi contracta compactaq; partes eius forent, & inuicem exacte adhererent, uiscosum haud fore: atqui illos omnes frigiditatis esse effectus. Nam fundere, extenuare, soluere, partes a se inuicem separare, eam uero esse calidi naturam. At alij contra, uiscosum nihil fieri pronunciant citra calidi uictoriam, ueluti in succorum omnium patet decoctione, tum eorum qui ex herbis exprimuntur, tum qui ex fructibus: quippe qui quum aquei principio sint, ac consistentia tenui liquidaq;, ubi decocti fuerint, crassi uiscosiq; euadant. Quin & ex particularibus utriq; exemplis contraria probabiliter adstruunt, alij uiscum, mel, picem liquidam, resina, & alia id genus quae in professo & uiscosa sunt & calida, proponentes: alij cicutam, psyllij, atriplicis, bliuq; succum memorantes, & ad haec ueluti colophonem quendam orationi pituitam proferentes: liquidum enim ipsi ea & uiscosa esse & frigida uidentur. Quin & ex eo quod quibus uena sectione sanguis detrahitur, oleum instillatum fluidum reddat sanguinem, utrosq; contraria adstruere uidere est. Alij enim tanquam calore fundens, alij uero tanquam frigore lubricitatem praebens, non secus ac glaciem fluxibilitatem ipsum facere asserunt. Atq; inde alio uerfi, de lubricorum omnium natura disceptant, ad extremam usq; garrulitate oratione promouentes. Porro horum errorem contemnentes quidam, ut ipsi atunt, pinguitudinem proponunt, quae proximè ad olei naturam accedit, & euidenter deprehendi potest cuius sit temperamenti: quippe quae in nobismetipsis consistat, nec fallere nos queat. Nam in sanis, inquit, & bene curatis corporibus multa prouenit pinguitudo, quae ne infanus quidem frigida dixerit: talia enim fieri robusta natura, qua omnes naturales philosophi calidam esse rem confitentur. Sed his ediuerso quidam in frigidis temperaturis pinguitudinem prouenire aiunt: uelut foeminae indicant, quaeq; ociosam uitam transigunt. Iam uero & inter gentes ubi frigus quidem superat, pingues: ubi uero calor, graciles prouenire homines asserunt: proferuntq; exempla Gallos, Thraces, Bithynos, Ponticos, Galatas, sicut frigida regio nis incolae, ita quoq; in uniuersum pingues. Arabes uero, Libyos, Aegyptios, Aethiopes, quaeq; terram inhabitant calidam, graciles & aridos omnes. Nonnulli uero citra particularia exempla, uniuersali inter sese ratione contendunt, partim pinguem in nobis succum prouenire non posse, nisi probe a natura cibi conficiantur, asserentes, partim in cibis quidem contineri confitentes, a nostro tamen calore consumi, uelut a flamma oleum: qui ubi infirmior est redditus, in corpore aceruari. Sunt qui aut mania quoque in medium asserant, ut quae natura frigidiora sunt, pinguiora omnia reperiantur, ut ursi, oues, sues: quae calidiora, itidem & sicciora, gracilioraq;, & pinguitudine uacantia, ut leones, pardales, canes. Praeterea inde adeo, quod madefactae oleo apes, muscae, uespae, formicaeque intereant: alij quidem calidum, alij frigidum comprobare ipsum tentant: ac rursus alij humidum, atque alij siccum. Etenim quum iam dictae animantes exanguis sint, ac proinde frigidae, quidam eas celeriter refrigerari aiunt, atq; ita mori: quidam contra dum excalescunt, haud posse in contrarium mutationem proferre. Quin & quod immoderate exiccantur, alij: quippe quum natura iam antea exiccata sint, immoderationis ratione offendi. Alij uero quod humectentur, idq; naturae contrarietate. Atq; quod in insectis animantibus contraria inuicem colligant, mirum fortassis uideri non debet, sed quod ex ijs quae nobismetipsis accidunt, in utranq; partem disserunt, id uero admiratione dignum est. Quippe alij plus, alij minus sudare nos inquit, si quis in balneo ungetur. Nec tamen ij qui plus asserunt,

A asserunt, de facultate eius uniuersali inter sese conueniunt, neq; ij qui minus: uerum ex ijs qui plus nos sudare asserunt, quidam calori acceptum referunt, quidam uero uiscositate: priores quidem calidum sudores prouocare natum dicentes, uiscosum uero alteri. Quippe uenandi & aceruandi eorum quae haecenus celeriter defluiebant, proindeq; sensum fallebant, facultate obtinens, manifesta ita sudorū copia efficere. Porro qui minus sudare uolunt eos, qui aut in balneis, aut exercitijs ungentur, alij quidem illinendi facultatem, alij uero refrigerandi uim illi attribuunt. Quinetiam ex apparentibus, alij resiccare, alij humectare ipsum dicunt: humectare quide, quot plus sudare inunctos censent, resiccare uero, alij. Quinimo & quod a frigore tuncatur inunctos, alij quidem crassitudine uiscositatēque instar uestimenti ac munitenti frigore arcere, alij uero per calorem naturalem contacta exalfacere referunt. Porro etiam ex eo quod quae in libris atramento conscripta sunt, nihil uictet aut delectat, haud aliter quam arena cinisq;, quum reliqua liquida omnia deleant, quidam siccam, & uelut exuccam eius naturam adstruunt: quidam uero partium crassiorum, ac minus elaboratarum. Sic & quod alijs non commisceatur, hoc alij quidem leuitati, partiumq; tenuitati, alij uero crassitudini uiscositatēque adscribunt, quum succis sui similibus misceatur, ut maluae decocto. Eadem asserunt & de hoc quod terra non probe oleo irrigetur, tamen alijs liquoribus madescat, ut uino, aqua, aceto. Ac nonnulli quidem hic essentiae causantur siccitatem: alij tenuitate, sunt qui crassitudinem. Etenim qui tenuitatem pro causa asserunt, intactos transire meatus aiunt. At qui crassitudinem, omnino ne ingredi quidem illos asserunt. Neutros uero arguere queas, quum utraq; de causa quaedam ne propinquis commisceantur prohiberi possint. Siquidem physicorum nonnullis meatuum commoderatio, mixtionis esse causa uidentur. Atque ego nunc sane illa, in summa tantum relatis, solis rationationum occasionibus commemoro. Quod si quis singillatim unumquodque extendere uelit, atque hinc inde in utranque partem disserere, non unum ille uolumentum, sed etiam complura meo iudicio explebit. Licet enim uel iam nunc prospicere, quam non longus solum orationis hic euasurus sit error (nec enim tolerari posset) uerum quod summam etiam interim attinget physiologiam, sic uti dijudicari nonnunquam nequiret. Porro si cui constaret omnino inutilem esse medicis, longe etiam magis eam rationum uiam arbitror effugeret. Non enim absolute an calidum, frigidum, humidum, siccum ue unumquodq; medicamentorum sit, inquirimus: neque an formicas, apes, uespas, aut aliud animalium humectare ualeat, aut resiccare: calfacere, aut frigefacere, sed quomodo ad corpus se habeat humanum. Quum liceat igitur in hominibus experimentum capere, non recte ad alia uertuntur.

Quae sit recta experiunda olei facultatis ratio. Cap. XXI.



T recta experiundi ratio, in primis quide ea est, quae in corporibus habet temperatis, deinde ea quae in intemperatis, mox, ut saepenumero antea monuimus, quae in calidis, frigidis, humidis, ac siccis morbis. Vbi animu aduertere iussimus, ut quod per sese quid ageret, ab eo quod ex accidenti distingueretur. Id quod futurum est, primu quide si quam simplicissimu affectibus admoueat, deinde si an protinus ab initio quod sensu possit percipi, suam uim exerat, consideres, an post temporis aliquantum, aut denique ubi ablatu fuerit, uelut aqua frigida, quae caloris efficit repercussum: ad haec alienae qualitatis mixturae expers ut sit, danda quam maxime opera est. Quomodo ergo oleum quis tale efficiat, supra positum est: uerum quomodo simplici morbo applicari queat, nunc dicemus: id modo prius commemorantes, quod in morborum differentijs ostensum est, corpora quaedam ad calidius uersa uideri citra aut malum succum, aut pectoris uisceris ue inflammatione, uelut in ingentibus exustionibus euenire assolet. Quaedam uero ad frigidius, ut in uocatis iam passim consueto nomine

Confrictionibus (*λυμας* Græci uocant). In talibus utiq; affectionibus si oleum adhibeas, manifestò comperies, refrigerare nos an calfacere sit natum. Sed illud tamen constet, ut omni prorsum aliena uacet qualitate uehementi. Id enim perpetuò in omni medicamento memora tenere oportet. Atque hæc quidem summa est rationis. At opus ipsum quod perficitur, experientia commoustrat. Nam qui ardore tenentur, tantum abest ut à calore liberentur, ut etiam magis exæstuent, & procedente tempore calidiores euadât. At argentibus, ex olei inunctione perspicua nulla aut noxa, aut utilitas affertur. Ex quo liquet, ut calfacere sit natum, certè non admodum id posse nec euidenter, sicuti resina, pix, bitumen. Inaudienda est nunc pix non sicca, itidem nec resina, nec bitumen siccum: nec enim ipsis inungi quis possit, neq; item quæ sol liquarit. Quippe hæc nec simplicia, nec sponte nata sunt medicamenta, uerum resina, quæ Græcè *κισσός* à spontaneo fluxu dicitur, aut terebinthina, aut lentiscina, quæ liquida etiamnum ac recens sit, aut ex pinea, quæ in ficilibus superne olei ritu innatat: pix autem liquida, aut potius quod oleosum in ea superne fluitat, quod utiq; *πίοςυλον*, hoc est, picis florem nuncupant: est enim reuera tanquam picis flos: sic bitumen adhuc liquidum, quod ex Medea importatur: omnia enim hæc pinguia sunt, plurimumq; oleosæ naturæ possident: ueluti myrrha, stacte, & picinum, iuniperinum, cedrinum, laurinumq; oleum, & alia huiusmodi clarissimè refrigeratos recalfaciunt, exæstuentes uerò summè excruciant. Atque hæc quidem utiq; excalfacere, confessum est: at oleum neutris admodum, neque refrigeratos scilicet excalfacere, nec excalfactos offendere: non tamen obscure ipsi qui ex ardore febricitant, fastidij cuiusdam causa est, caloremq; augere apparet, quemadmodum in exquisitis erysipelatis, quippe quæ biliosæ sunt fluxiones: manifestò enim in his calorem adauget, etiam si applicetur uel frigidissimū. Etenim in ardoribus si salis sit expers, & alioqui etiam candidum, nonnullum sanè solatum, si modò frigidū perfundatur, affert. In erysipelatis autem, quantumuis sit frigidum, nihil iuuerit: cæterum lædere omnes quæ ex pura bile sunt fluxiones, uel maximè est natū: at quæ ex sanguine cōstant illi permisso, has quidem minus, non tamen uulgariter. Porro istis etiam minus, sed tamen perspicuò affligit inflammationes etiamnum feruentes. Ex quibus omnibus cōiecturam ducenti, uisum est tandem calorem parem eis quibus applicatur accendere. Apparet enim corporibus mediocriter calidis admotum, moderate illa excalfacere, quæ uero ualidè, ualidum accendere calorem.

Quòd oleum ex eorum sit numero quæ ex æquo nos excalfaciunt. Cap. XXII.

Dictum est igitur in tertio de Temperamentis, uenitq; nunc iterum dicendum, quòd unumquodq; medicamentorū quæ corpori applicantur, quæ quidem calida esse facultatibus diximus, caloris sui principium à nobis accipiens, partim similiter nos recalfacit, partim ualentius. Atq; ex his quæ nos æqualiter racalfaciunt, oleum mihi esse uisum est, partiales eius uires inspicienti: comperi enim perpetuò calorem efficere tepidum in his quæ mediocriter essent calida, feruentē in feruentibus: proindeq; mihi est uisum neq; conuulsiones, neq; tremores, neq; sensum tum difficilem, tum deperditum magno opere aut iuuare, aut lædere. Quippe iuuare nequibat, quum ualenter excalfacere non posset, nec lædere item ualebat, quum omnino non refrigeraret. At ubi adscititium comparasset calorem uehementē, multum prodesse: nempe ubi in alueolos olei calidi, in quo radices quædam aut herbæ excalfaciendi facultate pollentes incerta erant, ita affectos demississemus. Vnde merito uelut materia quædam cæterorum fuerit medicaminum. Nam si frigida illi commisceas, frigidum efficietur quod mistum erit: si calida, calidum (quippe quod ex media temperie est, utrisque summis inseruit) utpote quod si calido commisceatur, id quod ex ambobus mistum erit, frigidum efficere non ualeat, nempe quum ipsum non sit frigidum: neque si frigidum calidum:

A calidum: quippe quum ipsum non sit calidum. Itaque non immerito alij calfacere ipsum aiunt, alij uero negant. Calfacere enim uideatur, quum ad parem calfacienti corpori calorem peruenit: hac enim ratione recalfacere rursus potest. Quòd uero quam acceperat augere caliditatem non potest, haudquaquam calfacere uideatur: quippe quum non quam acceperit, seruare, sed augere, calfacientis sit opus.

Quænam sint principia tantæ de medicamentorum facultatibus ambiguitatis. Cap. XXIII.

Reliqui modi porro ambiguitatum tria sunt principia. Quòd non distinxerint genera eorū quæ nos excalfacere dicuntur, & quòd homonymijs siue æquiocationibus utantur confuse, & quòd nihil relinquunt medium. Itaque calfacere nos dicuntur, & quæ energia siue actu sunt calida, ut ignis, & quæ potestate. Tum quæ potestate sunt calida, partim alimmenta sunt: partim medicamenta, partim tegumenta. Porro calidum quoque ipsum & quod actu est, ita nominare consueuimus, & quod potestate, uelut subinde ante monuimus. Sed & calidum actu est & quod simpliciter est calidū, ut ignis: & quod per exuperantiam, ut animal, & quod ad sui generis symmetrum comparatur, & quod ad quiduis obuium. At quod potestate dicitur, primum quidem distinguitur contra id quod est ex accidenti: deinde totidem habet significationum differentias, quod actu calidum. Etenim quum sit uelut apta quædam materia ei quod est actu calidum, partim ad ea quæ absolutè calida nuncupantur, partim ad ea quæ per excellentiam quandā, tum ad quiddam sui generis, aut speciei deniq; & ad obuiū quiduis collatum, propria utiq; fuerit materia. Quocirca quum ea consideremus quæ referuntur ad hominem, ut alia prorsum omitantur, æquū existimamus. In istis ergo omnibus peccare solent qui de medicaminū uiribus considerant, & præterea quòd mediocritatis tum in naturalibus nostris temperaturis (ut in opere de Temperaturis ostendimus) tum in medicamentis expendendis prætereant. Siquidem tanquam necessariò id cuius perpenditur facultas, medicamentū aut calidum, aut frigidum, aut humidum, aut siccum esse debeat, ita uerba ipsi faciunt, ac si non fieri posset, ut in calfacientium nos ac refrigerantium medio quiddam consistat, atq; aliud rursus inter exiccantia & humectantia. Ad eò inuenire est quosdam stupidos, ut ne ubi audierint quidem ueritatem, assequi possint. Itaq; quosdam etiam noui, qui contra cōtendere adstruereq; conarentur, nihil temperamento esse medium.

Quòd compluribus nos modis calfacere oleum appareat, nempe ut alimentum, ut medicamentum, ut tegumentum, & quòd excalfacientium nos ac refrigerantium medium quodammodo obtineat. Cap. XXIIII.

Merum hos in libris de Temperamentis iustis confutauimus rationibus, nihilo secius idem in sequentibus facturi. Huic autem libro finem imponere studens, ad oleum reuertor. Accidit enim illi ut fortassis tanquam alimentum nos excalfaciat, ubi scilicet intrò in corpus assumitur: probatis enim quibusdam tum medicis, tum philosophis, sicut ex cibus, ita ex oleo corpori fieri appositionem uisum est. Accidit uero illi ut tanquam medicamentum sit nos calfacientium & refrigerantium, tum etiam uelut tegmen nos excalfacit: naturæq; eius uel maximè propria esse imago uidetur eiusmodi. Nam quemadmodum uestimenta à nobis ipsis excalfacta, rursus nos recalfacere consueuerunt, ita & oleum. Sed quemadmodum illa excalfacientem corpore calidiora nō euadunt, ita quoq; nec oleum. Rectè autem perpendas rem totam, non ad præsens modò, sed & ad futura omnia utilè, si aëris nos ambientis memineris, qui interim eo qui in nobis est calore usque adeo redditur frigidior, ut munimentis quibusdā aduersus eum tegminibusq; sit opus: interdū uero usque adeo rursus calidior euadit, ut ferre nequeas, fugiasq; sub tectum aliquid uel umbrā. Est autē etiam quando tanta est moderazione præditus, ut neq; tepescientia, neq; refrigerantia exposcas, sed citra omnē

C moleſtiam ſenſumq; in eo uerſeris. Tertiã hanc temperiẽ quam modò dicebam, ſymmetram moderatãq;, atq; aliarum mediam eſſe ſtatuo: ac corpus noſtrũ neq; excalfacere, neq; refrigerare: quũ aliarum duarum altera nos excalfaciat, altera uero refrigeret. Similem q; eſſe dico mediã aëris nos ambiẽtis temperaturã, tum qui à uestimentis, tum qui ab oleo prouenit, calorem. Porro ſi ne ſic quidem etiam clarum euasiſt quod indicare uolo: at illo ſaltem modo apertius opinor intelliges. Duos mihi animo intelligito homines corpore ſimiliter temperatos, mutuò ſeſe contingentes uel pectore & uentre ſolis, uel manibus & cruribus. Quòd ſi eandẽ duobus iſtis hominibus nactus ſit temperiẽ aër illos ambiens, ut in tribus iſs corporibus par inſit calor, neuter ab altero tunc excalfieri dici queat. Nam quã ſimilia undiquaq; corpora ſunt, à ſeſe mutuò nullam accipiunt mutationẽ. At ſi frigidus ſit ambiens, mutuò ſe calfacere iſ homines dicentur, tamenſi haudquaquam excalfaciant, ſed frigus modò arceant. Vulgo itaq; aſſueti abuti uocibus, id quod frigus arceat, excalfacere aiunt: haud ſanẽ rectẽ. At qui permittendum iſtis eſt, ut prout uelint appellẽt: ceterum per calfaciendi uerbum in utraq; dictione idem ſignificari, id uero neutiquam concedendum: haud enim idem eſt, an ex ſe quid cuiſpiam calorẽ præbeat, an frigus prohibeat. Quibus ſic ſe habentibus, quẽcunq; foris nobis iniecta eandem corpori caliditatem obtinent, ſiue à ſeſe iſtis, ſiue ab alijs, ſiue à nobis metiſiſ eam nacta fuerint, exacta loquendi ratione neq; calfacere, neq; refrigerare dicendũ. At ſi cui abuti libeat, non repugnandum: modò in dictione ſignificationum differentiam commemoret. Siquidem alio modo calfacere nos dicitur aër calidiori, pyrethrum, napy, piper: moderato autẽ, pinguitudo, & oleũ: actu enim aëres ſunt calidi: potentia uero medicinarũ. Aëra enim calidum haud iſtis efficiunt, ſed quoniam in eo uerſando talem iſtum experimur, ita nuncupamus. At medicamẽta, ſicuti in tertio de Temperamentis demonſtratum eſt, principium excalfactionis à nobis accipientia, partim æquẽ nos recalfacere ſunt nata, partim plus, partim minus. Ex genere autẽ eorum quã æquẽ nos recalfaciunt, oleum eſt: cui eidem quoq; à uiſcoſitate, ac quòd difficulter item deſluat, tum quòd meatus inſarciat, obſtruatq;, duplici ratione ut excalfacere uideatur euenit: tum inde adeò quòd inſtar uestimenti aut munimenti illinatur: tum quòd meatus inſarciat, prohibeatq; foras effluere magnam uaporofam intus caloris partem. Eadem ratione nec ut reſiccantur corpora noſtra permittit, niſi ſanẽ applicetur calidũ, idq; pluſculo tempore. Has itaq; uires eius quum homines omnes experientia compertas habeãt, quos largius ſudare uolunt, ſiue à balneo, ſiue balnei expertes, iſs nõ protinus ab initio oleum admouent: uerum in iſs qui morbo laborarunt, ubi ſudare inceperint, tum excalfactum perfundunt. In iſs uero qui etiamnum laborant, ubi abunde iam ſatis ſudarint. Porro in ſanis, ſiquidẽ ex longo itinere, aut exercitatione, alioque quouis pacto corpus iſtis exhaustum eſt, eis inungi & ante ſudorem permittunt: uerum quibus cruditas eſt, aut corpus habent plenum, quod *πληρωτικόν* uocant, his neq; in balneo inungi concedunt.

Quòd medium ſit oleum inter humectantia nos, & exiccantia. Cap. xxv.



A tque hic quoque mihi uidetur oleum eſſe medium inter humectantia nos, & reſiccantia, uelut inter excalfacientia & refrigerantia medium conſiſtere ſuprà demonſtrauimus: humectat enim aqua, exiccat uero tum laurinum, tum cedrinum oleum. At quòd ſimpliciter ſic admouetur, citra ullam uidelicet ex arte conciliatã à nobis aut caliditatem aut frigiditatem (huius enim uſque meminiffe oportet) talem ſeruat noſtram temperiem, qualem ſcilicet accepit: quã fieri poſſit maximẽ uaporofas omnes corporis expiſ rationes prohibens. Porro ſi pluſculum membra frices oleo, calorem ex frictione adſciuitum comparabis. Atque hæc interim ratione laſſos non parum iuuabis, partim

A ſim quòd in minutos corporis meatus pingue ingrediatur, & quã indurata ſunt emolliat: partim quòd humiditatem acrem ac ſubtilem, quã in laſſitudine ex colligatione proueniens ſub cute latebat, per halitum digerat. Conſpiciuntur enim exercentibus tum foras effluere ſudores, tum intus in uentrem non pauca deſluere excrementa, quã uelut liquamina ſunt. Ex hiſce autem colligendum eſt, complura toto in corpore cuiſmodi relinqui, quã euacuationem depoſcant. Quippe duplex in laſſitudinibus affectio naſcitur, ſicut alibi oſtendimus. Nam ſimilares quidem animantis partes reſiccantur, humectantur uero uacua ſpatiola, non utili & naturali humore (nam ſic foret plethura, ſiue repletio) ſed tenui & acri, mordacique: proindeque remedijs indigent duplicibus, tum iſs quã ſiccitatem irrigent, tum iſs quã humorem acrem euacuent. Itaque ad hæc apuſſima ſunt dulcium aquarum lauacra, nimirum quã humiditate ſua inſtrumentorum corrigant ſiccitatem, & caliditate tenuem atque acrem humorem eliciant. At ſi corporibus inharere poſſet aqua, nec facile deſlueret, ipſa quidem per ſe ſufficeret. At qui quum ea quã foris contingit, facile deſluat: & quã in poros ingreſſa corporis nullam habens anſam promptẽ effluat, in hoc ſanẽ iſtum utiliſter miſcetur oleum, maximeq; iuuat, ſi ex utroq; quã diutius fricetur, id quod ueteres Græci *χυτλάδι* nominabant: cui oppoſitum impoſuerunt uocabulum *ἐπιχαλφῆμ*, quod eſt ſicca uti frictione. Eſt ſanẽ & hoc quoq; quòd ammodo laſſitudinem ſanare potens, ſed multum relinquitur ab eo quod *χυτλάδι* nuncupant. Nam ut reliqua taceam, ubi cum oleo aqua cõtunditur teriturq;, haud facile ſolubili miſtione coit, ut quibus ita corporibus inungatur oleum, neceſſe ſit & pluſculum inharere aquam. Quare hic item uelut materia eſt quãdam oleum, humectantium exiccantiumq;, ſicut ante oſtenſum eſt, excalfacientium & refrigerantium. Quippe quòd ſi exiccanti commiſceas, totum effeceris exiccans: ſi humectanti, & iſtum humectans reddideris. Sapẽque quòd ex ambobus conſtat, maiorem adipiſcitur humectandi facultatem, quã id quòd primariò eſt humectans, quòd in aqua accidit. Nam ea primariò madefacit. Verum quum haud ita diu inhareat, nec actionem obtineat diutinam, leuiter utiq; prodeſt. Quum ergo illi uelut uinculum fiat oleum, cogatq; plurimum quibus auxilio eius opus eſt, inharere, longẽ omnium optimum redditur remediũ exiccatis ſqualidisq; corporibus. Sic ſi exiccans oleo medicamen commiſceas, puta chalcitĩ, pyrethrum, gallam, ſtruthion, ſiccans erit quòd ex utroque commiſtum fuerit. Itaque quum omnibus quã ſibi commiſcentur, ſubſeruiat, recta ratione uelut omnium exiſtit materia: tamenſi utique neceſſariò propriam eorum actionem retundit quidem ac minuit, non tamen utilitatem: imò eſt ubi eam quoque adaugeat. Haud eſt enim idem, quòd forte quis autemet, actionem augere cuiſpiam, & utilitatem: quippe quum actio ſecundum propriam cuiuſque facultatem, utilitas uero nonnunquam ex accidenti proueniat. Diſſeremus autem poſtea uberius de utilitate quã per accidens euenit, & nunc quoque hæcenus de ea dicitur, quatenus in præſenti eſt commodum. Quippe conuulſa cum oleo aqua, quòd hydrclatũ uocant, magis auxilio eſt laſſitudinibus, quã ſi eſſet ſola: non quidem quòd ſuã uires intendantur, ſed quòd quibus opus eſt, diutius inhareat.

Quòd materia rationem obtinet, in miſtis mediam tenere temperiem debere, alioquin enim futurum, ut miſtorum ſibi aduerſetur actioni. Cap. xxvi.



Quòd autem niſi mediam habeat temperiem, id quòd ea quã primariò quibus opus eſt auxiliantur, uelut deuinciet, ſæpenumero ipſorum repugnabit actionibus, ex ipſa medicaminum natura generatim addiſcere liceat, ſpeciatim autem ex medicamentorum hiſtoria: generatim quidem, quoniam id quòd miſcetur, ſi in contrarium retrahat, admiſti ſibi facultatem medicamenti uincere interim poterit, & in alteram planẽ ſpeciem quòd

Cpta. Consueuimus autem quod ex sua natura est, primario, & secundum se, & per se potentia tale & esse & uideri dicere: quod uero adfinitiam acquisierit qualitatem, ex accidenti quopiam esse uiderique eiusmodi. Porro eorum quæ propria sua natura aut calida, aut frigida, aut sicca, aut humida dicuntur: quædam actu seu energia talia existunt, alia potentia: differente quidem hoc potentia modo, quem nunc dicebamus, ab eo quem paulo ante diximus. Illic enim ex aduerso diuidebatur ei quod ex accidenti dicitur, hic uero ei quod actu. Sed & eorum quæ actu dicuntur, aliud quidem absolute est calidum, frigidum, siccum, aut humidum, uelut elementa: aliud excessu, ut homo, equus, bos, canis, & uniuersa animalia. Aliud ad symmetrum seu generis sui, seu speciei, ut uerbi causa, leo cum homine comparatus, homo autem ætate florens cum puero. Aliud ad quiduis obuium, ut Dion ad Theonem, Quin & corpora quæ potentia talia, aut talia dicuntur, unumquodque ut ad id quod est actu relatum dici necessario monuimus. Id quidem quod facile accenditur, ad id quod actu est absolute calidum: hoc uero quod alia calfacit, ad id quod per exuperantiam. Sic quod hominem calfacit, esse ut ad hominem potentia calidum: quod uero bouem, aut equum, ut ad bouem & equum. Similiter hoc huic, uerbi causa, homini: illud uero illi calidum, frigidum, siccum, aut humidum est, illius unius naturæ comparatum.

Ad quid, & quæ nominum distinxisse significata conduxerit. Cap. 11.

HX hac nominum discretione & ad assequendam iudicij cognitionem non parum sumus adiuti. Siquidem si ad hominem quid dicatur calidum, à cæteris omnibus recedendum, & in ipso duntaxat homine periculum sumendum explorandumque censuimus. Si uero quid ad equum, bouem, ceruum, aut aliorum animalium quoduis, in ipso rursus periculum faciendum erit. Interim uero & illos quoque castigauimus, qui ex consistentiâ, colore, odore, sapore, grauitate, leuitateque cuiusque medicamenti existentem in singulis facultatem inuenire tentarunt. Atque hæc utique recte nominum distinctioni consentanea uidentur. At quæ uelut elementa huius esse tractationis proposuimus, in primarum consistere qualitatum cognitione ostendimus. Quas quidem in libro de elementis secundum Hippocratem, humiditatem, siccitatem, caliditatem, frigiditatemque esse demonstrauius: propeque harum quoque inuentionem assequeremur ex significatis nominum recte distinguendis. Etenim quum medicamentum ab alio uero substantiæ corporis adsimilaretur, recte hinc ad alterantium nos qualitatum inuentionem perducti sumus.

Quod quum duplicia sint genere quæ alterant, alia specifica, alia minime, in specificorum genere consistant medicamentorum facultates. Cap. 111.

Porro quum duplices sint in genere alterationes, alia specifica, quæ proprie sanè & primario dicuntur alterationes: alia uero quæ contundunt & contrahunt corporis nostri particulas, quas utique potius per abusionem quam proprie alterationes cognominant: in primo genere medicamentorum contineri facultates censemus. Nec enim quicquam ex specie in speciem mutari queat citra excafactionem, refrigerationem, humectationem, & resiccationem. Dico autem ex specie in speciem, uelut quum ex pane, prifana, lente, sanguis, pituita, bilis tum flaua, tum atra, atque ex his iterum adeps, os, neruus, caro, arteria, uena, atque adeo cæterarum animantis partium unaqueque cognitur. At si secando nos quippiam, uelut uitrū & ensis: aut contundendo, ut lapis & plumbū: aut segregata coarctando, ut uinculū, quadantenus partes alteret, ea haud pharmaca fuerint: quippe quum eiusmodi alteratione nullæ rerū omnium ex propria recedant

Recedant natura. Etenim siue minutim panem frangas concidasque, siue minutim concisum colligas, non tamen propriam ideo formam exuet, neque caro ex pane fiet per contusionem, neque os, exempli gratia, per coarctationem. Verum dum in uentre uenisque concoquitur, in sanguinem pituitamque abit, atque inde ex istis in os, carnem & alias corporis partes tota sua substantia alteratur, ueteremque naturam exuit, in aliam transiens speciem. Nec tamen ab alio quopiam quam calore, frigore, humiditate, siccitateque eas quæ sunt in aliam essentia speciem alterationes mutationesque, singuli corporis affectus accipiunt, ut demonstratum est. Atque hac ratione primas & elementarias specificas qualitates quatuor esse diximus, humiditatem, siccitatem, caliditatem, & frigiditatem: quarimusque quam harum medicamentum unumquodque in mistura pollentem possideat. Atque protinus in hoc primum plerique eas inquirentium lapsi uidentur, quod uidelicet pollentem absolute tanquam naturales quidam philosophi considerarent. Præterea complures quoque eorum decipi uidentur, quod sine certa methodo Aristotelis Theophrasti que libros perlegant.

Quod solis philosophis conuenit de calido, frigido, humido, & sicco, ut ad totam naturam distinguere, medicis uero ut ad homines. Cap. 1111.



Iquidem permagni refert, an totius naturæ respectu, an hominum duntaxat, de calido, frigido, humido, siccoque definiamus. Nam totius naturæ respectu bifariam horum unumquodque dicitur, partim absolute, partim per exuperantiam. Absolute quidem unumquodque elementorum: homo uero, equus, & bos, per exuperantiam. Iam autem quum ad aliquid respiciendo exploratio fiat, illud modò considerandum erit, quod nam sit illud ad quod dicitur. Nos uero medici non id quarimus, an in aqua marina humidum simpliciter plus sit quam siccum (id enim clarè conspicimus) sed si ad hominem conferendo: neque tamen rursus ad hunc simpliciter, ac si leonem illi compares: quippe quum sic homine humidior marina fuerit. Quoniam igitur pacto scrutabimur, an sicca sit facultate marina? Quoniam alio, obsecro, quam an corpus humanum in æqualitate quadam resiccare ualeat? Itaque in hoc unum modò cæteris relictis intendendum. Atqui contra faciunt medicorum plerique. Nam ad quiduis potius respiciunt quam ad hoc. Quomodo ergo ad hoc solum conuersi, reliquis prætermis, quoniam in hoc agendi facultate polleat marina cognoscemus? An uidelicet corpori applicantes, sic que eius periculum sumentes, lauando, rigando, fouendoque, tum subinde lanam, aut spongiam marinam madentem partibus applicando, ad hæc emplastris ceratisque miscendo, atque in his omnibus, ab eo quod ex accidenti quandoque euenit, id quod à propria medicamenti ui proficiscitur distinguendo? Nam in hoc omnis inuentionis summa consistit, quam uix quisquam illorum attingit. Sed eos philosophorum uerba decipiunt, haud potentes homonymiam percipere.

Quod per exuperantiam dici, bifariam apud philosophos accipiat, nempe ubi aut mole quid exuperat, aut qualitate. Cap. v.



Nam non solū, ut modò diximus, aliud simpliciter, aliud per exuperantiam ab ipsis dicitur (simpliciter enim ignis calidus est, per exuperantiam homo) uerū quod per exuperantiam dicitur, bifariam quoque dici autumatur: partim secundum substantiæ molem (uelut & nos quoque in Temperamentorum commentarijs diuisimus) ut si cados duos aquæ summè feruentis unum cada aquæ maxime argenti infuderis: partim uero secundum qualitatum effectum. Atque hoc ita dicunt, tanquam ex dogmatis consequentia, non ex ijs quæ euidenter apparet, accipientes. Nam proponentes frigidum omne contrahere constipareque, & substantiam reddere immobilem, calidum uero rarefacere, fundere, coquere, mouere,

C rationabiliter in plantis omnibus uincere calidum pronunciant: siquidem haud alie-
ter neq; nutrimenti ex terra digestionem prolixissimam, neq; alterationem eiusdem,
neque concoctionem, quin nec incrementum prorsum plantarum, neque germi-
nationem, neque fructuum generationem perfici posse, nisi calidum superaret: at-
que ita rursus inter plantas, alias calidiores, alias frigidiores constituunt. Ex eadem
ista hypothesis pendet ea ratio, qua rosas esse calidas contenderunt. Siquidem in illis,
si in alijs ullis plantis, plurimum uincit caliditas. Ex altera rursus hypothesis depen-
det quod de oleo & adipe adstruunt. Nam quod ocysissime inflammantur, idcirco
calida esse ea facultate iudicant. Et alio rursus modo quaecunque dulcia sunt, cali-
da esse dicunt: siquidem quod familiarissima sint, simillimaque naturis nostris quae
calidae sunt, ideo & ipsa quoque calida esse uolunt. Atque philosophis quidem, ut
puta qui de tota natura scrutantur, recte talia & quaeruntur & dicuntur. At medicis,
quibus alius est scopus propositus, haud perinde recte, quippe quum in rosarum ef-
fectibus calidum non uincat: neq; sane quoduis aliud plantae genus, eo quod plan-
tae est, calidum dici debet, quoniam nos haud ita calidum quaerimus, sed ut ad ho-
minem: siquidem si quia in actionibus superat caliditas, propterea calidum quid di-
ces, planta unaquaque calida erit, multoq; magis animalia omnia. Dicant igitur, si
lubet, papauer, mandragoram, cicutam, salamandram esse calida: uerum nemo id di-
cit, sed uelut uno ore omnes esse frigida pronunciant. Atqui animal est salamandra,
quod & nutritur & crescit, & mouetur, quae sane calido in mistura uincite proue-
nire asserunt. Quid ergo in istis quidem ad hominem respiciunt, in alijs uero ad to-
tam naturam, aut primarum qualitatuum actiones? At ego non salamandram modo
aut cicutam ut ad hominem frigida esse dici oportere censeo, sed alia omnia ad eun-
dem modum iudicanda. Siquidem cicuta sturnos non modo non refrigerat, & ene-
cat uti nos, sed & alit quoque, & nimirum etiam calfacit. Quicquid enim substan-
tiam alit calidam, calorem eius quadantenus & auget & tuetur. Atqui corporis sur-
norum calida est substantia, non modo qua animalia sunt, sed etiam qua sanguine
praedita. Sane subinde in alijs tractatibus demonstratum a nobis est, amicitias quas-
dam pugnantiasq; qualitatuum omnibus rebus inesse: ac quod familiare est, expedi-
te assimilari: quod uero contrarium, ad internecionem ducere tum animantia, tum
plantas. Praeterea familiaritates illas a totius substantiae proprietate oriri. Id quod sa-
penumero a me & dictum est & ostensum. At isti quum aegre id capere possint, se-
gniter & false de complurium medicaminum uiribus pronunciant. Vna enim dum
taxat illorum examinandorum regula est, nempe ea quae ad hominem fit exploran-
tio, id quod secundum accidens, ab eo quod est per se semper distinguendo. Cui si
quis animum intendat, is nec acetum, nec rosaceum calidum unquam dixerit: quip-
pe quum utrunque nos primario & per se refrigeret: acetum quidem ualide, leuiter
autem rosaceum. Porro quid nam hoc sit leuiter, ego exponam. Vna enim cum eo
tota medij temperamenti medicamentorum omnium ratio conspicietur, cuius & in
praecedente libro mentionem fecimus, ubi de oleo differebatur.

Quomodo iudicanda sint quae ex media sunt temperie, nempe si mediae temperaturae
similem ipsa temperaturam obtineant. Cap. VI.



I quippiam est ex applicatis nobis seu corporibus seu medicamentis,
quod actu sic calidum sit ut nos, aut ex contactu similiter calidum euas-
dat, id ex media est temperie, cum nobis nimirum collatum: siquidem
secundum se queat per exuperantiam dici calidum, uelut & nos quo-
que. At si quid nondum adeo calidum est ut nos, neque ad motum tale
redditur, id temperie humana frigidius est, quantumcunque in eo caliditas exupe-
ret. Etenim ad motum calorem, qui in nobis praeratur, auferet detrahetq;: quippe si datis
duabus aquis calidis, quarum altera plus, altera minus caleat, misceas minus calente
magis

A magis calenti: huius certe feruorem extinxeris. Sic si in caliditate rosacei, quae tepida
est ad temperiem humanam, caliditatem indideris humanam, prorsum ab hac quid
detrahes, & refrigerabis.

Quod saepenumero pro corporis nostri dispositione, quod per se calidum erat, refrigerare est
uisum: quodq; per se erat frigidum, excalfacere. Cap. VII.



Non ergo stupenda magnopere res est, si quicquam eorum quae proprie
& per se sunt calida, cum calidior commistum, frigidius efficere ipsum
queat. Ea est enim communis alterabilium corporum omnium natura,
uti in se & agant, & patiantur admota: quodq; minus est calidum, a ma-
gis calido calidius euadit: quod uero magis calidum, a minus calido co-
tra afficitur. Nam id uel ex ipso tactu clarissime discas. Etenim eadem subinde illi tum
calida, tum frigida esse uidentur: calidiori quidem facta, frigida: frigidiori uero, cali-
da. Proposuit autem mihi dudum quispiam, quamobrem in balneis frigidum me-
iamus, fors uero calidum: haud intelligens, in balneis urinam quidem perinde ac fo-
ris tepidam esse, uerum nos non aequae extrinseca corporis superficie, & dum lauamur,
& ante affectos esse. Nam in balneo ipso calidior ea nobis est quam urina, ex-
tra autem frigidior. Quare & urina non abs re illi calida extra balneum apparet, in
balneo autem frigida. Quod enim minus quam ipsa calidum sentitur, uelut refri-
gerans habet: quod autem magis calidum, tanquam excalfaciens. Liceat uero tibi,
periculi faciendi causa, postquam abunde lauando incalueris, pelui aquae modice
tepidae intro iussu tuo allata, in eam manum aut pedem immittere: apparebit enim
aqua non tepida, sed admodum frigida. At si protinus balneum ingressus, aquam
peluis tetigeris, minus uidebitur frigida: perpetuo enim quanto plus fueris praecal-
factus, tanto apparebit frigidior. Nec mirum uideri debet, si putealium aquarum ple-
raeque, quae uidelicet fontes profundos admodum habeant, contactae hinc uidean-
tur tepidae. At si a balneo manibus contingas calidis, multoq; magis si etiamnum in
lauacro consistens, haud profecto apparebit tepida. Itaque tactum calidi frigidique di-
gnoscendi normam ponentes, ac eius dispositioni iudicium omne tribuentes, me-
rito sane crebro fallimur, ut qui quod haud ex se est frigidum, id frigidum esse dica-
mus: quod uero calidum ex se non est, id esse calidum pronunciemus. Hinc fit ut
dum lauamur, frigidam esse urinam credamus: contraque frigore rigentes, aquam
e puteis haustam calidam existimemus. At si affectionum, in quibus cramus dum
utranque contingeremus, obliuiscamur, ac solius eius qui in nobis factus est sensus
meminerimus, periculum est, ne forte aquam aliquando absolute dicamus calidam,
urinam uero absolute frigidam. Atqui neutra absolute aut calida aut frigida est, sed
ut ad nos. Nec ut ad nos rursus absolute, uerum hoc uidelicet pacto affectos. Ab-
solute autem utraque qualis ad nos est, dici possit, ad mediam, eandemque optimam no-
stri temperiem collata: ut si ad hominem absolute expendatur, omnino sane ad tem-
peratum & eucratum expendi oporteat. Sane & haec quoque peccata omnia a no-
nim definitione dependent, quam paulo minus omnes habent contemptui. Ete-
nim quum calidum & frigidum partim absolute dicatur, partim per exuperantiam,
partim ut ad symmetrum sui generis comparatum, partim ut ad quiduis obuium col-
latum, iure optimo in homonymijs identidem fallimur, nescij quidem quoniam ho-
rum modorum quid calidum iudicemus, ad alterum tamen transcuntes. Verum
sexcenties nunc dictum est, diciturq; quod in quarto & ultimo eorum quae modo
recensuimus significatorum, de medicamentorum uiribus considerare oporteat.



On enim, an absolute unumquodq; calidum sit, ut ignis (nam id omnino etiam foret impossibile) aut an per exuperantiam, ut sanguis, considerare propositum est: neque an ut ad symmetrum sui generis aut speciei dicatur calidum, ut leo in animalibus, & quod florentis ætatis est ad ætate prouectum, sed an ad hominem sit calidum, frigidum, humidum, aut siccum medicamentorum unumquodque, id uero inquirere statutum est. Neque rursus ad hunc, tanquam id quod ad aliquid aliud comparatur, sed si facultate, hoc est, si ad motum ipsi, eam partem quam tetigerit reddat aut calidior, aut frigidior, aut humidior, aut siccior. Itaque in experientia & iudicandi & dignoscendi consistet ratio. Licet reperiantur medicorum plerique, qui experientia posthabita, an rubra sit rosa, an bene olens, considerant, negligentes ubi caput ipsi exaestuauit, coronis ex rosa contextis, capitiq; impositis, aut succo eius, aut oleo rosaceo, sic uel ipsa experientia id quod res est discere. Nam si excalescant, magis etiam calida fuerit: sin refrigerentur, frigida: et si neque excalescant, neque refrigerentur, æquo cum natura humana refrigerandi pollebunt facultate. Nam id perpetuo memoria tenere oportet, quod tamen si sexcentis dicere non grauatus sum, tamen multi ne sic quidem id capiunt, atque ignoscendum sane illis est, ut quos sophistæ prolixis suis nugis peruerterunt. Et profecto experientia quidem ratio tam facilis est, cum in rosis, tum in cæteris medicamentis omnibus. Nam rosis aut coronari liceat, aut eis contritis hominis æstuantis uentriculum illinere, aut succum earum expressum ebibere, aut oleo aquæ uel mistis aliquam corporis partem confricare. Sed quid hæc multis commemoro, quum nonnulli mistum opobalsamo rosarum succum sub Canis ardoribus refrigerij causa corporibus inungant, usu uideat licet ipso docti, eas abunde refrigerare? At Herodotus medicus præ eximia uidebat sapientia, ne mistum quidem aceto rosaceum, quod proprie oxyrhodinon uocant, refrigerare nos concesserit. Postea memor illo se uti in principijs morborum phreniticorum, nec ignorans quantam sibi contradicentiū turbam inde cieret (quippe omnibus propè medicis confessum est, adeo ut uel Thesali sequaces, hominis impudentissimi, negare nõ audeant, repellendum refrigerandumq; in principijs esse potius quam calfaciendum aut laxandum) non refrigerare ipsum inquit, sed adstringere. Atqui difficile sane illi neutiquam fuisset, si quando æstu nimio affligebatur (nam & homo erat, opinor, eisdem obnoxius passionibus quibus & nos) caput oxyrhodino perfundere, sicq; experientia medicamenti effectū cognoscere. Imo facilius puto fuerat refrigeratū eo uti, caput perfundendo, auribusq; instillando, ac naribus infundendo, totamq; adeo frontem perfundendo, quemadmodum amaricino, trino, cæterisque eius generis unguentis calidis uti assueuimus, quum non mediocriter quidem secundum eum calfaciat oxyrhodinon, ex duobus calidissimis scilicet confectum medicamentis. Cæterum si Herodotus eo uti ausus non est, æquum arbitror, ut qui nunc uiuunt, eius in sese periculum faciant, ubi aut algent, aut æstu laborant, uelut nos sæpe in nobismetipsis experti sumus, aliorumq; complurium æstuantium caput perfudimus. Præstat enim ipsos prius in sese quæ proferunt expertos, ita denique ea nobis consulere, ac literis postentati prodere.

De rosis, & quod ex eis conficitur, rosaceo, tum chamæmelo, & lini semine. Cap. IX.



Erumenim uero tamen si contradicere nemini statueram, tamen nescio quo pacto huc illorum me impudentia adegerit. Rursus itaque redco ad id quod ab initio proposueram, nempe, experientia iudicandas medicamentorum potentias: idq; tum in ijs qui inculcata sanitate fruuntur illis utendo, tum in ijs qui, quoad fieri licet, quammaxime simplicibus tenentur

tenentur ægritudinibus, aut calidis aut frigidis, aut humidis aut siccis. Ita enim si iudicaueris, oleum neq; calidum, neq; frigidum, ut ad hominem temperatū inuenies: rosaceum uero aliquatenus san eo frigidius, non autem uehementer frigidum: uerum ut ego nominare consueui, in primo ordine seu limite refrigerantium. Nam ut aqua, uerbi causa, alia ad unguem temperata est, alia aut calidior, aut frigidior, non adeo tamen ut possis extreme frigidam aut calidam dicere: ita in medicamentis quoq; oleum quidem ex media existit temperie: at rosarū succus ex frigidiore quidem, sed non ita multo: uerum caloris est, ut diximus, tepidi. Eiusdem cum illo ordinis est, quod ad calorem tepidum attinet, linospermon quod uocant: uerum essentia suæ crassitudine non paruo discrimine ab illius natura recedit, quum rosarum succus exquisite tenuis sit essentia: cui rei indicio est, quod celerrime areseat, nec quicquam obtineat uiscositatis, tum cæterorum unguentorū odores exoluat ac obscuret. Neq; enim alia re efficere id uidetur, quam quod odoratus meatus opplere præoccupet. Nam quum transire ac penetrare illa cunctantur, ante ipse præoccupat, atq; illos implet. Est & chamæmelum tenuitate quidem rosæ persimile, calore uero ad olei uires magis accedens, homini tum familiares, tum temperatas. Quapropter lassitudini, ut si quid aliud, cum primis confert, doloresq; sedat mitigatq;: præterea tensa remittit & laxat: quæq; mediocriter dura sunt emollit, quæq; constricta rarefacit. Ad hæc febres quæ citra uisceris alicuius inflammationem infestant, discutit dissoluitq;: ac præsertim quæ ex humoribus biliosis, aut cutis densitate proueniunt. Qua de re & ab Aegyptiorum sapientissimis Soli consecratum est, febriumq; omnium unicum putatur remedium. Verum hac quidem in re à ueritate aberrant. Solas enim quas dixi febres sanare potest, easq; percoctas: licet sanè pulchrè etiam reliquas omnes adiuuet, quæ melancholica sunt aut pituitosa, aut ex uisceris inflammatione prognata. Nam & harum remedium chamæmelum est uel strenuissimum, ubi concoctis adhibetur scilicet: quapropter & hypochondrijs, ut si quid aliud, gratum existit. Quin & tale quoq; esse lini semen uetus sermo prædicat. Nam & ipsum quoq; reuera quæ circa hypochondria sunt uisceribus gratū est, minus tamen chamæmelo: quippe quū & minus calidum sit, ut est dictum, & præterea essentia crassæ. Verum rosa illis nequaquam his in rebus propinqua est: tamen si quod ad caloris tepiditate & essentia tenuitatem attinet, perquam sanè & ipsa inflammationibus in hypochondrijs constrictibus utilis esse possit, nisi adstrictio (quæ unà quoq; illi inest) mulusariam læderet, quæ maxime ijs obest, in quibus chamæmelum præcellit: nempe condensata corpora rarefaciens, indurata molliens, tensa relaxans. Nam ijs omnibus inimica adstrictio est. Attamen ad ascensus augmentaq; inflammationum, ac potissimum earum quæ in exterioribus membris extant, chamæmelo rosaceum præfertur: quippe quum hæc tepida caliditate cum leui adstrictione indigeant. In principio enim quæ refrigerant atq; adstringunt, per incrementa uero tepida, & mediocriter constringentia. At in uigore ac statu inflammationum quæcunq; tum moderate calfacere, tum ualenter discutere ualent, magis competunt. Ac de istis omnibus fusius in libris de Medendi methodo tractabimus. Nunc ad propositum conuertor.

Quod pro diuersis corporū affectibus alias aliter agere sunt nata tum quæ mediæ temperaturæ medicamenta sunt, tum quæ paulum in alterutra parte declinant. Cap. X.



Tenim quæ mediæ sunt temperaturæ, & quæ utramuis in partem leuiter declinant medicamenta, interim calfacere uidebunt, rursusq; refrigerare: interim uero neq; calfacere, neq; refrigerare, sed sicuti corpora acceperunt, ita ea seruare. Nec id illis ab re accidit. Siquidem aqua tepida & urina in balneis quidem frigidæ, algentibus uero calidæ nobis apparent. Quum ergo ex eo quod affecta corpora uarijs subinde modis disponantur, ipsum quod afficit, uarie quoq; agere contingat, liquet ex hoc, non rosam, non

C oleum, nō chamæmelum, non lini semen, sed neq; anethum, neq; farinam aut fœniæ græci, aut triticeam, neq; alia sexcenta, quæ partim adamussim mediam tempericm fortiuntur, partim paulum ab ea recedunt, eandem ubiq; editura esse actionem: quando nec sani eandem omnes temperaturâ obtinemus, nec eisdem morbis affligimur ægroti. Iam rosaceum mediam inter oleum & rosarum succum temperiē possidens, (illo enim minus est calidum, hoc autem magis) refrigerat quidem exustos, idq; caliditatis suæ tepore: algentes uero paulum etiam calfacit, quod uidelicet is quoque effectus caloris sit tepidi: quemadmodum balneæ rigentes quidem exalfaciunt, æstuantēs uero frigefaciunt.

Quod ex æquo & quod curatur, & quod curat, à medio distidere debeat, idq; utroque in contraria recedente. Cap. XI.



Vocirca si aut refrigerantibus medicamentis, aut exalfaciētib; rosaceum indideris, sicut nec magnopere obfueris, ita nec admodum profueris. Nam caliditas tepida nec est sufficiens quæ refrigerata sunt lædere, nec eadem curare potens. Etenim quicquid curari debet, tanq; quod ab immoderatione seu ametria ad commodationem seu symmetriam reducitur, non id quod bene temperatum sit requirit, uerum id quod contrariam habeat intemperaturam. Siquidem si aquam frigidam temperatam efficere studes, temperatam ei misceri non oportet (sic enim tepidum euadet, quod ex utriusq; comistum erit) sed seruens petenda est, eaq; frigida miscenda. Hactenusq; moderata calidior esse debet ea qua frigidam temperare uoles, quatenus uidelicet & frigida ipsa symmetram frigiditate exuperat. Nam sicut quæ leuiter tantum symmetra frigidior est, ab ea quæ multo est calidior, mediam non recipiet temperiem: sic nec quæ longè frigidior, ab ea quæ paulo calidior. Verum si quod curationem postulat, multo est frigidius, necesse est, quod ipsum curabit, multo quoq; calidius existat: Sin paulo frigidius, paulo etiam quod curabit, calidius erit. Ut autem uno uerbo exprimam, tanto abesse à medio quod medebitur, quanto ipsum cui medela adhibetur oportet: nimium quum in contrarium utriusq; uergat excessus. Nam quod eandem in partem cum corpore curando, idq; æquo temperamento recessit, id quidem idoneum non est quod alterationē ullam inuehat: quare affectū neq; lædet, neq; iuuabit. At quod minus est, iuuabit quidem, non tamen persanabit. Ergo si affectio quidem frigida sit, at calor medicamenti tepidus, omnino necesse est affectū iuuet quidem, uerū haudquaquam ad naturalem symmetriam reducere poterit: quare nec persanabit. Rursum si affectio quidem sit parua, nempe ut à symmetra naturæ caliditate ad tepiditatem declinet, sitq; medicamen frigidum, omnino refrigerari affectum, lædiq; à frigore necesse erit. Eodem quoq; modo si calidior sit moderato affectus, à similibus ipsius medicamentis in eodem statu seruabitur: lædetur autem à calidioribus. Porro iuuabitur quidem ab ijs quæ se sunt minus calida, non tamen penitus persanabitur. Sane & hic quoq; rursus homonymia in totam extensa uitam, crebroq; nos fallens occurrit. Etenim quod mediocriter est calidum, id subinde calidum appellamus, sicut balneum quod est eiusmodi, ac poculum: tum id quod ab hoc multum etiam deficit: ad hæc quoq; & quicquid calidius est. At si exquisita nominum uteremur appellatione, quod symmetrum est, non calidum, sed eucratum, hoc est temperatum nuncuparemus. Quod autem ab huius excederet modo, si ad calidius quidem immoderatione sua accederet, tum plus, tum minus calidum: sin ad frigidius, plus minusq; eucratum & medium, uelut oleum. Si quid autē eo esset calidius, calidum, ut fœniæ græcum: sin frigidius, frigidum, ut rosam. Cæterum huiusmodi nominum abusus causa extitit, quod nō omnia corpora ab id genus medicamentis refrigerentur, quale est uidelicet rosaceum. Nam quum alia peræque illi frigida sint, alia etiam frigidiora

A illa quidem prorsum ne alterat quidem, hæc uero etiam calfacit: saneq; absurdum uideri possit, si quum quid exalfacere fateamur, tamen frigidum uocitemus, ac si quis aquam putealem, quæ hyeme manibus refrigeratis tepida uidetur, frigidā appelliter. His ergo occasionibus perturbatus confususq; nominum usus, rerum quoque unā confudit notitiā. Similiter uero & de sicco & humido, confusis ipsorum nominibus, rerum quoque notitiā confusa est. Ac tamen exile uideatur, nominum significata probè distinguere, attamen maximum habere momentum & facultatem ad rerum cognitionem deprehenditur. Sed de humido & sicco paulo post dicetur, ubi uidelicet omnem de calido & frigido sermonem perfecimus. Nam non multum etiam reliquum esse uidetur, ubi uidelicet iam semel apparuit, nihil miri esse, ab eodem medicamento corpora diuersa alia quidē exalfacere, alia uero refrigerari, alia autem neutrum omnino perpeti. Etenim in eo quod ad aliquid, facillimum est ad particularia accedentem dicere, quod eiusmodi corpori admotum rosaceum, in qua ipsum temperie nactum est, in ea seruare potest: alteri uero illiusmodi applicatum, exalfacere: alij autem, refrigerare. At in uniuersum de facultate eius pronunciare, id uero difficile est absq; ut nomina distinguas, atque de ijs conuenias. Fuerit autem tum distinctio, tum conuentio talis. Quandoquidem corpora humana tum ijs quas ab ortu nacta sunt temperaturis, tum ijs quas ex ætate postea acquirunt, tum ijs quas ex uitæ consuetudine adueniunt, plurimum inter se differunt, ab eisdem ea medicamentis uarie alterentur necesse est. Quippe si iuuenem natura calidū, ex uitæ instituto artificium exercentem, uetula mulierculæ eidemq; natura frigida compares, nō minus illum excellere comperies, quam si ualide calfacientium medicamentorum quippiam cum refrigerantibus componas.

Quod generales medicamentorum facultates, ad mediam referentes temperiem, expendere oporteat. Cap. XII.



Medium ergo horum mihi quempiā intelligas, qui & natura sit eucratum, hoc est temperatum, & moribus ac consuetudine conuenienti hanc tueatur eucrasiam: dein tres hosce tanquam temperaturæ scopos animo comendes, ac circumspicias, quod in genere calidum est & frigidum, & siccum & humidum, cuius ex ipsis temperiei respectu tale appellare sit optimū. Nonne ad temperatissimam, quæ unica est, pariterq; reliquarū mediā: an ad immoderatas & intemperatas, atque in definitas, ac propemodum numero infinitas? Sane mihi ne conferenda quidem distinctio uidetur, neq; ulla propè consideratione indigere, sed homini uel paulum etiam ingenij habenti perspicuum esse, corpus omnibus numeris absolutum & decorum, simplexq; & unum, uelut regulam quandam & scopum proponendū, ac ad ipsum alia omnia dirigenda esse. Esto ergo nobis corpus hoc medicamentorum facultatis regula: quodq; similem illius temperiei caliditatem accendit, uocetur temperatum, etiam si uel maxime exalfacere senem refrigeratum uideatur. Quod uero calfacit aut refrigerat corpus eiusmodi, illud quidem calidum, hoc uero uocetur frigidum. Esto autem, quod hæc dilucidius tradantur, ipsorum excessuum ordo, ad frigidum quidem primus, cuius esse dicas rosaceum: secundus, cuius sit ipsa rosa: post hunc tertius & quartus, quoad sermone ad frigidissima pertigerimus, nempe cicutam, succū papaueris, mandragoram, hyoscyamum. Rursum ad calidum, anethum quidem, & fœnum græcum, prima. Secunda uero deinceps, quæcunq; uideantur secunda, tertiāq; & quarta, donec ad exurentia peruentū sit. Ad eundem modū in medicamentis humectantibus rursus à symmetro exordies, deinceps ad summa usq; constituamus. Nam huius notitiæ ad medendi methodum non paruus est usus: imò nisi quis hoc pacto definiat, officiet magis legentibus quam proderit. Siquidem medici, qui nunc quidē simplicium medicamentorum uires exponunt, præter alia multa quæ delinquit, hoc maxime noxium est cernere,

C nempe quod in calidis, uerbi gratia, anethū, & foenumgræcum, & misy, & calcem, indifferentem numerent: in frigidis rosaceum, mandragoram, & cicutam: tanquā sci licet propinquum sit aut calci foenumgræcum, aut cicutæ rosaceum, ac non multis medianum medicamentorum ordinibus disiuncta. Verū nos pro uiribus rem tam immensam tamq̄ operosam in ordinem redigere tentemus, exponamusq̄ quæ uiribus propinqua sunt, quæq̄ longè distita. Atq̄ id quidem efficiamus, nō probabiles sermones, sed certā ac definitā experientiam pro iudice sumentes: uelut & id quoq̄ superius sæpenumero admonuimus. Enimvero eiusmodi iudiciū ut tutissimū quidem erit, ita prolixum quoq̄, ac plenum laboris, dum propositi finem cōsequamur. Eos tamen qui hæc relegere uolent, hoc unicū ac solum efformare atq̄ artificiosos reddere poterit, ac uelut oculum quo ueritatē agnoscant, præbere. Ergo quæ adhuc reliqua sunt ad totam uelut elementarem constitutionē, postquam ea hoc libro confecerimus, in quarto de saporum uiribus differemus: quandoquidē & hoc quoq̄ ita uisum amicis est: in quinto autē de omnibus in genere simplicium medicaminum secundis quidem ac compositis facultatibus: atque ita ad particularia in ijs qui dehinc sequentur libris transibimus.

Quod quæ sensu simplicia uidentur medicamina, persæpe compositas obtineant uires, imò uero etiam nonnunquam contrarias.

Cap. XIII.

Reliquum autem est id, cuius subinde iam antè necessariò mentionē quidem fecimus, uerum absolute nondum exposuimus. Est autem istud, nempe omnia propemodum medicamenta, licet sensu simplicia appareant, natura tamen esse composita: quin & subinde quoque diuersissimas in sese continere facultates, nempe excernendi & sistendi, in crassandi & extenuandi, rarefaciendi & condensandi, illinendi atque abstergendi, tendendi & laxandi, cæterasq̄ oppositiones uniuersas: ut in sequenti hunc libro patebit. At mirum hoc uideri minime debet in id genus facultatibus, quū uni & eidem medicamento uim calfaciendi & refrigerandi inesse appareat, aut exiccandi & humectandi, aut tenuium partium & crassarū. Quippe nisi primæ efficacissimæq̄ uirtutes hoc pacto complicarentur, haud sanè quæ ex illis sequuntur, similiter complicatæ forent. Quin si nos ipsi rhu succum, uerbi gratia, melli cōmiscemus, quod ex ambobus mistis confectū est, non modò adstringendi, sed etiam abstergendi possidere facultatē concedemus: nec cohibendi solū uentris, sed & euacuandi. At in lacte duas contineri facultates, nempe excernendi, ac uentrem sistendi, haud itidē concedimus, tamen id perfacile in serum ac caseū segregetur, confectumq̄ sit omnibus, illud quidem uentrem subducere, hunc uerò eundem cohibere.

Quod & brassica duas, easq̄ contrarias, in sese facultates obtineat.

Cap. XIII.

Quod uero & brassica duas, easq̄ contrarias, in sese facultates obtineat, neq̄ id quidem etiam facile concedimus. Nam si succū eius expressum aut solum, aut cum melle hauserimus, expurgare ipsum cernimus: at tamen quoniam quod reliquū est, edere nequeamus, adstrictorū esse diffidimus: sed si totā concoquas, primamq̄ eius aquā, in quam succū deposuisti, effundas, iterumq̄ eam alteri aque puræ iniicias, rursumq̄ concoctā eximas, succum quidē purgare offendes, brassicā uero ipsam uentrem adstringere: multoq̄ magis si non bis duntaxat, sed ter aut quater aquā effuderis. Nam quanto exquisitius in aquam succum suū deposuerit, tanto & illi quidem maiorē purgandi uim adijciet, & reliquam sui substantiā, quæ uelut holeris ipsius caro est, restringentē efficiet. Eadem est ratio in beta, atque adeo in omnibus ferme quibus sapor aut acris, aut nitrosus, aut salus inest. Quippe & lenticula ipsa, tamen si satis magnā adstringendi potentiam gustu referat, tamen eiusmodi quid fortita est. Nam & huius decoctum, uentris soluendi uim obinet. Verum hic succus eū, si degustes, perspicuā misturā repræsentat,

A repræsentat, tanquam si nitroso austerum quid commisceas. Sed & conchularū maris, cæterorumq̄ ostrcorū succus planè tum falsus est, tum uentrem soluendi uim obinet: quamuis eorum caro uentrem reprimat. Verum quod dico deprehendes, si ea quoq̄ quomodo brassicam censuimus, præparare non graueris. Nam & gallorū uentrem ius uentrem ducit: tamen si caro eundem sistere potest. In æris autem squama sicut duplex qualitas, ita gemina quoq̄ facultas inest: nā & adstringit & mordicat: quare adstrictione quidem siccitas ulceratarum carnium cicatrice obducit, mordicatione uero præhumidas colliquat. Quod si intro in corpus sumatur, purgat quidem uentrem, uerū non cohibet. Vincitur enim ea adstringendi facultas ab acri purgatoriaq̄ potentia, tanquam si rhu succum scamoneæ commisceas. Nam quod ex ambobus mistum erit, soluet uentrem, haud sistet, licet gustu austeritas exuperet. Sic autem non pauca purgantium medicamentorum cum carne mali cydonij exhibita, gustu quidem fallunt, at effectu solo quid ualeant cōmonstrant. Dantur uero quædam cum palmulæ carne, alia autē cum myrtis, alia cum mastiche chia, aut alio quodpiam eorum quæ tum grata sunt stomacho, tum adstringunt, quod scilicet gustum fallant, simulq̄ stomachū minus euertat. Verum tamen ea quæ gustu percipiuntur qualitate, expurgatiā ab adstringentibus uincantur, alia tamen facultate ipsa uincunt: persæpe enim lingua à materiæ uicta est copia: cæterum actio pro facultatis uiribus ac robore perficitur. Itaque quum substantia exigua quidem, sed ualidis prædita uiribus, mista alteri substantiæ plurima, eidemq̄ imbecilla, in corpus intro peruenit, gustum quidem fallit, attamen effectum quàm illa efficaciorē exhibet. Sanè permultos huius rei admiratio detinet, remq̄ rationis expertem absurdamq̄ existimant, si corpus quodpiā adstringens purgare queat, uelut aloë, & æris squama, atq̄ æs ustum. Nam contrarium potius oportebat, nempe uentrem reprimere, haudquaquam ciere. Cæterum quod malum, uerbi causa, cui indita est scamonea, adstringens purgat, nemo miratur: tamen si hinc orsis facilius erat & in aloë mistam inesse facultatem colligere. Ac si quod ex ea purgat, ab eo quod non purgat, segregari posset, non etiam admiratione afficeret: quanquam id sanè quodammodo præstari queat. Nam si aloë accurate lauetur, aut debiliter, aut planè nihil uentrem subducit. Idem usuuenit æris squamæ: utiq̄ usto: quippe quæ nos diligenter elota obscuram modò purgandi uim retinuisse sumus experti. Quinimo ipsius quoq̄ qualitatis medicaminosus sapor primo statim gustu facultatis mitionē demonstrat. Nam si unica semper qualitas unicuique gustu adstringentium medicaminum in esset, haud sanè inter ipsa alia esui apta, alia medicaminosa forent, sed tantum in plus ac minus adstringendo differrent. At non ita se res habet. Nam hæc quidem adstrictio mitis ac suauis apparet, alia molesta ingrataq̄, & medicamentosa, uelut piri quidem, mali, & mali punici, suauis: squamæ uero æris & aloës, ingrata atq̄ medicamentosa: tamen si malo cydonio æris squama minus adstringat: quam ob rem nec adstrictionis uehementia eam qualitatis absurditatem inuehit: quando innumera propè alia eorum quæ esui sunt, aloë, æris squama, & ipso etiam ære usto plus adstringant. Atque in hisce utique substantiæ mistura clarè perspicitur. At in alijs etiam si non appareat, tamen eam ratione colligere oportet, ac non putare aliud in aloë adstrictionem moliri, aliud in malo. Vnum enim in omnibus efficere pro sua natura non adstrictionem modò, sed & aliarum qualitatum unam quancq̄ rationi consentaneum est. Cæterū quia nullum omnino ab alijs qualitibus syncerum reperitur, idcirco diuersi effectus ab alijs atq̄ alijs adstringentium edi conspiciuntur. Nam alius est effectus mespili, alius æris, alius aloës, alius mororum, exempli gratia, aut gallæ, aut corticis mali granati, aut aluminis, aut rhu: præstitissetq̄ forsan, qui de adstringentium medicaminum uiribus pronunciare sunt ausi, in genere de ipsa potius adstrictione, haudquaquam de adstringentibus dixisse. Nam quod adstringit, non adstringit modò, sed & præter adstrictionem acre est aut pingue, aut dulce, aut amarum, aut salum, aut acidum. At adstrictio unum

C est chamæmelum parti inflammatae imposueris, eam prorsum contra affici ut debis: quippe quæ rara, fusa, mollis, tepidaque euadet, etiam si uel plurimis deinceps diebus chamæmelo utaris. Fundere enim hoc ac digerere per halitum potest, haudquaquam contrahere, condensareue, aut transpiratus prohibere. Quod ergo solano chamæmelum contrarium sit, illinc liquet. Quod uero etiam si utranque commisceas, euidenter tamen utriusque uires perspicies, ego sane expertus edissera: quanquam te quoque malim ipsa re experiunda euentum cognoscere, quam narranti mihi fidem habere: id quod scio efficiet quisquis ueritatis amore tenetur. Oportet uero ut in re iam patenti oratione absolueret. Si enim simul impositis solano & anthemide, neque ita densa, dura, tensa, liuidaque reddat, atque si solo usus solano & neque adeo rara, mollis, tepida, rubensque, ac si chamæmelo solo usus fores, sed dictorum mediam accipere affectionem particula conspicitur, consentaneum est utranque medicamentum secundum suam operatum esse facultatem. Nam si neutrum quicquam egisset, sed quicquid utrunque, quam ab initio affectionem particula habebat, eam haud dubie seruasset, non secus ac si omnino nihil impositum foret. Sin autem alterum quidem eorum operatum fuisset, alterum uero penitus deuictum, non mediam affectionem, sed extremam alteram perpeffa particula esset. At si utranque agit, eaque contraria facultatibus fuere, contraria utique eodem tempore corpus perpeffum est: nec enim partitis inter se agendi uiribus operabatur, tanquam si utriusque exempli causa totum diem impositis, sex horis prioribus medicamentorum alterum, reliquis uero sex alterum suo uicissim munere fungeretur: nugam enim hæc est hypothesis, nec solum demonstratione, sed probitate quoque omni destituta. Quanquam profecto nec ita quidem fundi contrahique subiectam contingit substantiam, uelut in ijs qui in balneis lauantur, posteaque ingrediuntur frigidam, sed potius ita ut si lauantur frigidam aquam adspargas. Sic enim non diuersis temporibus, sed eodem contraria perpetuetur. Igitur quemadmodum in medicamentis compositis mirum non est, si contrarij simul affectus corporibus infligantur: ita neque in simplicibus, quum & ipsa sensu quidem omni atque cognitione simplicia appareant, uerum natura sint composita. Quinetiam quemadmodum in ijs quæ nos componimus ac commiscemus, interim, si ita uisum est, plus adstringentis succi indimus, interim plus dulcis aut amari, aut salis, aut acris, aut alterius cuiuspiam contrariorum, nonnunquam uero utrosque partibus paribus: ita quoque naturam in arboribus, fruticibus, animalibus, & in ipsa quoque terra contrarios temperare succos partibus aut portionibus, aut uiribus alienum non est. Potest etiam quandoque alterum uincens efficere. Itaque actiones eorum in misturis paribus similes euadent, in imparibus autem diuersæ. Ne quis ergo putet, quod & supra monuimus, nihil referre, adstringentem succum dicas, an adstrictionem. Nam adstrictio una res intelligitur, adstringens uero duplex: sicut & calfaciens partim simplex & summum, ut ignis: partim per exuperantiam caloris, ut sanguis. Sic adstringens quoque aliud summum est, ut exempli causa, alumen, & melantheria, siue atramentum futorium, & galla, & rhus: Aliud quia adstrictionis cuiusdam est particeps, uelut pirum, uinum, malum, rosa: nam minimum omnino est in rosa quod adstringit, multis numeris eo quod non est eiusmodi superante. Quapropter non abs re exigui quoque adstrictionis effectus sunt, tanti scilicet, dum a relaxandi facultate quæ rosæ inest, corporum illi admotorum robur non exoluatur. Itaque mirandum non est, medelam esse eam inflammationum, ac potissimum dum incrementum adhuc atque augentur, plusque etiam dum incipiunt.

Quod rosaceum, utpote olei rosæque mediam ad unguem naturam obtinens, inflammationum optimum in augmento remedium sit. Cap. XVI.

Rosaceum uero (utpote cuius natura olei rosæque in medio est) in inflammationum augmentis optimum est remedium. At oleum commodum est ubi inflammationes maxime uigent: id quod exempla docent: causam autem nos in tractationibus de medendi ratione exponemus. Porro rosaceum

A ceum, quia in medio eorum ex quibus confectum est consistit, utique & in medio tempore utilitatem ostendit. Nam per initia repellere comprimereque influxus oportet: in uigore autem ita per halitum digerere, ut morsus absit: at in incrementis repellere simul ac digerere. Id quod si quis nudum, citraque iam dictas ratiocinationes audiat, fortassis fidem non habebit. Nunc autem mirer, si quis adeo sit stupidus, ut rationi nondum acquiescat. Nam semel unoque impetu ab adstringentibus contrahentibusque substantiam, ad laxantia fundentiaque transire, plane absurdum est: sicuti sane æquum est, in intermedio principij statusque spatio, dum uidelicet morbi adhuc incrementum, nec plane repellere sicut in principijs, nec itidem digerere sicut in uigore, sed perinde ut morbi conditio media est inter contraria, ita medicinam quoque mediam esse oportet, quæ uidelicet non ut in principijs adstringat, nec ut in uigore digerat. Atqui medicum omne ex contrarijs mistum est, ijsque totis per tota temperatis, aut per exiguas particulas sensum effugientes eorum quibus apponuntur. Porro hoc an illo modo rosaceum mistum esse uelis, mea quidem certe nihil refert: nam utroque modo propositum demonstrari potest. Satis autem certo scio, si ratiocinationes omnes tum quas Theophrastus memoriae prodidit, tum quas nos toto hoc tractatu complectimur, multum animo uersaueris, secundum misionis modum reperturum. Quin & in profundum penetrare, & corpora arenantia magis quam oleum humectare rosaceum potest: arbitrorque subinde rosaceo te prædens coriaceas tunicas teri uidisse: quoniam neque oleum, neque hydrelæum (quod ex aqua & oleo mistis constat) eas probe mollire ac madefacere possit, quia uidelicet crassiorum sunt partium, quam ut penitus imbibit ac penetrare queant: rosaceo uero præter cætera quæ potest, pauca quedam inest adstrictio, haud parum huic rei conferens. Nam quæ magnopere austera acerbaque sunt, primo statim contactu superficiem condensantia, humorem ingredi imbibique prohibent: at quæ paulum quidem adstringunt, cæterum plurimum in se continent essentia tum tenuis, tum tepida, tantum abest ut præ adstrictione ingredi altius corpora admota prohibeantur, ut etiam ab ea, magis scilicet impellente, iuuentur. Quæ autem penitus tenuia calidaque sunt, magis digerunt discutuntque humores ex corporibus quibus admouentur, quam alios ipsa apponant. Porro quæ frigida sunt, & crassioris essentia, omnino nullum introducere humorem queunt. In quibus uero humiditas inest tenuis pariter & tepida, hæc per essentia quidem tenuitatem & tepiditatem promptè mobilia, corporum quæ contingunt, meatus subire nihil prohibet. Quod uero non admodum calfaciant, ex eo liquet, quod existentem in illis humiditatem non digerant. Si uero præterquam quod sint eiusmodi, insuper exiguam adstrictionem possideant, quæ tenues particulas meatum iam ingressas in profundum propellere ualeat, ipsamque extrinsecus superficiem quadantenus constringere ac condensare, ea inter omnia humectantia efficacissime humectant. Adstrictionis enim natura est, ut meatus occludere præoccupans, uicinamque substantiam ad se contrahens, constipansque, ijs quæ humectare ualent, impedimento existat. At quæ adeo infirma est, ut in rosaceo, quæ ipsa uincatur potius quam uincat, tenues rosacei particulas præuerrere quidem nequit, sed ubi illæ altius penetrauerint, in ipsam iam tum superficiem agere incipit, pro uiribus constipando, contrahendo, ac condensando. Ex quo necessario sequitur, ut quæ ingredi meatus anteuertent exiguam corpuscula, intro propellantur, ac meatibus præclusis foras regredi inhiabantur.

Quod quæ frigiditate interimunt deleterijs, ex mutationis celeritate uti corrumpant euenit, ac proinde alienam requirant caliditatem, quæ uelut manu in totum deducat corpus. Cap. XVII.



Sane ad opera eiusmodi non mediocriter confert innata corporibus nostris caliditas: quippe quæ intro ad sese attrahat, & comminuendo extenuet. Hinc est quod & quæ natura frigida sunt medicamenta, nempe quæ deleteria nuncupantur, utputa cicuta, papauer, hyoscyami semen,

C mandragora, & quæ eius sunt generis, citius magisq; in calidis naturis uim suã exerant: cuius & tu, tametsi unum ex ambiguum difficultiumq; problematum numero habitum id fuerit, haud difficulter, modo non segniter ijs quæ dicimus aduerteris animam, solutionem inueneris. Etenim quã sit impossibile ut talia interficiant, nisi prius cor refrigerent, sanè intrò cõminuta extenuataq; ingrediantur necesse est. Id quod ex sua natura præstare nequeunt. Quippe quæ crassarum sunt partium, nec facile moueri possunt, nec ut minutim concidantur, prorsumq; ferantur ex sua natura obtinent: uerum adscitiuam caliditatem requirunt, quæ in minuta secet, extenuet, atq; cõminuat, quæq; uelut manu ducat, atq; in subtiles partium omnium meatus deducat. Itaq; si quando ea absit, cunctantur tardantq; in maioribus meatibus hærentia, & uenis atque arterijs uelut innatantia, ac temporis spatio interim per longos errores ac multas iactationes ab humoribus quæ in eis sunt uicissim nonnihil persequuntur. Ostensum est enim iam sæpenumero, in sese mutuo qualitates omnes quæ dantenus agere. Nam & lapis ab assiduo aquæ stillidie excauatur, gladiusq; cerâ secando heberatur. Monstratũ etiam est, actiones à solidis animantiũ partibus persequi, quæ quum nondum à refrigerantibus medicamentis refrixerint, animans superficiem necesse est. Porro refrigerari nequeunt prius quàm illa in proprios istorum meatus subierint: atqui ex sua id natura crassioribus frigidisq; medicamentis datum non est, nisi succurrat quod uelut deducat. Deducit porro, ut causa primaria, arteriarum attractio (ostendimus enim ipsas inter dilatandum uicinum omne attrahere) ut secundaria uero & materialis, essentia tenuitas: quam quum ex natura sua non obtinent frigidiore crassiorumq; partium medicamenta, ijs utiq; opus habent quæ præbeant. Corpora itaq; quæcunq; temperaturæ sunt frigidioris, ea arteriarum tractum imbecillioris possident (id quod etiam monstratũ est) atq; in minutas particulas medicamentorum substantiam redigere nequeunt. Proinde medicamentum & ipsum cunctando tardandoq; temporis spatio aliquid perpetiatur par est. Itaq; interim accidit ut concoquatur, uelut lactuæ succus: Nam & is tempore concoquitur. At si integer ad cor pergere properaret, non secus atque cicuta hominem interficeret: euenit autem id ipsum alijs quoque omnibus admodum refrigerantibus succis. Nam nisi celeriter interimere possint, sanè ex hoc omnino nullius effectus redduntur. At quæ aut erosione aut putredine cneant, ijs ut tempore inualescãt accidit. Siquidem temporis spatio putrescunt omnia, eoq; magis quo fuerit humidior calidiorq; locus. Merito ergo sit, ut quæ frigore suo noxam inferunt, ijs actionis celeritas ad perniciem proficiat: quippe quæ alioqui spatio excafacta, uim per quam agebant, deperdant. At quibus actio consistit in putredine, ijs tempus actionem adauget, quoniam scilicet & putredine. Nec enim animal ullum interire potest, quin cor ab agendi munere cesset: fieri porro ut cesset nequit citra maximam intemperiem. Siquidem non simpliciter quàm par est aut calidius, aut frigidius moueri desinet. Eodem modo si moderate siccum aut humidum euadat. Minus enim suo fungetur ob hæc quidem intemperies munere, cæterum motu non uacabit prius quàm immensam aut caliditatem aut frigiditatem, aut reliquarum qualitatum aliquam acceperit. Porro medicamentis quæ frigore occidunt, ubi ad cor pergere cunctantur, simile quid accidit, quod lignis humidis uiridibus frequenter cuenit. Hæc siquidẽ si multa aceruata in igne conijciantur, eum celerim extinguunt: sin undiquaque in orbem composita prius siccantur, ac incalescant, & deinde sensim iniiciantur, tantum abest ut extinguant, ut etiam alimento illi efficiantur. Sic hominem quidem cicuta necat tum ob meatuum amplitudinem, caloriscq; multitudinem, tum ob attractionis arteriarum robur ualidum etiamnum ad cor perungens. Sturnos uero ob causas contrarias haud cneat, ut puta quum & retineatur & cunctetur, ac sese temporis tractu concoqui præparatque à corde tanquam à foco incalescens sinat, non secus ac ligna extrinsecus. Quare nec id quidem mirum dubiumq; relinquitur, sed est quale lactucis accidit, quippe

A quippe quæ moderato esu hominem nutriant. At si quispiam expressum earum succum largiter hauserit, non secus profecto morietur, quàm qui aut cicutam, aut papauer sumplerit. Sic lactuca si cor refrigerauerit, interimat: sin concoquatur, alimentum animali efficitur. Ad eundem arbitror modum cicuta hominem quidem celebritate distributionis interficit, sturnos uero tarditate ipsa nutrit. Si uero exiguum quiddam sumatur, mortem homini nequaquam inferet. Id quod anus Atheniensis experimento docuit, cuius apud omnes percelebris memoria est. Etenim ea ab exigua cicutæ portione auspicata, nullo detrimento ad permagnam progressa est copia: principio enim paucum exiguitate ipsa deuictum est: ac consuetudo naturale reddidit. Nec enim nunc locus est, ut cur plurimum possit consuetudo, curq; uelut altera ac adscitiua natura sit, uti à ueteribus proditum est, causam reddam. Nam ita maius euaderit operis accessorium, quàm ipsum opus: ut omitam quod separatim de hoc tractauimus. Verum connectendus est perficiendusq; præsens sermo.

Quod medicamentorum quæ frigiditate sua interimunt, nullum prorsus genere letale sit, ac deleterium, sed sola quantitate. Cap. XVIII.



Orum ergo medicaminum quæ frigore interimunt, nullum genere letale est, sed sola quantitate. At in erodentibus, putrefacientibus atq; excafactis haud ita se res habet: sed de his paulò post dicet. Quæcunq; autem frigiditate occidunt, ea exigua quantitate sumpta mortem non adferunt, nõ magis quàm si copiosæ flammæ paucillũ aquæ instilles, aut lignum iniicias humidum ac uiride. Quemadmodũ itaq; nisi calorem habeant abundantem, qui tum cõminuat, tum ad cor usque perducat, interficere non poterunt: sic si quod comminuit ac deducit, multo ualentius fuerit, prorsum deuinct, mutabitq;, ac alio modo ut sibi sit medicamentum, efficiet.

Quod medicamenta quæ natura sunt frigida, iure à ueteribus potestate frigida appellentur. Cap. XIX.



Vamobrem eius quoq; nunc protinus meminisse oportet, ueteres medicamenta natura frigida, potestate dixisse frigida. Nam ea quoq; quæ dantenus refrigerandi potentiam à nobis accipiunt, sicut excafacti calida. Quod si alio modo illa, alio uero ista, nihil utiq; refert: generale enim idem cõmuneq; utrisq; est, nempe alterationis principium ex passu ro corpore in acturum medicamentum procedens. Nam quæ potestate quidẽ sunt calida, alterantur eò duntaxat, quod incalescant à nobis: at quæ natura frigida, tum quod comminuantur, tum quod adscititium accipiant motum. Quum itaq; ipsis tanquam frigidis agere absq; corporis patientis auxilio non licet, iure potestate frigida dicuntur. Nam ut actu nos calfaciant, non prorsum ex sese obtinent, uerum à nobis prius perpetiantur ut refrigerent oportet. Etenim in minuta conteri, & aduentitium motum accipere, affectus sunt medicaminũ. Attamen si cui libeat ea actu frigida nominare, haud equidem repugnem, modo omnis in uerbo dissensio sit, res autem utrisq; confessa. Siquidem (quod paulò supra monuimus) id genus omnia calidum corpus quo agere possint postulant. Ea propter meconium, hoc est succus papaueris, & cicuta, si uino mista bibantur, ocyus necant, licet non quouis temperata modo. Si enim ipsa paucissima plurimo miscantur, prorsum deuinci possint. Si uero pauculo multa, deducuntur quidem ad cor, uinci autem nequeunt. Si quis uero papaueris succum, qui interficere potest, hauserit, ac etiamnum tamen superfit, recta ratione & hunc quoque sanabit epotum uinum uetus, magisq; etiam si generosum fuerit: nam id quoque magis calefacit. Quod uero cor nondum admodũ refrixerit liquet, quandoquidem adhuc homo uiuit. Tum autẽ digestionis in corpus tarditate quæ dantenus mutatum iam à corpore esse medicamentum, sicuti lignum uiride ubi proxime ignem aliquandiu iacuerit: nec id quidem obscurum est. Calidum itaque id temporis uinum ebibitum præsentissimum est remedium, nosq; etiam quendam

C extremē iam refrigeratum uini lesbij potione seruauimus: potestq; idem falernum, furrentinum ariusum, imolites austerū, ac quotquot calida simul exquisite uinosa fuerint uina, eundē cum lesbio præstare ualent effectū. In summa quod tenui perlucidaq; substantia est, colore uermiculo aut flauo, odore gratū, quodq; multam aquæ misturam exposcit, id tum admodum exalfacere est natum, tum facile undique per corpus uniuersum deferri. Tale ergo natura uinum, ætate uctus, meracius mistum, eos etiam qui refrigerati iam sunt perfanat, nec solū à papaueris succo, aut alio quopiam refrigerantium medicaminum, uerumetiam qui in morbis aut ex stomachi, aut ex cordis dolore animi pariuntur deliquium. At quod cum refrigerantibus medicamentis, quò celeriore morte afferat, bibitur, id nec multum est, nec generosum, sed quod cōtinuere ea, ac distributionis sui impetu in cor perducere modò ualeat. Atq; de his quidem hæc sufficiant.

De actione medicamentorum, quæ putrefactione & erosione nos necant. Cap. xx.



Voniam autem de his etiam medicamentis, quæ erosione ac putredine interimere sunt nata, dicturū me, quòd tempore perniciosiora reddantur, & ipso genere naturam nostram corrumpere possunt, non modò multitudine, uelut refrigerantia, sum pollicitus: tempus nunc est promissis satisfacere. Coniuncta est enim quadantenus quæ de his habetur oratio, his quæ de medicamentis potestate calidis dicuntur. Verisimile siquidem est pleraq; eorum etiam actu esse calida, sed idcirco nos fugere, quoniam aut ipsi plurimum habeamus caloris, aut crassa eorum essentia sit. Redigamus enim eadem rursus in memoriā, nempe quòd in balneo frigida uideatur uirga: itidemq; memoria repetamus, quòd quum in solium calidū descendere non ualeremus, aliud prius minus calidum ingressū, nullo negotio quod antea intolerandū uidebatur, postea pertulerimus. Quin & aqua fontium tempore hyberno quibus manus algent, tepida apparet, quā alijs minimē uideatur eiusmodi. In summa enim (id quod antea quoq; diximus) pro suo unumquodq; affectu corpora admodum sentire consuevit. Sic ergo si manum habens frigidam, eam in tritici aceruū immiseris, luculenter calorem percipies: sin calidam, nequaquam. At si stercore columbino accumulato, potissimum syluestrium columbarum, manum inseras, etiam si calidam, manifestam tamen senties caliditatem. Sic misy, sory, chalcitis, ærugo, calx, aliaq; id genus innumera, si illis aceruatis manum altius inijcias, protinus uidebuntur esse calida. Ceterum si bolum ex eis unum acceperis, cuius extrinseca superficies ab ambiente extrinsecus aere sit refrigerata, merito nullum percipies calorem: quippe qui refrigeratas tantum eius partes coniungas, idq; antequam in minutas redactæ sint. Ad eundē modum hyeme sæpenuerò tum putealis, tum fontalis, calida tangentibus est uisa: uerum si quis calfactis prius manibus contigerit, frigida uidebitur: memorariq; sanè possint alia id genus infinita, quibus facile adduci quiuis possit, ut credat medicamēta potestate ut ad nos calida, alteri animantium generi actu esse calida.

Quòd rectè quæ erodendo putrefaciendoq; interimunt medicamenta, genere, non qualitate deleteria sunt dicta: & quòd quanto in corpore morantur diutius, tanto & magis agere sunt nata. Cap. xx.



Tq; hæc quidem obiter dicta sunt. Ceterum quæ nos contactu aut per putredinem, aut per erosionem interficiunt (nam de his habebatur oratio) ea rectè quidem ratione humanæ naturæ deleteria toto genere existimata sunt, non ut frigefacientia, duntaxat quantitate: hæc enim interdum uincuntur, & nutrimentū animali redduntur: putrefacientia autē etiam si quantitate minima sumantur, omnino tamen corrumpunt, quia uidelicet quæ putredini obnoxia sunt, calore humiditateq; putrescere solent. Atqui calidus humidusq; sanguis est. Itaq; putrescere nunquā cessare possunt, simulq; uicissim putrefacere,

A cere, quæ *συνεσθαι* à putrefactione uocantur medicamina. Proinde longo etiam post tempore à quo sumpta sunt, nonnulla interimunt, potissimum quæ crassa terrenaq; essentia sunt. Hæc enim corporibus nostris in hæretia insidentiaq; dein temporis spatio putrescentia erodunt corrumpuntq; uicinas corporis partes.

Qua causa putrefacientia medicamina, licet genere letalia sint, non tamen perpetuò occidunt. Cap. xxii.



T quæ tenuiora sunt, etiam excerni interim cum excrementis possint: se recipit, ut duas ob causas istas quandoq; medicamenta putredine erosionēue necantia non interficiant: unam uidelicet, quam modò admodum dicere desij: nempe quum unā cum excrementis excernuntur priusquam iniuria corpus afficiant: alterā, si cui accipienti bona faueat fortuna, uidelicet aut cibus, aut quæ alioqui conferunt, utenti: aut medicū qui curando præsit, nacto. Nam ubi grauis ab his noxa illata est, malū neq; uictus ratione, neq; generosorum medicaminū, medicūq; auxiliantis ope sisti potest. Quòd si prorsum exilis sit deleteriū, nihil repugnat quò minus illud quoq; nihil perficiat, propterea quòd cū recemētis excerni possit, aut idonea uictus ratione superari: utputa si cantharidis sit centesima drachmæ particula: nam id priusquam noxam animali inferat, unā cū urinis excernat. Sanè cantharides urinā cientibus medicinis miscetur, sicut pleraq; alia letalia alexipharmacis, hoc est amuletis. Atq; id genus medicamenta cōposita si aptè temperata fuerint, omnino efficacissima sunt: quoniam admodum quòd ex cantharide consicitur, urinæ mouendæ accommodum est. Feruntur enim alioqui spōte sua cantharides per urinā ad uescicam, atq; sic rodendo eam exulcerat: uerum ubi paucū ex illis, multus miscetur bonis atq; utilibus, illa quidem uelut manu ducunt, rodere tamen nequeūt. Opus est enim ut quicquid agat, etiam si sit ualentissimū, aliquantū præter quā quòd non uret, ne calfaciet quidem: quippe quum & centesima scintillæ portioncula sensu à nobis sit imperceptibilis. Ex quibus patet, quæcunq; frigiditate interimunt, si pauca sumantur, nutrire corpus posse, uelut lactucæ succum: at quæ putrefaciendo erodendoq; ea nunquam nutrire, ne si præ paruitate quidem innoxia corpus permeent: genere nanq; talia humanæ aduersantur naturæ.

Quòd in medicamentis dissimularis substantiæ reperiatur mistura: ac proinde ubi sine suo purgantia frustrantur, interim quidem extreme laeduntur, interim nequaquā: quippe ubi deleteria in se uim permixtam obtinent, ad corrumpendum conuertuntur. Si uero uim non habeant deleteria, concoquantur, talemq; generant succum, qualem trahere nata erant. Cap. xxiii.



Vemadmodum in saporibus antè monuimus, nullum propè eorum alienæ esse qualitatis expertē, uerum siue in arboribus, siue in herbis, siue in fructibus mistos semp alterius generis esse saporibus: ita in medicamentis intelligere oportet, multas diuersi generis mistas esse substantias, id quod inuenias, si cōsideres granum enidium hoc à cnico differre, quòd plurimū habeat caliditatis. Nam similitudinem utriusq; substantiæ tactu utiq; cognoscere liceat: præterq; ea tertiu est, quòd ambo pituitam detrahant. Ostentum est siquidem nobis in commentarijs de naturalibus facultatibus, quòd qualitas enidio multum permixtum caloris est, qua re à cnico distat. Idcirco purgantium medicamentorum, ubi forte purgatione frustratur, quædam extra quā quòd noxam corpori nullam afferunt, etiā alimentū homini præbent: alia uero in corruptionē, ac tanquam in uenenū uertuntur: prorsum enim medicamentū expurgans uel cū uno saltem humorū, qui in corpore sunt nostro, similitudinē obtinet, nō autē perpetuò permissa est uis uenenosa: quamobrè nec perpetuò licet nō purget, iniuria afficiet, uerum concoctionē accipiet, talemq; producet humorē, qualem trahere natum erat.

C *Quamobrem, quum qualitatum proprietate attractiones perficiantur, purgantia medicamenta quidem perpetuo humores attrahant familiares, nec tamen unquam à familiaribus attrahantur: An quòd efficaciora sunt purgantia medicamina, sic ut attrahere potius quam attrahi sint idonea? Cap. XXIII.*

Non autem me fugit, qui in naturalium facultatum cōmentarijs exercitatus antè nō sit, hanc rationationes nō satis consequi posse. Demonstratum enim ibi est, plerumque perfici attractiones qualitatis familiaritate: proinde quamque singillatim animantis particulam familiare sibi nutrimentum attrahere. Ad quam sententiam seu dogma sequitur medicamenta purgantia esse quidem detrahendis humoribus familiaria, uerum quæ attrahunt, quodammodo esse efficaciora ualentioraque, sicuti magnes lapis ferro: quippe qui ad ferri naturam accedat, inque ferri metallis reperitur, eique magnopere specie per similitudinem sit: uerum fortior est quodammodo, ut attrahere sit aptior, quam attrahi. Quin nec cnicum quoque à pituitæ natura alienum esse distidendum est, uti colore suo præ se fert: sed tamen calor ipsius quam pituita ualentior est, ut trahere quam trahi magis par sit. Ad eundem modum granum cnidium si quando forte à corpore nostro uincatur (id quod assidue cnicum usu uent, rarius autem grano cnidio, nimirum ob robur) uice purgationis alimentum efficitur: uelut ueratrum semper coturnicibus. Volo autem, quandoquidem in hunc sermonem descendimus, logici cuiuspiam meminisse theorematis, quod & in cōmentarijs de demonstratione monstrauimus, ceterum in rem præsentem haud inutilis. Est autem theoremata eiusmodi. Demonstrationum alia, quod ex necessitate hoc sit, eo concludunt. Alia, quod esse possibile est. Harum ipsarum quedam in id quod ex necessitate est recidunt, quando uidelicet ex necessarijs consequuntur principijs, uelut in hoc ipso quod modo monstrauimus. Siquidem in grano & cnicum pituitosum inesse succum euidenter monstrare non est: tamen posse esse, ac probabile uerisimileque esse, ratione colligitur. Posteaquam attractiones substantiarum fieri similitudine ostendimus (demonstratum enim subinde est, in purgationibus attractionem esse eorum quæ purgantibus medicamentis similia sunt, haud uero omnium simul succorum alterationem) similitudinem inesse quandam utriusque substantijs, & eius uidelicet quod purgat, & eius quod purgatur, necesse est. Porro quum quod purgatur, pituita est: quod trahit, pituitosum sit oportet. Pituitosum autem esse oportere quod trahit diximus, non autem plane pituitam. Etenim similitudinem inesse substantijs diximus, non identitatem: contrarium enim cernimus. Nam neque ferrum attrahit ferrum, neque caro carnem, sed lapis sideris ferrum, caro sanguinem. Differunt enim, mea quidem sententia, idem & simile. Quippe pituita pituita eadem est, & cnicum cnicum, similis autem pituitæ cnicus, non tamen idem. Neque enim quæcumque aut biliosa aut pituitosa dicimus, perinde tanquam bilem aut pituitam continerent sic nuncupamus. Huius enim opinionis absurditatem deteximus cum in naturalium facultatum cōmentarijs, tum multis alibi locis.

Quod in purgantibus medicinis duplex insit familiaritas, nempe quædam actu, & quædam potentia. Cap. XXV.

Quapropter prætereunda sunt omnia huiusmodi. Illud uero rursus repetendum est, quod purgantium medicaminum quædam iam etiam possident idoneam ad attractionem similitudinem: quædam non perfecte quidem eam obtinent, uerum in animantis corpore accipiunt, non secus atque urentia medicamenta, quæ caustica Græci uocant. Itaque duplex quoque in his similitudo est, una actu, altera potentia, uelut & in alijs omnibus: quin & permixtae sunt similibus in unoquoque succis alij dissimiles, qui partim quidem medicaminosi sunt, partim non. Quare ubi purgationem haud assequuntur quædam purgantium, malum corporibus nostris inferunt, quædam uero alimentum exhibent.

De superpur-

A *De superpurgationibus, quas *κατακλύσεις* Græci uocant. Cap. XXVI.*

Porro quoniam semel sermonem de purgantibus medicamentis attigimus, præstiterit fortassis nonnihil quoque dicere de nimijs purgationibus, quas *κατακλύσεις* Græci uocant, quasi superpurgationes dicas. Euenire igitur ea solent, quum purgans medicamentum uelque adeo inuoluit, ut in uasorum ad uentrem pertinentium osculis mordicatione apertionemque multam relinquat, assidueque irritans conuellensque corpora, quæ in uasis sunt uires dissoluat atque deneciat. Nam quod in uentre euenire conspiciamus, ubi uires eius in extremam inciderunt infirmitatem, idem in uenis accidere putandum. Quid porro est quod in uentre euenit: uomitus totius eius quod deglutit, ubi uidelicet superiores eius partes debilitas occupauit: intestinorum uero leuitas, ubi inferiores. Ostentum est autem & de hisce latius in tractatu de uacuandorum causis. Huiusmodi affectum existere in uenis existimandum est in superpurgationibus. Quum autem per iniam modica etiamnum sit & apertio, & imbecillitas, tunc quod & tenuissimum est, minusque naturæ familiare, excernitur: sed ubi utraque adaucta est, iam tum etiam crassa, & quæ naturæ familiarissima sunt, euacuantur: quamobrem flaua bilis primo, pituita secundo loco, tertio loco atra bilis, post hæc postremus omnium in superpurgationibus effunditur sanguis, utpote qui naturæ succus sit familiarissimus. Ante hunc uero primus quidem qui tenuissimus, postremus qui crassissimus. Dissertuit autem & Hippocrates in opusculo quod de natura humana inscribitur, de ordine qui in istis euacuandis seruari solet, ac nunc quoque, ne quid huic sermone desit, dicendum est. Etenim si quod pituitam ducat medicamentum exhibeas, prima quidem in superpurgationibus flaua, mox atra, tertio loco sanguis eijcitur. At si quod flauam bilem detrahat, pituita consequetur, tertia atra, quartus demum reddetur sanguis. Quin & si atram bilem purgare sit natum, eam quidem primam euacuabit: postquam, flauam deinde pituitam: omniumque postremus sequetur sanguis, tanquam ex inanimis iam uascularibus effluens, ut quæ lumina iam debilitas occupet, quæque ad extremam osculorum apertionem peruenerint. Ex quibus manifestum est, postremum in superpurgationibus uacuari humorem, qui idem & familiarissimus est: aliorum autem unumquodque prout aut crassius est, aut tenuis.

Qua causa in superpurgationibus humores minime purganti medicamento familiares itidem euacuantur, nempe propter uasorum infirmitatem, propter osculorum laxitatem, propter purgantis mordacitatem. Cap. XXVII.

Quædam autem causas quamobrem omnino & qui alieni sunt à purgante medicamento succi, una excernantur, in hisce tribus consistunt, uascularum scilicet imbecillitate, osculorum laxitate, & purgantis mordicatione. Quum enim uascula non amplius in sese continere succos possunt, & oscula eorum reclusa fuerint, nec irritare medicamentum desinat, possitque non amplius familiarem trahere succum, necesse omnino est reliquos quoque quo diximus ordine excerni. Satis enim erat unica mordicatio, quæ organa ad excretionem excitare posset: quanto ergo magis id fiet, ubi & apertio, & imbecillitas uasorum coierit: sit autem ut supra diximus, apertio ob medicamenti potentiam: ob quam uidelicet mordicatio item prouenit. Vasorum autem imbecillitas, tum ob ingentem defatigationem (quam scilicet dum à purgante medicamento mordicantur, ac uelut emulgerentur, afficiuntur) tum ob intemperantiam, quæ in superpurgationibus occupat. Quemcumque enim humorum penitus euacuaueris, intemperantia consequatur necesse est. Itaque quod à purgante & alieni quoque uacuetur succi, eas habeto causas: porro quod supradicto ordine, uacuandorum humorum tum tenuitas, tum crassitudo in causa est, & ad hæc prout magis & minus animantium constitutioni succus quilibet familiaris est.

CLAVDII GALENI PERGAMENI

DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM
FACVLTATIBVS LIB. IIII.

Theodorico Gerardo Gaudano interprete.



VO pacto igitur dicatur frigidum, calidum, humidum, siccumque facultate medicamentum: tum qua ratione id explorare oporteat, supra definitum est. Porro quoniam nonnulla emollientia dicuntur, relaxantia, rarefacientia, condensantia, emplastica, ac digerentia, multaque his similia alia, praestiterit & de his differere: una vero cum istis, aut etiam ante ea, de saporum omnium & essentia, & facultate, de qua & in fine primi horum commentariorum verba fecimus, quando scilicet Platonis ex Timaeo dictionem adscripsimus. Verum ibi quidem gratia passionum sensibilium, quas lingua in quocumque eorum perpetui est nata: at hic de essentia & facultate sermo habebitur: quandoquidem & aliae animantis partes similiter ut lingua perpetuantur, sed passionum sensum non exacte percipiunt. At lingua praeterquam quod perpetiatur, sensus etiam perfectionem possidens, earum omnium naturas dignoscere potest. Nec enim hoc dicendum est, calidum, frigidum, humidum, siccumque linguam calfacere, frigefacere, siccare, aut humectare posse, aliarum vero quamuis non posse: imo uti hanc, ita & alias omnes singula afficiunt & alterant, tantum diuersitate in ipsis existente pro minoris maiorisque ratione: haudquaquam in ipso, ut sic dicam, affici, aut non affici. Quippe quod lingua non secus atque alia quavis animantis partium, calidum, frigidum, siccum, humidumque dignoscere corpus ualeat, cuius clarum est: amaritatem uero, dulcedinem, salinitatem, aciditatem, austeritatem, acerbicatem, acrimoniam haec sola discernere creditur: tamen si passionum similitudinem inuenire est cum in alijs partibus omnibus, tum in ulceratis. Nam cutis duritas densitasque excludit, resistit, prohibetque quod minus foris incidentium facultates intro in carnem ipsam penetrent.

Quoniam modo frigidum corporibus nostris mordax appareat, & qua differat ab ijs quae caliditate mordicant: nempe quod continuum diuellat, cuius rei causa est, quod & tenuis humores compressu exprimantur, & uacua spatia relinquatur, & mollis substantia in arctiorem locum contrahatur: at calidum, quia substantiae continuitate erodat. Cap. 1.



Ic enim & illud ab Hippocrate dictum est: Viceribus frigidum mordax: tamen si cuti priusquam ulceraretur, mordax nequaquam esset. Est uero & oculis, & naribus, & ori, externis partibus animalis, frigidum mordax, nec minus internis, uentri, & intestinis, ut difficile sit nonnunquam discernere, an a frigore quis, an ab humorum mordicetur acrimonia. Eueniunt autem haec non abs re. Siquidem quum frigidum quaecumque contingit, eorum & contrahat substantiam & condenset constringatque, primum tenues tum excernantur humiditates necesse est, sicut ex oculis lachryma, ex naribus mucus: postea uero etiam mordax appareat, licet alia ratione quam in calido. Nec enim erodendo quod continuum est, sed diuellendo molestum ac mordax est frigidum. Quare nec duris corporibus tale apparet. Nam dum mollia contrahuntur comprimunturque, humidum exprimi contingit, simulque partes diuellit: humidum quidem, sicut in spongia a manibus nostris contracta compressaque: diuelli autem, sicut in ijs quae distrahuntur diuellunturque, siue a nostris manibus, siue aliunde. Tale quid rara molliaque corpora a frigido perpetuantur necesse est, raritate frigus prompte intro recipiente, multoque etiam promptius partibus in ea mollibus, quae in profundo sunt, a frigore coalescentibus. Frigidum itaque spiramenta cuncta in raris corporibus subiens, qualia sunt uulnerata omnia, oculique & nares, ac os, uenterque, omnes refrigerandorum corporum partes

partes arripit, & quodammodo multis circumquaque ansis eas contrahens atque condensans, a continuo auellit. Quae dum patiuntur, multa fieri spatia inania necesse est: non tantum quia tenues exprimantur humiditates, uerum etiam quia substantia mollis in arctum contrahatur. Atqui spatium inane in sibi continuo corporibus, seruata etiamnum continuitate, fieri non potest. Ergo si fieri id constet, clarum est illam deperdi, ac corpus continuum distrahi, ex quo molesta mordaxque sensus exoritur affectio. Tamen si non eadem utriusque qualitas est, tum ijs quae frigore mordicant, tum ijs quae calore: sed in illis protinus & contractionis condensationisque sensus percipitur, in his dissolutionis & fusionis. Quin nec par est utriusque affectus celeritas, uerum in refrigerantibus quodammodo tardior & cunctantior est mordacitas, at in excalfacientibus celerrime penetrat. Quando igitur abunde definitum est tum ipsa rerum natura, tum etiam qui in nobis sit sensus, clareque expositum est, quo pacto calidum, quocumque frigidum mordax appareat, colligere quemque apud sese oportet uel antequam a nobis id audiatur, mordicantium medicaminum alia calida facultate, alia frigida, necessario esse: a nobis autem distinctiones eorum exacte addiscere licebit, ubi prius commonefecerimus, poculum & balneum quum temperata sunt, calida a nobis dici nonnunquam appellationis abusu: quandoquidem eucrata siue temperata dici debebant, ac symmetra potius quam calida. Ergo quae sic calida sunt, grata amicaque sunt: funditur enim quod in corporibus nostris constiterat, atque concretum fuerat: quo maxime affectu uoluptas animantibus constat. At si moram etiam trahant, sensum quoque & ipsa molesta euadunt. Ad tantam enim fusionis immoderationem sic recidunt, ut substantiam nostram etiam digerant, dissoluant, atque dispergant. Verum nec sic quidem mordicatione in festant, sed animi afferunt deliquium, uiresque deiciunt, ut mors quoque tandem sequatur. At quae his magis sunt calida, secant, distrahunt, diuiduntque substantiam: quare necessario mordacia uidentur, uelut aqua feruens, ac ipse ignis.

Eundem in modum frigida quae [contrahunt] nondum tamen contactu corporis continuitatem diuellunt, frigida duntaxat sunt, haud etiam mordacia. At quae supra quam quod contrahunt, etiam conuellunt (ea utique omnia uiolenta condensatione utuntur) mordacia apparent. Igitur subiectam materiam contrahere & condensare, frigidi semper proprium est: fundere autem atque liquare, calidi: utriusque uero immoderatus aucti, communis est mordicatio. Etenim quae summe frigida calidaque fuerint, praeter omnes alias, quas modo memorabam, raras mollesque partes, cutem etiam nostram inuadunt. Memini me quandoque per niuem iter fecisse tam altam & copiosam, ut nulla terrae pars nuda conspiceretur. Aer exactissime purus erat, spirabatque a terra uentus adeo frigidus, ut non oculos modo & nares, & totam adeo faciem mordicaret, uerum etiam si quis forte manum protulisset, similiter illam afficeret. At quae a summa frigiditate, aut caliditate absunt, cutem non mordicant. Frigida quidem, quoniam am continuitatem eius ob duritiem distrahere nequeant, nec in profundum subire praesuperficiem densitate ualeant. Calida autem, tum quod non erodant, sed duntaxat fundant, tum quod interdum meatus prompte penetrent. Plurimum autem ad id genus passionum facit essentiae medicamentorum uel tenuitas, uel crassitudo. Siquidem frigida quae tenuium partium sunt, quum magis in profundum transeant, uehementius etiam proinde mordicant. Calida uero quae crassarum sunt partium, quoniam plus ulcerant, uiolentius idcirco etiam affligunt. Tenuiorum itaque partium aer est, crassiorum terra, medium eorum tenet aqua. Sed aer accensus fit flamma, terra autem pruna: at aqua uehementem sane caliditatem accipit, sed nec flamma, nec pruna propter in tantam humiditatem efficitur. Siquidem flamma & pruna, ignis sunt genera. Ignis autem omnis calidus est & siccus. At aqua siccata ut sit, fieri nequit: proindeque ipsius ignis exacte qualitatem sicut aer & terra non accipit. Nullum est itaque aequum calidum pharmacum, ut aut flamma, aut pruna, aut feruens aqua: imo ut sit uel calidissimum, omnino tamen plurimum ab illis uincitur. Procedit autem ad uisionem usque medicamentorum

rum caliditas, ubi uidelicet in crassa consistit essentia. Quæ uero subtilium partium sunt calida, nonnunquam omnino non mordicant, sed calfaciunt duntaxat. Est autem ubi & mordicent, non tamen urant.

Quæ uocemus tenuium partium, & quæ crassarum.

Cap. II.

Sed quid tenuium partium, quid uero crassarum esse intelligamus, commemorare oportet. Nempe quæ celeriter in tenuia soluantur, tenuium appellantur partium. At quæ id perpeti nequeunt, crassarum. Quod ergo ea soluantur, calor qui est in animantis corpore, cui unumquodque applicari contingit, in causa est. Quod autem in tenues crassas uero partes committuntur, id à sua ipsorum natura obtinent. Quocirca refrigerantium medicaminum ea quæ crassarum sunt partium, mordicare nequeunt, utpote quæ extimam cutis superficiem penetrare non ualeant. At quæ tenuium sunt partium, & per facile penetrare possunt, & in profundum subeuntia molles animantis partes mordicant. Mordicant etiam magis quæ quàm tenuium sunt partium, in super inæquabilè obtinet temperiem. Sed supra demonstratum est, inæquabilia esse propemodum omnia. Quippe aut impossibile est, aut perdifficile, ullam inuenire substantiam quæ ad amullum similitudinem sit partium. Vinum nanque diximus unum quidem habere in se recrementum crassarum partium: unde, dum temporis spatio seceratur, ferturque deorsum, sex consistit: aliud uero quod florem nuncupant, quod dum uinum feruet supernat, sed postea ad feces subsidit: tertium, aquicum, quod toti uino permixtum est: hoc primario potissimumque feruet: quartum præter hæc est ipsum reuera uinum. Ostensum uero etiam est, quod tum in olco, tum in lacte, tum in alijs omnibus succis eadem sit recrementorum natura, multoque magis in totis plantis, metallicisque omnibus. Quæ memoria tenentes nunc tempestiuum est de medicamentis omnibus considerare. Ac primum omnium cauendum est, ne nobis quoque quod plerisque omnibus qui talia scrutantur, accidat. Nam quasi omnia similitudinem forent partium, ita differunt, nec concedunt neque uinum, neque oleum, neque reliquorum ullum ex diuersis facultate partibus consistere: imò multo magis mirantur, si de aceto audeamus dicere, ipsum ingenitum uini caliditatem perdidisse, cæterum ex putredine aliam adeptum: cuius sanè sententiæ est tum Aristoteles, tum Theophrastus. Nam uinosæ uini partes, dum ipsum in acetum transit, refrigerantur: at aquicum recrementum putrefcens adscititiâ qualitatem obtinet, uelut cætera omnia quæ putrescunt: sitque acetum quiddam ex contrariâ facultatis partibus compositum, partim refrigerantibus, partim calidis, sicuti ustorum lignorum omnes cineres. Etenim in illis aliquid uelut fomes quidam igneus per partes dispersum est, quod & ualde calidum est: reliquum omne tum terreum est, tum frigidum. Idcirco quum cinis aqua maceratur, ac per rariuacula quædam corpora modice colatur, sit ut calidæ acresque partes unâ ferantur: reliquum quod est, frigidum est, nempe quod igneas suas particulas in aquam deposuerit. Vocant eam aquam homines græce *λοβία*, latinè lixiuium: idque proportionem quadam aquam marinam & muriam, dispositionis, generationis & facultatis ergo respondet: illa enim ex aqua saleque constant: at aqua quæ cinerem abluuit, tum ex ipsa, tum ex partibus quas secum rapuit, composita, hoc pacto effecit nominatam *λοβία*, id est lixiuium: quod nisi antea scias ex aqua ac fuliginosis cineris partibus effectum, forsitan simplex & incompositum esse corpus existimes. Eiusmodi quiddam in aceto nobis euenit. Nam quum nequeamus sensu cernere ipsius generationem, rationi diffidimus. Cæterum si nihil aliud, saltem considerantes omphacis cum eo differentiam, æquum esse credere sciemus, quod non acidus modò, sed & acris quidam alius ei permixtus sit sapor: quamobrem perfectè omphacis succus refrigerat. Hinc est quod summè ardoribus profit, siue ori uentris impostum, siue totis hypochondrijs, siue cuiuslibet alij quod refrigerare libeat. Secus uero habet acetum: nec enim ad unguem unum est, neque tantum acidum, sed & acre. Itaque quod

A quod tantum est acidum, quicquid id fuerit, planè frigidum est, siue pirum, siue malum, siue rhus, siue rubi, siue ipsius mori, siue rhoas fructus, hoc est mala punica, siue quicuis alius tum fructus, tum succus, tum planta, ut oxylapathum, & oxalis, quam eandem oxyda quoque nominant. Quippe si gustanti uehemens atque manifeste illi inesse aciditas appareat, nec quicquam præ se ferat acrimoniæ, omnino hunc succum refrigerantem reperies: quin confidenter utitor, siue ad ardores uti consilium est, hypochondrijs imposito, siue ad erysipelas, siue ad alium affectum calidum. Similiter quoque frigidus affectus ab eo omnes palam lædi comperies. Porro ubi mixta tibi qualitas appareat cum acrimonia, coniciendum est caliditatem quoque inesse. Sin iuncta sit adstrictio, aliud est frigiditatis genus: nam acida frigiditas tenuium est partium, at adstringens crassarum.

Quomodo exerceri oporteat in agnoscenda cuiusque saporis facultate. Cap. III.

Sed horum paulò post probationes afferemus in medium. At quod prius consiliu dari oportet his qui talia absque sophisticâ arrogantia, imò unius ueritatis gratia scrutantur, id nunc tempestiuum est expromere: nempe quod non sola ratione exerceri per eas methodos logicas, ad quas nunquam hortari desino, quasque in demonstrationum commentarijs tradidi, sed etiam gustandi exercere sensum in saporibus oporteat, principioque in his exquirendis sollicitos esse, quæ unam quampiam habeant qualitatem manifestissimam: ut si acrimoniâ cogitatione complecti clare uelis, id in allio, cepis, & quæ ipsis similia sunt, efficientes assidue gustando, plurimumque dentibus mandando, tum ita longo usu passionis existentis sensum memoriæ diligenter mandando atque insigendo. Sin adstrictionem, in galla, rho, & similibus. Si uero amaritatem, nitri fellisque gustu. Si autem dulcedinem, gustu sirai & mellis. Ad hæc siue *ἀπαισιον*, hoc est quod qualitatis sit expers, siue qualitate quod ad sensum attineat, medium uoles comprehendere, aquam gustare iubeo, ac diligenter memoriæ commendare, eamque potissimum quæ nullam dictarum præferat qualitatum, neque dulcedinem, neque amaritatem, neque acrimoniâ, neque aciditatem: præter hæc quæ neque supra modum sit aut calida, aut frigida. Nam hinc exorsus promptius & ad aliorum obscurorum omnium saporum agnitionem peruenies, & ad eorum quos ego quidem dulces, alij uero aqueos appellitant, qualis utique est calamorum uiridium, & graminis (agrosten Græci uocant) ad hæc tritici, hordei, zææ, aliorumque multorum quæ Theophrastus recenset, inquirens an plures sint ponenda dulcium saporum species, an uero in maioris tantum ac minoris inter se differre ratione existimandi sint. Sed de his alibi definiam.

Quod pharmacorum emplastica uocata, quum media sint in caliditate ac frigiditate, terrestria quoque esse, ac sine mordicatione siccare oporteat. Cap. IIII.

Rursum si qualem præbet sensum aqua planè omnis qualitatis uacua, talem in re sicca inuenias, ea nimirum extra omnem est insignem tum caliditatem, tum frigiditatem, mediam quoad fieri queat constitutionem obtinens, aut certe paulum ad frigidius declinans. At si talis quum sit in caloris frigorisque differentia, in super consistentiam nacta sit ficcam, terrefris sit, ac citra morsum desiccet, necesse est. Appellitant eius generis medicamenta omnia medici emplastica: uelut plerique quæ exactè lota sunt, Amylum, Pompholyx, Cerussa, Calx, Cadmeia, Terra Cretensis, Cimolia, Chondrus, Samius aster, & fullonum terra, ex emplasticis sunt pharmacis. Sunt uero ex eis nonnulla non terrena solum, sed aquea natura. Quinetiam quædam non parum in se aeris continent, omnia quidem glutinosa, ac proinde emplastica.

Quod duplex est emplasticorum medicaminum natura. Nam partim terrena sunt atque exacte sicca: partim plane viscosa ac lenta, sed mista aqua terraque, atque ut plurimum etiam aere: communiter uero omnia mordicatione uacant. Cap. V.

Duplex siquidem est emplasticorum natura, altera exacte terrea & sicca, altera viscosa quidem omnino, sed ex aqua & terra, & plerumque etiam aere mista, sicut oleum dulce. Positum autem retro est, quid dulce uocitem. Ergo hoc ex aërofa terrea, aqueaque essentia temperatum est. At uero albumen ex ipsdem quodammodo, sed magis tamen terrenum oleo est. Quin & quod lactis est caseosum, emplasticum quoque est, & suillus adeps. Nam tauri sane & hirci pinguedo acrimonia & multam, & igneam possidet: bouis ite ouisque adeps acris est. Nam talium animantium pingue ob crassitiam adeps appellatur. Sunt enim non calidiores tantum, sed & magis terrenae subus. Porro anseris & gallinacei calidior est pinguedo & sicior quam suum: quin & subuliorum partium, & minimum terrenum habet aëris. Sed de his alibi tractabitur. Quaecumque ergo pinguedines nondum ullam naturae sunt acrimonia, emplasticam & illinendi poros facultatem obtinent, eamque tanto efficacior, quanto siciores, magisque terrenae fuerint. Huiusmodi est cera clota: deponit siquidem & ipsa quam habebat a melle acrimonia. Satis uero constat, hanc a me non dicta esse de cera quae natura sua amara est, qualis est pontica. Ex absinthio namque ea amaritudinem obtinet: ac si uel sexagesies eam laueris, prorsum tamen omnem amaritatem haud elueris. Fugienda uero etiam illa cera est, quae ex acris & thimoso melle conficitur, quam plane ab omni mordacitate alienum preparare uoles medicamentum. Quo circa ad lauandum idonea est, quae ex melle facta est tum aquosiore, tum minime mordaci.

Quod adstringentia medicamenta acidaque, licet utraque qualitate sint frigida, inde tamen diuersa sunt, & adstringentia terrena sint crassaque, essentia, acida uero tenuis. Cap. VI.

Duae emplastica quidem medicamenta eiusmodi sunt: sed ad acida adstringentiaque reuertor. Adstringentia certe terrena sunt & crassa corporis consistentia, qualitate uero frigida. Acida autem tenuitate pollent corporis, sed perinde ut adstringentia refrigerant. Vtriusque gemina probatio est, nempe ex sensu, quae ab inductione est: & ex ratione, quae ex substantia eorum colligitur. Dictum est autem, probationem priorem uulgo quidem esse apertior, caeterum ad scientificam demonstrationem minus habere unum. Arborum fructus quotquot nobis ubi maturuerint dulces apparent, nuper enati, acerbis sicque sunt consistentia, pro sui nimirum parentis quisque natura (cui quodam ait loco Theophrastus) oliuae, uuae, mala, mala punica, mora, palmulae, pira: at progressu temporis humidiore redduntur, acquiruntque ad acerbiter aciditatem, quam sensim exuentes postea dum matur escunt ac perficiuntur, dulces euadunt. Sunt qui non in arboribus, sed postea quum decerpti conditi aliquandiu fuerint, dulcedinem accipiunt. Alij sunt qui non interueniente aciditate, sed palam ab acerbiter in dulcedinem transeunt, sicut oliuae. Quin quod calido maturescunt coquunturque omnes, clarum est: tum quod id ipsum duplex sit: alterum proprium, & cuiusque ingentum: alterum externum, a sole uidelicet, sed tamen naturae ipsorum conueniens ac familiare: si quidem meminimus quae nobis perpetuo proposita sunt elementa, & ipsum utique clare cognorimus. Porro si quum initio acerbis essent, tempore maturescentes dulcescunt, sequitur ex calore ipsis prouenire dulcedinem, acerbiter uero aciditatem constituisse ex frigore. Quoniam autem principio lignosi quum sint (ut & Theophrastus dixit) sicci quoque sunt, simulque acerbis, uerum affluentis postea humoris copia acidus efficiat, palam est saporem acerbum magis esse terrenum, acidum autem magis humidum. Itaque & Plato recte definiit dicens. Quaecumque partes eiusmodi in succis deferuntur terrestres, eae liquefactae contrahunt atque exiccant linguam sensibiles

biles partes: ac si exasperant, acerbae: sin minus id faciant, austerae apparent. Recte autem & nos praeter haec dicemus frigidum esse temperie saporem eiusmodi. Nam si terrenus fuisset duntaxat, emplasticus, non acerbus foret. Iamque oratio quodammodo ad essentiam ipsam transgressa saporum, demonstrationem attingit scientificam. Quippe si ab acerbis sapore manifeste linguam contrahi, sicari, asperarique contingit, ostensumque superioribus libris est, ab unico frigido contrahi, constringi, densarique corpora, liquet plane frigidum esse saporem acerbum. Quoniam porro inaequaliter desiccatur (id est enim quod exasperatur) fuerit sane omnino etiam terrenus. Siquidem aqueus omnia aequaliter penetrat atque peruat, eius inseparabile est ac perpetuum, etiam si diuulsa sit, ut rursus uniat: at terreno corpori quod in saporibus defertur, iam antea inest diuulsio, simulque ut nunquam deinceps facile coeat. Quin si eius recordes quod utriusque singularem passionis est proprium, ipsdem ipsum subscribet ac testificabitur. Velox siquidem acidorum saporum transitus in sentientibus partibus fieri conspicitur, acerborum autem tardus. Tum acida quidem in alto magis agere apparent, in superficie autem acerbis. Haec itaque omnia crassarum esse partium acerbis indicant, acida uero tenuium. Multum inter se haec conueniunt, tum ea quae a rerum dicta sunt essentia, tum ea quae per inductionem eorum quae sensu sunt inuenta. Porro nihil deterius fuerit, mentionem rursus de nominum usu facientes, haec quoque adijcere, nempe quod utraque adstringere dicantur, tum quae acerbis sunt, tum quae austeris: sed in maioris minorisque ratione differant. Tum quod multa insunt medicamentis qualitates, non diuersae tantum, sed & pugnae, atque interim etiam subcontrariae. Id quod retro satis ostensum est: caeterum ab eo nunc rursus ordini ne cesse est. Nam si gustanti tibi idem acerbum & mordax appareat, id missum facias medicamentum iubeo: atque illud queras, quod absque mordacitate adstringat. Ac si neque acidum appareat, neque dulce, neque amarum, sed quam fieri maxime possit unam possideat qualitatem a mixture alienam, nempe adstrictionem, ita denique experientia examinabis: quomodo sapenmero faciendum ante proposui. Sin adstringit simul ac mordicat, aut aliam quamuis qualitatem seu facultatem adstrictioni iunctam habeat, frustra est ac superuacaneum, ubi adstrictionis actionem explorare consilium est, ad experimentum tale ducere pharmacum. Incertum est enim, num ob adstrictionem, an ob aliam quampiam admixturam illi qualitatum, an ob utrasque sic in corpore illi applicato egerit. Etenim chalcitis, misy, chalcanthos, sori, aris squama, quum simul adstringant & mordicent, secundum utrasque qualitates in quouis admotorum corporum actionem exerunt: nec tamen docere nos aperte queunt, an ab adstrictione urendi uim habeant, an ab acrimonia. Mittere itaque illa praestiterit, & multa deinceps alia gustare, synceram seorsum adstrictionem intuentem, ac quoad fieri possit per sese existentem: ac ubi tandem talem quampiam repereris, ita denique medicamentum iudicare ijs methodis quas supra a me frequenter audiisti: utpote si gustanti tibi balaustrum, aut galla, aut citinus, aut hypocystris, aut solanum, aut glaucium, aut acacia, aut succus rhu, aut id genus aliud exacte quidem esse appareat acerbum, nec ullam manifestam habens aliam qualitatem: in hoc iam expendere ac diligenter explorare adstrictionis actionem oportet. Porro exploratio ipsa fieri (ut saepe diximus) debet tum in optima corporum constitutione ad unguem sanorum, tum in simplicibus affectibus, seu calidis, seu frigidis, seu humidis, seu siccis. Nam si corpus sanum manifeste refrigerare cernatur, & calidis prosit affectibus, & euidentem quoque laboranti ipsi frigidam afferat qualitatem, audendum erit de adstrictione, quod refrigeret, pronunciare. Sin contra appareat, sanaque ab eo corpora incalescant, & calidi affectus exasperentur, frigidum est. Eodem modo de acerbis sumendum experimentum, in cepis, allio, pipere, pyrethro, zingibere, struthio, helenio, calce. Etenim quemadmodum qui solam succum piperi miscuit, neutrum satis explorare potest: sic nec quae a natura sunt

C mista. Eundem in modum contemplandum de acida qualitate, de amara, de dulci canseo, uehementes nimirum, & quæ quantū licet solæ sint in explorationem legendō, & experientia uires eorū scrutando. Quippe quiduis te, quod modò sit aut acerbum, aut austerum, aut amarum, in experimentū ducere, tanquam in eo acerbū, austeritatis, uel amaritatis facturum periculū, planè absurdū arbitror. Nam si unam duntaxat qualitatē possideat, idē erit medicamenti ipsius & qualitatis experimentū: si multas, ex omnibus nimirum mistam medicaminū actionem edet: ex quo unius adhuc eius quæ in iudicium ueniebat actio obscura & incerta permanet. Itaq; si, ut propositum est, iudicare oporteat, non rectē senserunt qui nihil prorsum pronūciari posse de saporum facultatibus existimarūt, quicq; aliter iudicium incundū censent. Siquidē & de ipsis aliquid asseri potest, nec iudiciū aliter quā nūc est propositū iniri conuenit. Sanè si id modò dixissent, planè opus non esse saporum consideratione, quū uires medicamentorū expendimus (nam absq; his medicaminum uires experientia inuenire licet) laude illos potius, quā uituperatione dignos putarem. Verum ubi tanquam de re necessaria quidem illa sed incomprehensibili differunt, bis reprehendendos iudico, tum quod rem non necessariā habeant pro necessaria, tum quod consequi eam posse desperant. Nam facultatis medicamenti cuiusuis iudiciū, abunde citra saporum dignotionem sola reperitur experientia, eum in modū habitā quem sexcenties iam antea posui. Atq; ego sanè nūc, nō quasi aliter inueniri quod inuestigatur non posset, ad sermonē de saporibus descendī, sed partim propter eam quæ ad principia est sequelam, ut uidelicet ostenderem, omnia ad elementorum rationes consequi, nec quicquam usquam inueniri pugnant: partim uero etiā ut illos coarguerem, qui adstringentia omnia exalfacere contendūt. Quinimo fuerit etiā nonnullus eius ad præsens negocium usus, sed hæc postea monstrare conabor. At nūc ad rem propositā reuertor, moneoq; & hortor qui ueritatis sunt amatores, ut ipsimet adstringentia omnia degustent, uti nos fecimus: ac ubi inuenierint aliquo in corpore perfectam adstrictionem, quoad liceat ab aliarum qualitatum mistione alienam, tum deniq; experientia expendere tentent frigidum sit an calidum, humidum an siccū corpus eiusmodi. Sed hoc quisquis sapiet, seorsum ipse faciet. Ego uero ut aliquid de mea afferam pronūciemq; experientia sortassis necessarium fuerit, atq; in hoc quōdam libro in genere, membratim autem in cōmentarijs sequentibus. Fuerit autem generalis de omnibus sermo eiusmodi. Corpus omne adstringēs, ab alijs, quod sensu animaduerti posset, qualitibus syncerum, perpetuò comperi experientia frigidum: quinetiā nonnulla ex ijs quæ qualitibus mista erant, nempe quæ modicè dulcia, aut amara, aut acra, aperte quoq; refrigerantia reperi, scilicet quum in eis adstringendū refrigerandūq; facultas ita uincerent, ut alias obscurarent. Eadem ratione acida uniuersa, tum ea quæ simpliciter acida essent, sicut oxalida, & oxylapathū, tum mistis quoq; alijs qualitibus quædam siue dulcibus, siue acris, siue amaris, nihilo secius refrigerantia expertus sum, qualia sunt māla punica, māla, pruna, uua, mora, ficus, cerasia, ipsumq; adeo acetum: sed huic, ut supra positum est, permista est quædam acrimonia: fructibus autē ijs quos ὀπώρας Græci uocāt, dulcedines quædam & acerbitates: quibusdam uero etiā amaritates quædam obscuræ ac leues. Tum item quæ adstringunt pariter, atq; acida sunt, ea omnia quoq; manifestò refrigerare experientia cognoui. Sola uero dulcia omnia pro dulcedinis modo protinus etiā calorem continent. Quocirca eorum quæ admodum dulcia sunt, nullum omnino est frigidum. Fuerint tamen quædam modicè dulcia, itidem frigida, scilicet quando plurima corporis ipsius substantia aquea extiterit, sed non adeo tamen frigida, ut id quod ualde acerbum est, aut acidum, sed sicut alicubi retro diximus de illis quæ tepidum calorem possident. Porro amara omnia calida sunt, ut bilis, nitrum, uina ualde uetusta, ac numerosa seminum copia. Nam & semen rutæ, potissimum syluestris, & tordyli & spondyli melanthijq; & lupini, magisq; agrestes, orobi, et inter hos potius

A potius agrestes, quicq; à secure pelecinus nuncupatus est, reperitur autem in tritico, amygdalæ quædam, quæ ob id ipsum amara uocantur, & cucumerum quædam semina, & semen māli medici, & ad hæc infinita alia amara apparent gustantibus.

Quod per acerbi saporis exolutionē nascatur & austerus sapor, & acidus, & dulcis ac pinguis. Soluitur autem acerbus sapor, quū frigidus sit & terrenus, aut exalfactione, aut humefactione, aut simul utraq;.

Cap. VII.



Ed infra copiosius de amaris agemus. Nūc rursus resumpto de adstringentibus atq; acidis sermone, conuenientē ei finem imponamus. Ergo austerum quod sit acerbum exolutum, sensum ad memoriam reuocare oportet. At quæ sit eius generatio, nūc dicam. Quandoquidē corpus acerbum terreum est ac frigidum, tripliciter necessariò exoluitur, aut incallescens, aut humefcēs, aut utrunq; simul perperiens. Itaq; si calefcatur duntaxat, nec sit aut humidius, aut mollius, sed durum, solam acquirat dulcedinē, uelut robusteæ glandes, ac potissimum quæ uocantur castanæ. Sin tantum humefcat, si quidem ca crassarum sit partium, & aquea humiditas, austerum euadet: cuiusq; enim saporis uires aquea retundit ac hebetat humiditas. Si uero acra, acefcet. Ostensum nanq; est, frigidum subtile acidam efficere qualitatem. At si pariter & humefcat & calefcatur, humiditate quidem aquea in dulcedinem, acra uero transibit in pinguedinem. Perspicuum ergo hinc iam euasit, quo pacto fructus principio acerbi quum sint, processu temporis quidam planè dulcescant, quidam acefcant, nonnulli fiant austeri, aliqui etiā acerbi permaneant, tum quidam etiā pingues reddantur. Et sanè secundum propositarum qualitatum misturas uariā sortiuntur mutationem. Acerbus ad extremum perseuerat fructus ilicis, arbuti, fagi, corni: siquidē frigidus siccusq;, qualis erat ab initio, permanet, tantummodo mole increscens, nulla præterea magna accedente alteratione. Nam & arbores ipsæ tum densissimæ sunt, tum siccissimæ, ac frigidissimæ. Acerbus simul & dulcis myrti fructus est, & piri agrestis, ac roboris. Magis tamen dulcis quā acerbus fructus castanæ quem nominant. Tantum acerbus uitis amineæ tum fructus, tum uinū, ac quotquot his similia sunt. Austerus unaq; dulcis fructus palmæ, & inter uina surrentinū, sabinum, albates, ut uocant, & quæ eius sunt generis. Solummodo dulce theræum, & scybeliticum, & syraum, & alia quæcumq; cum istis cōueniunt. Pinguis exactē tum fructus, tum succus oleæ, tum etiā alij omnes ex quibus oleum conficitur, sicut rhicini, raphanidis, & ipsa selama, nūcesq;, & amygdala. Nam id genus omnia uetustate prorsum efficiuntur pinguis, quippe in quibus aquea quidem excrementa q; humiditas digeritur, propria uero à calore natiuo elaboratur atq; exactē concoquitur.

Quod amara ab immodico nascantur calore, & immodice sint calida: dulcia uero omnia calida sint miti caliditate, quæq; non supra modum nostram exuperet caliditatem. Cap. VIII.



Quicunque ergo fructus oleosi sunt solummodo, edendo ij sunt & dulces: quibus uero alterascentibus amaror aduenit, ij edi non possunt. Quippe amarum omne edi nequit: taleq; efficitur à caloris excessu, sicuti postea docebimus. Verū dulce omne calidum est, nec immodice calorem nostrū exuperat: imò sicut aqua calida, cuius contactus uoluptati est, maxime ubi frixerimus, hætenus uidelicet nos exalfaciens, dum concretas frigore in nobis particulas fundat, non tamen soluat aut fecet distrahat ue cōtinuum, ea, in quā, ut summa afficit uoluptate, ac utilissima est, sic omne edulū dulce, calidū sanè omnino est, sed non tantū calore excedit, ut is lædat, ac molestus sit, sed inter limites se continet fundentis, leuigantis, ac mollientis. Rursus mihi hic memoria rebus & agunt & patiunt, quædam uero etiā totis substantijs suis: quorū in numero & medicamenta nō pauca posui, & nutrimenta uniuersa. Horū duplex esse genus appa-

Cret, prout significauit & Theophrastus. Nam quædã sunt pingua, uelut pinguedo: quædam dulcia magis minusue, uelut fructus omnes quibus uescimur, & carnes, tum herbæ item multæ, ac radices, floresq; & germina. Nam tamen sunt inter ea quædam acerba, sicut pira syluestria & corna, omnino tamen dulcedine participat, nisi summe sint acerba, uelut galla, thus: uerũ ob hæc iam pro medicamentis ijs magis quam pro cibis utimur. Apparent enim quæ citta laborant mulieres, quicq; impleti sunt, & quibus exolutus est stomachus, ea appetere degustare: alioqui si eluriant, contra respicere potius tum acerba, tum acida: expetunt autem ac sumunt quæ dulcia sunt & pingua, hisq; expleri desiderant.

Quod pingua, atque adeo quæcunq; nutriunt, ex dulciũ sunt genere. Cap. IX.



Anẽ uero fortassis & pingue ipsum dulce est, & quicquid nutrit, ex genere est dulcium. Euenit autem id illis non abs re, sed secundum ipsam quantum fieri potest nutrimenti substantiã: quippe nutritio est euacuati repletio. Atqui quod euacuati est, familiare erat: quomobrem & quod nutrit, familiare sit necesse est. Porro si familiare & iucundũ amicũq; fuerit, protinus etiã ut ad id quod nutritur, modicẽ calidum. Sed in hoc non parua est maioris minorisq; ratio: quando nimirum nec ad cibos accedimus planẽ secundum naturam affectũ. Solum enim corpus eorum qui cibum desiderant, inanitiũ sit oportet, si exacti futuri sint familiaris ipsorum qualitatis cognitores. Nam si præter id calidiores quam conueniat aut frigidiores euaserint, seu toto corpore, seu pertinentibus ad linguam ac uentrem locis, non solum quæ nutriant, uerum etiã quæ refrigerent aut exalfaciant postulabunt. Proinde sanẽ cibi quocq; illis aliã aliq; uidentur iucundiores. Nam quum duplex sit genere iucundum: alterum quod impleat id quod euacuatum est, cuiusmodi est nutrimentum: alterum quod medeatur ei quod alteratum est, id quod iam medicamentum est: euenit utiq; cibis, ubi non modò uacuatis exhibentur corporibus, sed etiã qualitate aliqua mutatis, ut duobus nominibus delectent, ut cibi scilicet, & ut medicina. Sed ut medicamenta quidem, refrigerando quædã, & exalfacendo, & exiccando, & humectando ex ratione iuuabunt & proderunt: Ut nutrimenta uero, sola ea quæ cognata sunt, & familiaria totis nutriendorum substantijs. Protinus uero istis adest, ut conuenienter scilicet sint, ad ea quæ nutriuntur, calida. Quomobrem nec eduliorum, nec medicamentorũ una est animantibus omnibus species. Siquidẽ pro sua unaquæq; familiari substantia simul & affectione tum delectantur, tum iuuantur ab utrisq;. Sed si hæc sic habent, id quod in cibis minus erit dulce, minus quoq; erit calidum: quod dulcius, tanto nimirum erit calidius, quanto uidelicet dulcius. Sin ad immodicum recidat calorem, nec eiusmodi dulce erit, sed iam amarum apparebit, uelut mel uetustum atq; decoctum, itidemq; aliorum dulcium unum quodq;.

Quod amara dulciãq; partim adscititio calore fiant, partim proprio & ingenito. Cap. X.



Tenim ut a moderato calore bifariam cuiq; corpori dulcedo prouenit: partim enim sunt proprio & insito calore dulcia, partim uero adscititio: ad eundem modum amara. Alia enim sunt quæ suapte natura exalfaciantur, uelut per eas quæ temporis spatio eueniunt mutationes: alijs autẽ id accidit ab acquisitio calore accensis. At de amaris post dicetur. Cæterũ dulcia calore proximẽ accedunt ad ea quibus apparent dulcia: fiunt autem talia (ut ante dictum est) bifariam. Quædam proprio calore, ut mel: quædam adscititio, ut sunt omnia quæ ab igne præparantur, ac proinde dum calida sunt, suauiora ijs quibus nutritione est opus apparent. Porro mustũ non suo modo, sed & acquisitio calore dulce esse uidetur. Multum etiã ceu ardoris (Græci *επιρροή* uocant) ut Aristoteles & Theophrastus censuere, ex solari calore tum acinis, tum alijs inest fructibus, a quo id quod illis aqueum, ac uelut etiãnum semicoctum reliquũ est, ad concoctionem ducitur.

Aducitur conficiturq; ac transmutanti simile redditur. Nam ex quibuscunq; pomis si succum exprimas, eum protinus non secus atque mustum feruere deprehendes: tanto tamen feruoris discrimine, quanta erit unius fructus ab alio in calore diuersitas. Sed ubi iam quod aquosum ac semicoctum erat, transmutatum fuerit, atque confectũ, & is qui feruore concitabat calor euauerit, iam tum deniq; quæ propriæ sunt succorum proprietates sincera cõspiciuntur. Itaq; tunc quæ propria uinorum natura sit agnoscimus. Quam in re animum diligenter aduerte, ut austera sensim austeritate deponant. Semper enim quæ inueterantur, acridinem quandam & dulcedinẽ adsciscunt: quæ uero prius inerat illis adstrictio, eam tempore abijciunt. Est autem in quibusdam, postquam efferbuerint, dulcedo quædam sincera, suauis & propria ipsius succi naturæ: non qualis antẽ erat, mista scilicet ex proprio, atque eo qui circa semicoctum aquosumq; excrementum erat feruore. Igitur si confectum est, uina omnia uetustate fieri calidiora, austera uero primũ quidem tempore dulcedinẽ quamdam atq; acrimoniã deposita adstrictione acquirere: ac deinde in crescente acrimonia sensim dulcedinem deponere, ac subinde rursus maiori tempore acridia admodum euadere, assidueque amarescere, ac deniq; ubi crassescere incipiunt, penitus fieri amara, sanẽ constat dulce austero esse calidius, ac dulci amarum. Atqui si uerum est, dulcedinẽ a moderatione prouenire caloris, patet adstrictiõẽ a frigido uincẽte perfici.

Quod & acidi succi ex frigore proueniant. Cap. XI.



Porro quod & aciditas frigoris ui eueniat, & antea ostendimus. Verũtamen, quando quidem in presenti disputatione de naturali uinorum quæ temporis spatio fiat alteratione docuimus, nõnihil quoq; & de nõ naturali dicamus. Itaq; ut uinũ acerbũ, tempore dulcius primũ, mox acrius amariorq; efficitur, deniq; planẽ etiã amarũ redditur: ad eundem modum quod uelut rigorem perpessum est, acidius protinus redditur: ac si prorsum refrigeretur, penitus acescit. Itemq; quod in fructuum collectione, uindemiãq; per assiduam pluuiam humido madore impletum fuerit, quodq; alio quouis modo humiditatem accepit, leui occasione ea omnia promptẽ acescunt: contra euenit ijs quæ igni admoventur. Nam & protinus statim, & temporis progressu postea semper dulciora euadunt. Quod si multo etiam tempore durauerint, & ipsa nihilo minus quam cætera amarescunt, uideturq; id sibi quodammodo secundum naturalem contentum esse rationẽ. Nam si omphax acida est, uua uero dulcis, ac fructibus omnibus maturatio a solari prouenit calore, planum est, imperfectius & frigidius esse quod acidum, perfectius uero & calidius quod dulce fuerit. Quum ergo uinum perfractione rursus acescat, manifestum est, in eum illud humorẽ conuerti, ex quo prouenerat. Diuersis tamen hætenus uiribus omphacis acetiũ succus constant, quod aceto accedat ex putrido calore acrimonia quædã. Proinde Aristoteles rectẽ dixit acetũ proprio quidem uini calore esse frigidum, adscititio calidum. At omphacis succus calorem nõ habet, ac proinde neq; acrimoniã. Accedit uero & in substantiæ tenuitate diuersitas. Siquidem omphacis succo acetum tenuius est: cui rei & sensus adstipulatur. Excellit enim quæ ab aceto infligitur frigiditas, eam quæ ab omphacis succo, uehementia & mistione: imbecillior enim est quæ ab omphace fit refrigeratio: quum etiam aliena in se caliditatis ne minimum quidem contineat. At quæ ab aceto proficiscitur, tanto est ualidior, quanto & tenuior: inest uero illi & acrimonia quædam exalfaciens: quæ tamen satis non sit ad superandam ab aciditate prouenientem frigiditatem: uerum quæ transitus modo celeritatẽ promoueat. Nam quanto calidum frigidum facilius penetrat, tanto acris succus aptior est, qui sensibilibus corporũ meatibus transeat, quam acidus. Itaq; ille uelut præcedens uiam sternit: hic uero haud ita tardẽ insequitur: quo tempore sensus perficitur mistus, & qui agre exponi queat, utpote qui nec plane frigidum esse acetum denunciet: quippe quum in eo ignea quæ

C dam percipiatur acrimonia: nec plane calidum. Nam perpetuo quæ ex præcedente fit acrimonia calfactionem frigus ab insequente aciditate occupans, obscurat, protinusque extinguit: quo fit ut maior multo ex frigore percipiatur sensus, quam ex calore. Porro si plurimo mellis aceti paulum admisceas, statim & calorem & frigus manifeste percipies. Nam si paulum mellis aceto permisceas, magis frigidum quod fuerit mistum, quam calidum uidebitur. Sin multo mellis pauillum misceas aceti, plus calfacere quam refrigerare conspicietur: & si pari mole utraq; miscueris, acetum tamen etiam uiribus superare comperies. Quod si, ut est dictum, plus sit multo mellis quam aceti, æqualia rursum frigus ac calorem in ea mistura conspicias. Multis enim numeris acetum plus ab ijs quæ moderate sunt calida, ad frigiditatem recessit, quam mel ad caliditatem. Proinde & supra demonstrauius, fieri non posse ut uehemens coeat cum dulcedine caliditas: uetusque illud uerbum pulchre dictum est: Vera inter sese omnia consentanea esse, ac conuenire. Etenim ad hypochondria ardentia præstantior est succus omphacis quam aceti, quod nec uiolentia, ac ferientem habeat frigiditatem, nec eam mordaci admistam caliditati. Debent enim qui sic laborant, sine uiolentia mitigari, ut est dictum, nec febris ullam adsciscere mordacem aut caliditatem, aut acrimoniam. Atque hæc quidem iam curandi attingunt methodum, quæ multis in locis huic tractationi communis est. Quare ijs denuo relictis ad propositum reuertamur. Itaque omphacis succus non acidus modo est, sed & acerbus. Nam, ut supra propositum est, omnes prope arborum fructus ortus sui principio, testimonio etiam Theophrasti, gustantibus acerbis sunt: dein ubi humore implentur accedit quidem aciditas, decessit uero acerbitas: haud tamen & quod accedit, & quod amittitur, par est in fructibus omnibus, neque si speciem, neque si genus respicias. Etenim inter omphacis alia plus acerbis, alia aciditatis minus obtinent. Sunt & quæ pari portione ambas fortitæ sint: omnes tamen ad refrigerandos ardores non abs re conueniunt: quippe quum non solum quod acidum est frigidum sit, sed & quod acerbum, uelut & ante à nobis dictum est. Recedit sane & hic rursum oratio ad curandi methodum: quare & rursum ad propositum illam reuocemus. Porro propositum, ut reor, ab initio fuerat, de saporibus omnibus differere: ac nunc quidem ferè de omnibus uerba fecimus: interim tamen orationis affinitate & alia attingere coacti. Nec enim de acerbis modo & austero, & acido iam diximus, sed & persæpe de dulci, & amaro, & acris: reliqua tamen, quæ tota oratio perfecta euadat, adiicienda sunt. Atque in adstringentibus haud ita multum etiam reliquum est, quod non ex iam dictis clarum euadat.

Vnde arbitrati sunt quidam à calore acidum provenire saporem? Ex eo quod uina nequaquam fortia, uere æstateque mutantur. Cap. XII.



T in acidis deesse fortassis etiamnum uideatur, quod eximios quosdam medicos fefellit. Nam eo quod uina inualida uere atque æstate alterentur atque acescant, hyeme uero suas seruent qualitates, hinc adeo quibusdam à calore aciditatem nasci uisum est. Quorum auget opinionem & quod uehementius motum est, & quod longius aduectum. Talia enim omnia quum infirma fuerint, celerrime acescunt. Quinetiam quidam qui de re rustica scripsere, dolia in ædibus ad Aquilonem expositis defodienda censent: tanquam frigus scilicet qualitatem eorum seruet, mutet autem caliditas. Sane uero & id sæpenumero ipsa experientia comprobatum constat. Acescunt enim uina quædam promptè, ubi in meridiana & soli expositis locis reposita fuerint. Videorque dictorum hinc iam orsus solutionem. Etenim quod non omnia caliditate acescant, sed quæ initio tantum frigidiora sunt, nec id ueteri alicui accidat, id nobis ad ueritatem uiam inueniet.

Qua de causa

A Qua de causa ab externo calore uinum natura frigidum infirmumque corrumpitur? Quia scilicet res quælibet in propria natura proprio seruetur calore: corrumpitur uero ab extrinseca immoderatione, atque extinguitur. Cap. XIII.



Vippe causam sermo scrutabitur, propter quam uinum natura frigidum atque inualidum ab extrinseco arguatur calore. Quamquam per uerbum, arguatur, iam dictum, omnes prius dictæ ambiguitates dissoluantur: persimile enim quid uinis accidit quæ natura frigidiora aquosioraque sunt, quale flammis exiguis & imbecillis: quippe si eas ad solem feruidum exponas, aut profus obscurari, aut denique etiam extingui conspicias. Sic quoque si ardentem lucernam aut iuxta flammam uehementem magnamque deponas, aut ad solem feruidum exponas, marcescere utique ac dissipari protinus uidebis. Quinetiam si ualidum uentum facias infirmæ paruæque flammæ, citius eam extinxeris quam in auxuris. Natura enim infirma, ualidum neque motum, neque calorem sustinet, uerum ab ijs dissipatur potius quam augetur & crescit. Quamquam ex industria multis in locis uina & commouent & transportant, sicuti sane & in solem efferunt, atque exalfaciunt, ut etiam quædam insuauia fiant, sumi contrahentia qualitatem. Apud nos sane in Asia in tecta ædium æstate omne prope in lagenas transfusum imponunt, postea in edita cubicula, sub quibus inferne multa flamma luceat, transportant. In summa autem ad meridiem solemque cellas obuertunt, in quibus & citius ea maturescant, & potui idonea euadant. Nam quod multo tempore alijs, hoc ijs quæ sic exalfacta sunt, breuissimo aduenit. Porro nihil mirum est, qui de colendis agris memoriæ prodiderunt, ob eam quam de sua regione habebant experientiam, audacius atque inconsiderantius de uinis omnibus definiuisse. At Theophrastus atque Aristoteles experientiam etiam ulteriores nacti, & in perscrutandis naturæ rationibus exercitatores, ac diligentius omnia distinguentes, cum multa huiusmodi, tum uero de uino nos docuerunt, quod simile quid illis atque corporibus nostris accidat. An non enim & ipsa quoque prout aut robusta sunt, aut infirma, ab iisdem tum iuari, tum lædi conspiciuntur? Etenim ut exercitia ualida, & sol, calida atque robusta corpora etiam ualidiora efficiunt: mutant autem & digerunt refrigerantque quæ non sunt eiusmodi, sic uina natura calida motus uelut uentilans, sol exalfaciens, flammæque iuxta ardentem, celerius concoquunt. Quæ uero frigidiora sunt & humidiora, eorum arguunt omnia id genus imbecillitatem, celeriusque perpeti cogunt, quæ alioqui post passura essent: quippe quum ita comparatum sit, ut res quælibet in propria seruetur natura calore proprio, corrumpatur autem ab immoderatione extrinseca, nempe caloris humidum aut frigoris abundantiam. Atque quod ab utroque efficitur, unum est, non tamen unus generationis modus: quare non æque ab idiotis omnibus facilis cognitum est hæc corruptionis ratio. Etenim ubi quid rerum calidarum à frigore deuictum est, ne uulgo quidem ignotum est. At ubi à circumstante foris calore ualidior digestum ac dissipatum est, eos sane qui naturam exercitati non sunt latet, ignorantes caliditatem mediocrem omnibus esse utilem, immoderatam uero non minus frigiditate noxiam.

Quod in saporibus aciditas provenit, calore ipsos quidem incipiente concoquere, non autem perfectam mutationem atque alterationem afferre potente. Cap. XIII.



Aterum in genere hoc nosse pulchrum est, quod aciditas in saporibus nasci potissimum uidetur, dum à calido quidem mutatur, ut tamen non superet: id quod ex acidis rusticibus uel maxime conicias. Nam hi haud quaquam, ubi nulla prorsum facta in uentre est ciborum alteratio, prouenire solent: quemadmodum nec ubi optimè concocti, sed tantum ubi semicocti, ut ita dixerim, fuerint. Voco autem semicoctos qui à uentriculi calore alterationem perpeffi, non etiam perfecte ab eo superati fuerint. Sic lac, pitisanæ succus, & quæcunque eius sunt generis, tempore æstiuo citius acescunt quam hyeme, postquam

C lantia aedes frigidas, ut in ijs reposita plusculo tempore perdurent. Ex quibus omnibus patet, quod a calore mutante quidem, non tamen profum uincente, aciditatis generetur qualitas: atque ob id plerisque inest fructibus priusquam maturuerint: idque etiam ijs quae ab initio de saporibus acidis diximus consentaneum uidetur. Etenim si similia le quid illis usuuenit quod Borealibus constitutionibus accidit, ut tenuis scilicet essentiae sint, simulque frigidi, nasci eos haud sine calore satis constat, sicut nec illi ipsum aërem. Proinde quoque quae summè nos refrigerant ac interimunt, uelut cicuta, papaueris succus, hyoscyamus, mandragora, minime omnium acida sunt: quippe licet frigidi sint saporibus acidi omnes, haud tamen eosque refrigerant, ut interficiant: non enim subtilis forent essentiae, si extreme essent frigidi. Itaque non modo iam quod frigidus sit sapor acidus, sed & quatenus iam apparuit. Exploranda porro eius natura est in oxylapatho & oxalide, quam etiam oxyda nuncupant: est autem haec holus sylue stre: in istis enim maxime mihi syncerus est uisus ac simplex, nullius particeps acerbitatis, ut solent arborum fructus: perspicuo enim hi cum acerbitate quadam admixtam habent aciditatem, sicut cum acrimonia acetum. Itaque quod proprie in saporibus appellatur acidum, a sola lingua percipi potest, sicut & acre: ceterum quod utriusque commune est, nempe mordacitas, etiam a tactu sentitur: utraque uero lingua agnoscere nata est: nam quae communia sunt, sicut & reliqua corpora sensilia: quae uero propria, tanquam gustus organum percipit: idque mihi uidetur illi eximium ac peculiare esse iuxta aliarum substantiarum tum proprietatem, tum, ut ita dicam, alienitatem. Dicitur autem demonstratumque sepe numero est, nec secius alias quoque repetam, quid sit secundum totam substantiam agere, aut pati: imò uero & haecenus eius nunc meminero, quod in rem praesentem satis sit, hinc sumpto initio. Ex quatuor elementis, particulam corporibus omnibus constant generationes impares mixtura, ac diuersa. Siquidem quaedam ignis aliorum uel elementorum in se plus continent, quaedam aquae: sicut alia, si fors ita tulit, terrae, nonnulla aeris. Ex eiusmodi itaque imparitate proprietates corporum particularium sunt perfectae: ex elementis quidem, plantarum: ex his autem, animalium: sicut in libris de Elementis demonstratum est. Porro transeunt quaedam quidem protinus in sese mutuo, nonnulla uero mediantibus alijs: uelut terra in triticum, hordeum, & alia id genus: rursum horum unum quodque in carnem humanam: quum tamen ipsa terra caro ut fiat sit impossibile, eam uidelicet quae in medio est mutationem transiliendo. Attamen eorum quae in sese mutuo transeunt, quaedam promptam celeremque, quaedam diuturnam alterationem obtinent: ac quae similitudinibus propinqua sunt, celerem: quae uero remotiora, tardiores. Oportebat itaque, meo quidem iudicio, innascentibus organum, quod naturae similitudines ac dissimilitudines discernendi potestate polleret: quod agnoscens rerum naturas, familiaria quidem eligeret, aliena uero refugeret. Eiusmodi ergo lingua est, quae exuberanti sensu non calida modo frigidaque, humida atque sicca, sed etiam quae familiaria, quaeque non familiaria sunt agnoscit: in hanc enim duntaxat particulam complures inferuntur nec ui: quum aliae omnes aut unius tantum, aut duorum sint participes: nec ita magnorum tamen. Porro quum quaedam naturae nostrae magis sint familiaria, quaedam minus: ac partim in hac coniugatione, partim in illa, necessario plures gustus qualitates extiterunt. Ceterum omnium quae nutriunt, communis dulcedo est. Nam quicquid nutrit, aut plus aut minus est dulce. His uero quae non nutriunt, commune est id quod per negationem aut priuationem sic dicitur, uelut non dulce, & salsum. Particulae res autem differentiae complures merito euaserunt: quia id quod cuique rerum familiaris est, unum est: nempe quia & natura eius familiaris, una: aliena uero plurima: partim plus, partim minus a substantia eius dissidentia. Quae itaque summè acida sunt, acerba, aut amara, aut simpliciter aliam quamuis qualitate praeter dulcem sortita sunt, ea omnia nutrire nequeunt: sicut quae solum dulcia sunt, omnia nutriunt: inter ea autem quae mixta sunt, quotquot dulcia simul & acerba sunt, & crassioris sunt essentiae, & temperaturae

A raturae frigidae: uelut paulo ante ostendimus. Quotquot uero acida simul ac dulcia, tenuiora quidem sunt, quam acerba: sed & ipsa tamen refrigerant. Quin etiam amara quidem calida sunt, sed acra his etiam calidiora. Nutriunt ergo haec omnia, si iunctam ratione mixta esse assolent, nempe ut dissimilaria sint, & diuersas habeant qualitates in diuersis partibus: aut simplicia & simularia, sed quae in mutua eorum quae multum dissident, alteratione consistant: neque enim mel extemplo sit amarum, sed aut multa coctione aut uetustate amaritudinem induit: nec id tamen illi nisi pederentim accidit: neque quotquot ex fructibus dulces euadunt, sicut quaedam ficus & melopepones, & ipsi repente semelque ab initio qualitate abijciunt. Nam ijs quae a natura mutantur, sensim sunt mutationes: potissimum ubi in multum dissidentes, aut plane contrarias qualitates alteratio siue transitus perficitur. Sicut ergo quod est summè dulce, aptum esui est: quod uero solum ac syncere amarum, esui ineptum: sic quae in medio sunt eorum, nutriunt quidem etiam, uerum minus quam dulce. Eadem ratio est in alijs qualitatibus. Nam nutrire praeter dulcem nullam omnino possunt. At elementa multo sanè etiam minus nutriunt, nullaque gustui qualitate offerunt: proinde & terra, & aqua (sunt enim ambo gustui insipida) minime nutrire idonea sunt, sicut nec aer, nec ignis. Itaque pro horum interim admixtione, dulcium saepe qualitas exoluitur, aquea ferè essentia in pumilium (*ενπιυμα* Graeci uocant) fructibus superante (nam triticum, hordeum, fabae, cicer, & quae eius sunt generis, quum propter humiditatem principio qualitatū prope experta sint, temporis successu maturata ac siccata dulciora euadunt) terrestri uero & sicca in paleis, foeno, gramine, & harundinibus siccis, & lignis: quorum tamen quaedam priusquam aruerint, dulcia nobis sunt, nutrimentumque interdum corpori exhibent, uelut palmae cerebrum (sic enim nominant summam eius particulam) & gramen, & molles maluarum radices, maxime quae in Aegypto proueniunt: ad haec plerumque arborum germina. Siquidem quod nutrit, a similitudine quae illi est ad id quod nutritur, dulce apparet: a dissimilitudine uero, non dulce. Porro multae quum sint dissimilitudines, multas proinde necesse est qualitates esse non dulces: quas uerbis quidem efferrè est impossibile: attamen memoria earum mouere suggerereque quodammodo licet, quum omnes homines certissime norint, alium fieri in lingua sensum atque affectum ab acerbis, alium ab acidis, & alium a salis, aliumque ab amaris.

Qua de causa quae igni admoventur, alia suauiora, alia insuauiora efficiuntur. Et qua de causa edulia quaedam quum per sese edi non possint, suauitatem tamen ijs praebent quae per ipsa praeparantur. Cap. xv.



I taque quemadmodum edulia quaecumque nutriendorum naturae simillima sunt, ea & dulcedinem praeseferunt, nec ullam praeparationem postulant, sic quae temperaturam nata sunt remotiorem, alia condimentis, alia coctione, alia utroque indigent. Nec uero mirum est, quum condimentorum nullum edendo sit, suauitatem tamen ijs augere quae per ipsa praeparantur: quippe quum fieri possit, ut immoderatis duobus cocuntibus, id quod ex ambobus mixtum sit, comoderatum euadat, ac proinde quoque dulce appareat: quum immoderata minime sint talia: postea uero quam & per elixationem & per assationem, & omnino per calidum quiddam praeparatio fiat ciborum, nihil etiam absurdum est aut ambiguum, quae prius non erant suauia, tunc fieri suauissima. Apparet enim calidi naturae quibus admota fuerit, ea celeriter alterare, atque in aliam speciem mutare. Quocirca nec id quoque dubium est, quaedam suauiora, quaedam uero insuauiora effici igni applicata: tum quaedam tempore minimo, quaedam plurimo coqui debere. Etenim quae nutriendorum corporum temperaturis simillima sunt, ea uel citra coctionem aut praeparationem iam dulcia apparent. Quae uero dissimilia sunt, omnia insuauia sunt antequam praeparentur. Porro quae nimisquam calida sunt, frigido corrigi debent: quae uero multum frigida, calido

Cum mistura ciborum, & igni: ad eundem modum humiditate, quae terrea sunt & sicca: siccitate, quae plus quam conueniat aquea sunt & humida. Siccitates ergo, humidorum admixtio: humiditates uero, siccorum mistura ignisque emendat. Maximam rei dicitur fidem affert quae in ore fit mutatio. Nam qui plusculum sustinuerunt ieiunium, ipsi salua salsa redditur: qui uero plurimum, non salsa modo, sed & amara. Sic etiam corpus uniuersum, biliosum habitum contrahit, ac si perinde ut lingua sensu polleret, falsedinem quoque quae in ipso est, atque amaritudinem perfacile, reor, perciperet, ad haec etiam ipsam dulcedinem quae naturali inest sanguini. At nunc ubi uase quopiam aut rupto, aut aperto affatum calidus sanguis in linguam effunditur, dulcissimus apparet: utique si secundum naturam habuerit. Nam morbidus, amarus, aut falsus est, aliam uero eius generis qualitatem praese fert. At qui in toto est corpore, nos fugit, non aliter quam aut bilis, aut pituita. Quanquam bilis quidem flaua uel minima quapiam parte linguam contingit, partim quidem dulcis, partim acida, partim salsa sepe est manifeste uisa, quum & ipsa in toto animali incognita sit.

Qua de causa mel a caliditate ualidiorem amaritudinem contrahit, lac uero frequenter etiam dulcius efficitur, quum tamen utraque gustui sint dulcia? An quia mel quum summe sit dulce, nec quicquam addi possit ad dulcedinem, in consequentem recidit qualitatem: lac uero minus dulce quum sit, quod reliquum est a calore accipit? Cap. XVI.



Nihil mirum igitur neque cur rerum omnium dulcissimum mel, succum generaret amarissimum, neque cur id maxime aetate florentibus, & calidis naturae, & febrientibus accidat. Nam ut foris, quum plusculum igni admouetur, amarum efficitur: ad eundem modum & in animantium corporibus, ubi syncerum ualidumque nactum calorem fuerit, biliosum succum procreat. At in temperaturis frigidioribus, siue propter aetatem, siue propter naturam corporis, siue etiam ob morbum facile in bonum & moderatum sanguinem conuertitur: quippe quum neque nimium in his corporibus aut exalciat, aut alteretur, uerum ei quod modice coctum fuerit, simile quiddam perpetiatur, plane illis adsimilatur, prorsumque seruat dulcedinem. Et quid obsecro miri, si a ualentiore animantis calore, aut longiore coctione ueterem mel dulcedinem exuat? tum etiam citra haec per suum ipsius calorem spatio temporis amarum euadat? Nam in mutationis duntaxat celeritate, haudquaquam quod aliam perpetiatur passionem ab alia causa, differentia consistit: quippe & passio est eadem, & causa quae mutat. Passio quidem amaritudo: causa uero caliditas immodica. Porro immodicum, quod ad alterationem ducit, duplex est: aut enim in admoti consistit robore, aut in temporis diuturnitate: alterum ex nobis & igni, alterum ex seipso mel accipit. Et merito sane tempore maiore id fit ex ipso: si quidem quod mutat, imbecillius est. Ergo quod a minore longiori sit tempore, quid mirum est a maiore in breuiori perfici? Caeterum lac etsi gustui sit dulce, tamen ex se se nunquam amarum efficitur. Vincitur enim in eo a frigore magis caliditas, quam ipsa uincat: proinde etiam repositum acescit. Ex tribus enim substantiis qualitate dissidentibus (uelut supra quoque dictum est) constat. Prima quidem crassa, ex qua caseus conficitur: altera pinguis, ex qua butyrum: & tertia aquea, quod serum nuncupamus. Verum ex hisce pinguis quidem uel maxime temperata est, crassa uero paulum ab ea declinat, ac excrementum illud serosum, & frigidum & humidum est. Quare lac uniuersum a modicae caliditatis corpore longo interuallo relinquatur: quapropter ex se acescit potius quam amarescit. Ac si gustari possit, ubi in uentre & per uenas concoctum est, ipso etiam melle dulcius inueniretur. Nam quod foris & ex se se mel obtinet, id dum coquitur, lac accipit. Et quum admodum ingens in animante calor exiit, tantam acquirat lac dulcedinem, quantam mel deperdit. Recteque id ratione uenit: etenim quod summe dulce est, ac proinde etiam nihil apponi ad eius dulcedinem possit, id ut in consequentem uerti pergat qualitatem necesse est. At cui quid deest, id per con-

Aper coctionem acquirat. Proinde sane lac ubi cruditate in uentre perpetitur, duplicem suscipit alterationem. In frigidiore namque uentre acescit: in calidore nidorosum amarumque efficitur. Non tamen mel coquendo unquam aciditatem admittit: quippe quum calidius sit, quam ut ubi non superetur acescat. Porro utraque linguam mordicat, tum quod acidum est, tum quod amarum, non tamen id tanquam proprium lingue sensus possidet. Quippe si in aliam quamuis carnem cute spoliata ipsa inieceris, & illam sane etiam mordebit. Ex quo constat, mordacitatem a tactu proprie, non a gustu sentiri. Quin & quae acria appellantur, uelut pyrethrum, allium, cepa, non a gustu modo mordicant, sed & omnem reliquam nostram carnem: communisque est mordicatio tribus istis saporibus, acido, amaro, acri. Verum acido quidem, ut frigidum simul & subtile (nam & id saepe monstratum est) amaro uero & acri, ut calidum.

Quod sapor acris omnium sunt calidissimi. Cap. XVII.



Vod itaque sapor amarus calidus sit, modo ostendimus. At de acri uocato, principio ne demonstratione quidem est opus: praueert enim sensus uidentia, rationis fidem: quare nec quisquam de ipso addubitauit: imo & Plato de eo tanquam omnium calidissimo pronunciat, tum Aristoteles quoque, & Theophrastus. Atque adeo nec ueterum, nec recentiorum quisquam est qui secus sentiat, quippe quum exalciatio ex essentiae eius sit ratione. Itaque si uel ex plebe quempiam roges, quid uocet edulium acre, dixerit sane, puto, quod fortiter dum gustatur exalciat, uelut piper, pyrethrum, nasturtium, allium, cepa, & id genus omnia: uideturque id adeo saporum genus, quum appellatione careret propria, communi per excellentiam usum. Nam quum & sapor amarus, & sapor acidus, ambo etiam acres sint, in quocumque tamen corpore uehementer comperimus acrimoniam: tamen etiam neque amarum sit, neque acidum, acre appellare consueuimus: quanquam multa in specie sint corpora eiusmodi: alia enim edui possunt, alia edui sunt inepta. Ea igitur quae idonea sunt edui, dulcem quandam saltem obscuram admixtam habeant qualitatem necesse est: proinde multis ipsorum pro opsonio utimur, multis uero ut condimentis tantum: at ut cibo, ipsorum omnino nullo, idque ob uirium uehementiam. Porro eorum quae non eduntur alia mortifera sunt, alia simpliciter medicamenta: omnia saltem cuti nostrae imposita ulcus celeriter moluntur. Quin & horum quoque nonnulla qualitatem quandam amarum praefereunt, quemadmodum esculentorum quaedam dulcem: non tamen uocantur amara: quandoquidem haec in eis leuis est & infirma, ualida autem uis acrimoniae. Sunt & quae ne gustare quidem audeas, cuiusmodi est thapsia, cantharides, & ea quae erosione aut putrefactione interimunt. Sed & horum gustum esse acrem ex his conijcere licet quae in toto agunt corpore. Multa uero etiam ipso statim odore aliena sunt, planeque pugnantia cum homine indicant, uelut & haec ipsa quae nunc dicta sunt, & cicuta, papaueris, mandragorae, & hyoscyami succus. Quin & nuper quoque herbam quandam conspeximus, quam Centurio quidam ex barbarica circa Aegyptum regione coportauerat, odore adeo graui, adeoque inamoenos, ut ne gustare quidem auderem, sed letalem esse conijcerem: utebatur autem ad urgentes articulorum dolores: atque ipsis etiam laborantibus refrigerandi pollere facultate est uisa. Est autem colore subflauo odore tam graui, quam cicuta: nisi quod leuem quandam instar aromatum odoris adferat gratiam. Nomen herbae ex qua succus hic exprimitur, lycopersum esse dicebat. Verum de facultatibus deleterijs alibi tractabitur. Scire autem oportet, acres sapor omnes (nam de istis agebatur) summe esse calidos, ac deinceps post illos esse amaros, deinde uero dulces. Quum uero in omnibus ampla sit latitudo, is qui magis aut acris, aut amarus, aut dulcis est, magis quoque est calidus: qui uero minus, tantum amittit caloris, quantum abest ab exacta gustus qualitate. Terminus autem seu finis saporis amari est abstergere: acris uero, urere: at dulcis, nutrire: ubi uidelicet in sua quisque natura absolutus fuerit, hoc est, ubi quoad

C fieri possit, minimè alienis permisti sint qualitibus: uelut amarus prosum quidem est calidus: uerum qui modò admodum ex dulci mutatione natus est, & minus amarus est, & minus calidus. At qui iam diu mutatus est, summè amarus est, & proximè ad acrem pertingit, ut non abstergat solum, sed etiam exedat & mordicet: uelut aristolochia quidem, iris, & panax, id modò possunt, nempe ulcera abstergere, atq; expurgare. At uitis agrestis, quæ Græcè staphis agria dicitur, nihilo ab istis amaritudine uincitur, nisi uel ipsa quoq; uincat: est enim iam etià acris, idq; ualde: tum multum quoq; calida, ut non sordem ulceribus auferat modò, sed & ipsam quoque carnem colliquare possit. Porro quod in ulceribus nati sunt præstare amari sapes, id ipsum in corpus assumpti efficere ualent: abstergunt enim, expurgantq;, & quæ in uenis est crassitiem incidunt: quamobrem menses mouent, educendoq; ex pectore pulmoneq; puri auxiliantur. Et in summa, siue crassa in eis pituita, siue pus, siue aliud quippià contineatur eiusmodi, expurgant: eaq; ratione & comitiali morbo competunt, quicumq; certe naturam non habent deleteriã ac uenenosam. Illi enim toto genere præter naturã sunt. Sic & ijs qui sanguinẽ spuunt, noxij sunt: quippe quum isti adstringentia & uiscosa, nõ incidentia diuidentiãq; exposcant. Atq; hæc quidem iam quadantenus curandi attingunt methodum.

Qua differunt amarus acrisq; sapor? Quod amarus præterquam quod calidus sit, etiã est siccus: at acris, utiq; qui non exactus est, uberem quandam humiditatem obtinet. Cap. XV III.

P Ostea uero quàm de saporibus amaris definiuimus, diximusq; quod incidendi uim habeat & extenuandi, tum abstergendi, ac nimiriã etiam calfaciendi, hætenus tamen, ut non urant, rursus ad acres orationem uertamus. Ac primum exactè ipsos calidos dicimus, deinde exedentes, urentes, crustam molientes, ac deniq; etiam colliquantes, eosq; uel cuti impositos esse huiusmodi. Sin intrò in corpus sumantur, si quidẽ tota substantia animalanti cuiuspiam summè aduersentur, putrefacientes, eiusq; generis animalium deleterios. Sin caloris duntaxat immoderatione, si crassa sint essentia terreãq;, interiora exulcerandi pollere facultate: sin tenuis, urinã mouendi, sudoresq; ciendi uim habere: in summa autem, incidendi, & digerendi per halitum. Ex quo genere quidam tum exspuitionibus ex thorace, tum mensum motibus auxiliantur. Cæterũ quando sit, quo modo, & qua methodo utendum, nõ est præsentis tractationis exponere: de omnibus siquidem eiusmodi in curandi methodo differetur: quare de acrum saporum natura plura scribere supersebeo: sat enim fuerit distinctiones adijcere exactiores, quibus ab amaris differunt. Nec enim sola caliditate uehementi ab illis diuer si esse consueuerunt, sed quod amari omnes nõ modò calidam habeant facultatem, sed & siccam, cineri (uti eos quis optimè comparet) adsimiles. Acres autem, quicumque utiq; amari non sunt, multam interim humiditatem admistam habent, proindeq; corporum eiusmodi non pauca à nobis esitantur. Porro quod non calidus modò, sed & siccus est omnis sapor amarus, in primis nos maximeq; discreta docet experientia, de qua sapenumero uerba supra fecimus. Iis uero qui præter experientiam per rationem etiam scrutantur, similiter accidit. Admodum itaq; ex calfactis dulcibus, siue id ab igne, siue à calore ingenito, amarorum corporum constare generationem indicauimus: quæ protinus cõsistentia quoq; sicciore apparent: tum uero quoniam absumatur semper ac defluat ab eis humor in uaporẽ à calore solutus, necesse est reliquum terrenius sicciusq; effici: quippe quum dulce præterquam quod calidum sit, siue plus, siue minus, necessariò sanè & humidum plus minus uel existat. Si autem corporis nostri naturæ maxime est simile, ipsa uero sit temperate tum calida, tum humida, id quod ex dulci superassato prouenit, perinde ut calx cinisq; calidum siccumq; necessariò efficitur: proinde abstergere quoq; cõminuere, secare crassos uiscososq; humores, sicut cinis & nitrum, est natum. Nec enim aëria est, neq; tenuis, neq; aqua

A eorum consistentia: sed, ut paulò antè dictum est, terrena, exactè à calore elaborata, ac uelut superassata ipsorum essentia. In comparatione ergo adstringentium quidem, nõ parum ijs tenuiora sunt medicamenta amara, ut ad acra uero, crassiora: quamobrem neq; facile crassos uiscososq; humores pertranscunt, uelut ea quæ sunt tenuiore essentia, nec incidere perinde ut crassiora nequeunt. In medio autem utriusq; excessus sunt oportet quæ incisura sunt, nempe ut neq; promptè penetrent perinde ut flamma, neq; dum cunctantur tardantq;, dissecare nõ possint. Verum de istis in sequenti libro, qui ex ordine est quintus, tractabitur. Nunc autem tantum nouisse suffecerit, quod qualitas omnis amara calidis simul siccisq; substantijs accidit, & præter hæc tenuibus & terrenis. Inaudiendum est autem totum quod dicitur, coniunctim, haudquaquam utrunq; separatim legendum. Nam sic pugnare cum terreno uideatur tenue. Verum non simpliciter tenue, sed ut in terrena cõsistentia tale esse amarum assero, uelut calx & cinis, & quicquid exactè perassatum fuerit, cinisq; redditum: forte autè uerius ad similes fuligini, ac ipsius flammæ fauillæ: quippe quæ gustantibus apparet amara. Ergo crassum & terrenum est corpus, ferrum, ac lapis: fauilla autem & cinis tenue. Ignita itaque ferrum lapidsq;, calce cinereq; sunt crassiora, multoq; magis quàm fauilla: ad hæc quoque & calidiora. Sed ferro lapidq; ignito, ea quæ per erosionem interimunt medicamenta, similia sunt: quæ à corporis nimirum calore huc perducuntur: uelut chalcitis, mysi, fori: ad hæc arsenicum, hydrargyros, lithargyros, & alia innumera: crassarum enim sunt partium id genus omnia, ac potestate calida, ac proinde temporis spatio accensa per eam quæ est in animante mutationem, non aliter quàm lapis ferrumq; ignitum uentrem tum exulcerant, tum exurunt, quum scilicet in corpus distribui præ grauitate haud possint. Istis autem subtiliora sunt, tametsi & ipsa terrenæ sunt consistentia, calx, cantharis, lepus marinus: quorum quædam usque ad iecoris pertingunt regionem, quædam uero usq; ad uescicam & pectus, in tanto interim interneris spatio igneam acquirunt naturam. Porro aristolochia & iris his etiam subtiliores sunt: quippe quæ tum humidæ essentia, tum aëria plus quàm illa obtinet: quod hinc constat, quod neq; adeò sint sicca duraq;, neq; adeò graua, quapropter & deleteriũ effugere genus. Sanè uero & cantharis parce interim sumpta, quibusq; oportet admista, præterquam quod uescicam nihil offendat, etiam renes expurgat: imò & quæ efficaciora consiciuntur ad urinas mouendas medicamenta, nonnihil habent cantharidis. Sed de hisce aliàs habebitur sermo.

Quod sapor amarus insit corporibus temperamento siccis, & si planè amarus sit, esculentus non sit. Cap. XIX.



T amarus sapor quod siccis temperie corporibus insit, hinc colligere licet, quod & minimè omnium amara putrescant, minimèq; uermes aliaq; nonnulla animalcula, qualia in radicibus herbisq; ac fructibus putrescentibus prouenire solent, procreent. Maxime namq; uidemus in humidis nasci corporibus uermes, ac puuilaginem. At quæ exactè amara sunt, (uoco autem ita quæ nulla sensu notabili alia participant qualitate) omnibus prope animalibus, nedum hominibus, esui inepta sunt: quippe quum animal omne plus minusq; sit humidum: amara autem sicca, haud aliter quàm cinis & puluis. Itaq; neq; cinerem, neq; puluerem, neq; fauillam, neq; calcem animal ullum esirat, neq; eorum que planè amara sunt quicquã. Absinthium enim nõ solum amarum est, sed & adstringit: marina uero aqua falsa potius est quàm amara, plurimum in se habens aque potabilis: id quod & ab Aristotele olim satis est demonstratum. At aqua que est in lacu Syriae Palestinae, quem alij quidem mare uocant mortuum, alij stagnum bituminosum, gustantibus non falsa modo, sed & amara est. Salem uero etiam habet ex sese natum, perinde amarum: primoq; statim aspectu unã cum uniuerso mari tum candidior, tum crassior apparet, salugini meræ similis: in quam si salem iniicias, ne liquari quidem etiam

C possit: plurimū enim eius in se habet: ac si quis in eam se mergat, cōtinuō sale tenuissi-
mo uelut conspersus undiq; emergere conspicitur. Quapropter etiā aqua illa quā
cætra marina grauior est, idēq; tanto pondere, quāto fluuiali marina. Itaq; ne si cone-
ris quidem, insiliens in profundum deferri possis: ita attollit eleuatq; aqua: non sanē
quia natura leuis sit, quod quidam ueterū sopherarū prodidit, sed ut censuit Aristote-
les, propter grauitatē instar luti quæ leuiores sunt gestans. Proinde si hominē ligatis
manibus pedibusq; in stagni illius aquā conteceris, deorsum haud feretur: quin ue-
ro sicut naues in mari onera plura quā in fluuijs citra submersionem portare ualēt,
eundem in modū in stagno mortuo multō plura quā in mari. Tanto enim est quæ
in illo est aqua, marina grauior, quanto marina lacustri aut fluuiali. Inest enim ei sa-
lis substantia, quæ terrea grauisq; est. Ipsiq; tibi marinam, si lubet, efficere licet, sale
in aqua fluuiali colliquato, cognoscereq; quanto grauior reddatur aqua eiusmodi q;
sit dulcis. Quin & modū iam inuenerūt, moderatā ad salindū conficiēdi falsuginē,
si ouum in ea uideatur natate. Nam ubi etiā nū sidit, ac nondum super falsuginis su-
perficiem innatat, aquosa magis est & dulcis: grauior uero salsa est, ubi tanta est salis
copiā indita, ut amplius liquari qui postea adhiçitur nequeat. Quam aquam si pende-
re non grauaberis, omniū aquarum comperies grauissimam. Itaq; ego quandoq; ina-
nem esse diuitis cuiusdam ambitionē ostendi, qui tantā in Italiā maris mortui aquam
deuexit, quæ cisternam implere posset. Nam id ipsum ego expedite præstiti, sale plu-
rimo in aquam potabilem cōiecto. Longē etiam grauiorē eiusmodi effeceris aquam,
si quamplurimum salis liquatum sub Canis exortū, ubi potissimum æstus iam fuerit
ualētissimus, torreris siueris, haud aliter quā in stagno bituminoso: sic em̄ hæc aqua
perinde ut illa grauis efficietur, ac si ligatum hominē, aut aliud animal, in ipsam con-
teceris, instar nauis super aquam feretur. Quin uero & amarior protinus quoq; eius-
modi erit aqua, si decoquere ipsam in igne lubeat. Nam quicquid salum plusculum
D exalfeceris, amarū tibi euadet. Sic & ipsius bituminosi lacus aqua in caua calidaq;
regione contenta, dum sole torretur, amara efficitur, proindeq; æstate quā hyme
amarior est. Ac si quid eius haustum in uase cauo regioneq; aprica (quemadmodū
nos effecimus) æstiuo tempore deponas, cōtinuō amarior sese reddita uidebitur. Ve-
rum hæc omnia ijs quæ paulō superius de amari generatione diximus, abunde sub-
scribunt. Ceterum cuius gratia oratio ad bituminosum digressa est stagnum, id non-
dum omne expositum est: nullum enim in eo neq; animal, neq; planta inesse conspi-
citur: imō quum duo in eum fluuij confluant longē maximi, pisciumq; copiā scaten-
tes, maxime qui prope Ierichontem fluit, quem Iordanem nominant, nullus omni-
no piscium fluuiorum ostia excedit: ac si captos quis in lacum iniçiat, celeriter mori
conspicit: adeo est omnibus tum hominibus, tum plantis inimicū quod exactē ama-
rum est, & quod squalidum pariter & siccum est, atq; natura uelut fuliginem ab ex-
alfatione referens. Quamquam ne illius quidē stagni aqua exactē amara sit: quippe
quum nec ipse sal. Vocant autem eum Sodomenum, à circumiacentibus stagnum
montibus, quos Sodoma appellat, multiq; ipsum accolē ad omnia, ad quæ nos alio
utimur sale, accōmodant. Vis eius non modo plus quā cuiusuis alterius salis exic-
catoria est, sed & extenuare nata: quia scilicet plus quā alius exalfatus est. Omni-
enim salī obscura quædā adstringendi uis inest, quæ eas quæ condiuntur carnes con-
stringit, densatq; potissimum ubi durus & minime fragilis extiterit. Talis est exactis-
simus quidem fossilis ferē omnis: minus autem illo marinus: tum qui multis in locis
aquis leuiter falsis arefcentibus prouenit, tertium locum obtinet, abstergere magis
quā adstringere cōtrahereq; potens: proximas his uires habet Sodomiticus, æque
atq; marinus durus: cæterum ob admistam amaritudinem, facultatem ualentius ab-
stergentem ac digerentem quā marinus possidet. Sic & nitrū ipsum, & ipsius spu-
ma, & quod composita appellatione uocatur aphrolitrum, cæteris magis extergere
possunt, nempe quia minime adstringunt, & exactē sunt amara.

Quod

Quod sapor falsus calidus sit & terrestris, eaq; ratione quadantenus sapor amaro
similis.

Cap. XX.



Tenim propinquus est sapor falsus amaro: quippe terreni ambo sunt,
& calidi: non obscura tamen diuersitate dissident, quod uidelicet ama-
rus à calore arido plus sit extenuatus & elaboratus. Sic in genere falsis,
qui durior est & densior, terrestriorq;, qualis ferē est uniuersus fossilis,
minus calidus est, subtiliumq; minus partium: qui uero rumpi facilis, la-
xusq;, tenuior simul & calidior est: in quo genere est & qui subamarus est, mediam
quodammodo naturam inter salem durum & aphrolitrum obtinens. Sanē & inter
aphrolitra quædā sunt dura: crassaq; essentia, quæq; nec facile liquari in aqua que-
ant. Verum de prauis non est in hoc loco nobis sermo, sed de ijs quæ iuxta nominis
rationem essentiam habent spumofam, qualis utiq; est ipsa nitri spuma. Est enim ea
omniū modō dictorum tenuissima: uelut & A. siæ petreæ flos: multum enim & hic
quoq; tenuis est, sed Aphrolitro minus calidus. Quare utiq; carniū excrescentiam
minore cruciatu colliquat: mordicat autem eas nitri spuma: mordicat uero & aphro-
litrum, nec secius quoq; & ipsum nitrum, tamen illis sit minus calidum. Verum su-
pra monuimus, essentiam crassam plus erodere, ubi nimirum calorem quendam na-
ta fuerit. Nulla enim eius pars sine cruciatu celeriterq; transit, sicut eius quæ subtilis
est, uerum retenta & immorans ac tardans, plusculoq; tempore unī corporis nostri
particulæ inhaerens, haud immeritō molesta redditur, instar pali carni infixi.

Quod odorata omnia calida.

Cap. XXI.



Aeterum ubi de saporibus omnibus, quæ conuenire uisum est, exposui
mus, reliquum fuerit de odoribus differere: quippe quum huius sensibi-
lium generis gratia, odoris sensum natura crearet. Sanē pleriq; similiter
saporibus nos afficiunt. Siquidem acida omnia, & ante ista ipsum adeo
acetum similiter odoratū gustumq; mouet: tum acria quoq; uelut allia,
cepæ, & ipsa non minus quā gustū, odoratum quoq; offendunt, mordicantq;. Sic
in alijs singulatis similis propemodum est odoris sensus sensui gustus. Itaq; quorum-
dam corporum, etiam non gustantes, qualitatem cognoscimus, ueluti sumi: proinde
omnino ne gustare quidem aggredimur: quia scilicet admodum fides habeatur odo-
ratui. Quinetiā si qua boni odoris edulia putrilagine corrupta, odore nos suo offen-
dunt, protinus ea abijcimus, haud gustare dignati: ferēq; in omnibus mutuō consen-
tiunt odoratus & gustus: attamen in odore suauissimis, uelut rosa, plurimum disse-
runt dissidentq;: tantum enim abest ut gustantibus suauia sint, ut amaritudinem non
paucam præ se ferant, tamen amarum nunquam odoratum est, neq; ut medicamen-
nobis suaue, neq; ut cibus. Quænam igitur huius sit dissonantiæ causa, licet Theo-
phrastus quæsiuerit, tamen præstiterit & quæ nos de ea cognoscimus exponere.
Amarī saporis generationem ex dulcibus à calore extenuatis prouenire iam clare
docuimus: apparuit que calidiora simul & tenuiora temperie esse amara, quā
dulcia, sed & odoris sensus in ipsis cerebri est uentriculis, uelut & id quoque alibi
à nobis demonstratum est, & odorabilem uaporosa est substantia. Ea enim quæ à
corporibus desuunt, ambientī permista, ac deinde per narium inspirationem in ce-
rebrum delata, sensum mouent. Recta ergo ratione, quæcunque odorata, eadem
& calida sunt: quippe quum uaporum copiā à calore proueniat, non tamen pro-
tinus quicquid odoratum est, suaue esse colligitur. Siquidem non omne id spiritui
in cerebri uentriculis contento familiare est. Etenim quemadmodum qui linguæ
obueniunt saporibus, ijs qui familiarissimi, ijsdem & dulces erant: qui uero non fami-
liares, complures habebant differentias: ita odores qui familiares sunt cerebri spi-
ritui, ijsdem & grati sunt & suaues: qui uero non familiares, multis differentijs à sese
mutuō dissident. Cæterum non omnibus imposta sunt nomina perinde ut saporibus

bus. Dicimus enim quippiam acidum acremque habere odorem, sed austerum, acerbum, falsum, aut amarum haud etiam dicimus. Verum in hasce duas appellationes odorabilem pleraque reducimus, benevolentia, & graueolentia appellantes: benevolentia quidem proportione quadam ad ea quae linguae sunt dulcia: graueolentia uero ad ea quae non dulcia: uno enim nomine totum hoc in saporibus genus appellari nequit: uidetur autem a corporibus non odoratis aut omnino paucum defluere, aut quod pro mole sua non sit moderatum, sicut in ijs quae exacte tum salsa, tum acerba sunt. Exacte autem quum tale aut tale quid dicimus, syncerum, & quantum fieri possit, alterius qualitatis expers dicimus. Siquidem crassa utrisque essentia est, & ad hoc acerbiorum etiam frigida: quare uerisimile est, quod ab ijs defluit, paucum esse & crassum, & mole sua terreum, ac proinde per inspirationem in cerebrum non incidere.

Quod neq. ex odore, neq. ex colore certo quid defini de medicaminum temperie possit. Cap. XXII.

Taque haud solida res est, ex odore de sensibilium temperatura conijcere perinde ut ex gustu. Nam quae odore carent, crassam quidem essentiam obtinent: ceterum quae sit eorum in calore frigoreque natura, id uero nondum constat. At quae odorata sunt, tenuia utique sunt quadantenus & calida. Verum eius tenuitatis caliditatisque quantitas haud etiam indicatur. Porro maxima potissimaque causa, quamobrem in odoratis nihil euidens de temperatura iudicari queat, inaequalitas est substantiae, de qua saepenumero uerba mihi iam habita sunt, ubi demonstrabam, corpora pleraque dissimilari esse substantia. Ac nunc quoque etiam claritatis gratia unum proponam exemplum, nempe rosam, quae non ea modo ratione dissimilans est, qua pars quidem eius continet, pars uero continetur. Continens quidem, durum & terreum: quod continetur, succus est humidus: imo & succi ipsius tria sunt excrementa, quemadmodum supra necessarium esse demonstratum est: unum terreum, quale est in uinis sex: alterum aereum, quod ipsum quoque uini flori proportione respondet: tertium aqueum, quod in omnibus bullitionem efficere corruptionemque diximus, ubi nimirum neque deuictum, neque plane alteratum ebullitionis tempore fuerit. Sane huius excrementi gratia quidam succos non nisi coctos reponunt, alij in sole feruenti praesiccatos: nam terrei aerisque gratia non admodum corrumpendos metuunt, quum ea & separari uideant, aegreque corruptibilem sortita substantiam: quandoquidem temperamentum nata sunt siccum. Sed de istis supra abunde differuimus. Ceterum in rosae natura aliud gustantibus acerbum est, quod terreum ut sit & crassum frigidumque, necesse est: aliud uero amarum, quod tenue est & calidum, & tertium in his aqueum, necessario quidem frigidum, sed in tenuitatis crassitudinisque oppositione quadantenus summorum mediu: cuius mistura neque ipsum illud adstringens, neque ipsum amarum, summe est tale quale dicitur: qualitates enim omnes exoluit aquei admistio. Ipsum itaque hoc aqueum elaboratum extenuatumque atque exalfactum quodammodo uidetur, ac proinde facile in uaporem soluit, & hac ratione rosam tum odorata esse, tum celerrime resicari. Atque haec omnia de eo ex gustu conijcias: at per odorem haud aequae: quippe quum non aequae omnes eius partes euaporent, nec perinde sensum moueant. In gustu autem omnes similiter gustabilem corporum particule in linguam incidunt, sensumque mouent pro sua natura singulae. Quare certum tutumque non est, de tota medicamentorum facultate ex odore conijcere. Nam ea sola agnosci possunt quae modo posuimus. Multo minus ex coloribus de medicinarum uirtutibus colligere quid ualeas: quippe quum in singulis coloribus calida, frigida, humida, siccaque reperias: quemadmodum in primis huius operis commentarijs ostendimus. In quoque tamen singulatum genere aut leuissimis, aut radicis, aut succi ex colore indicatione quandam liceat fumere: utpote cepae, scilla, uinum, quanto fuerint albidiora, tanto & minus sunt calida: quae uero substantia fuluacque

fuluacque, calidiora. Idem usuuenit triuco, millo, ochris, phafelis, ciceri, ieros radici, asphodelisque, aliisque copuluribus. In quoque enim genere in uniuersum fulua, flaua, rubraque omnia albis sunt calidiora. Itaque etsi hinc quoque de medicamentorum uirtutibus coniectura fieri queat, tamen sermone adijciatur, optimum sane esse (ut & dictum & ostensum saepenumero est) per experientiam discretam facultates inuenire, in hac enim falli non possit: quanquam prius quam experientia uirtutem agnoscas, gustus pleraque indicet, pauculum etiam approbante ipso odore.

CLAVDII GALENI PERGAMENI

DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORVM

FACULTATIBVS LIB. V.

Theodorico Gerardo Gaudano interprete.

QUINTVM librum de simplicium medicamentorum facultatibus orsus, ea primum repetam, quae supra demonstrata in rem praesentem censentur accommodata, sumpto ab elementis principio, aqua uidelicet, igne, aere, ac terra, quae nonnulli a qualitatibus denominantes, humidum, calidum, siccum, & frigidum esse aiunt. Sunt ergo qualitates haec, humiditas, siccitas, caliditas, frigiditas. Quae uero ab illis denominantur corpora, ea sunt tum communia omnium elementa, tum ea quae per harum excellentiam aut humida, aut sicca, aut calida, aut frigida nuncupantur, tum ea quae ad conueniens siue symmetum generis eiusdem aut speciei conferuntur, quaeque ad quiduis obuium. Sane de horum differentia frequenter tractauimus, nec minus diximus quatenus differat nutrimentum a medicamento, & quod nutrimentum uincitur ac superatur ab eo quod nutritur, medicamentum autem contra: ipsum enim uincit atque superat corpus cuius fuerit medicamentum: quippe quum utriusque referatur ad aliquid notio. Ostensum praeterea est, medicamentum alterare natum esse aut una quapiam qualitate, nempe aut calfaciendo, aut refrigerando, aut humectando, aut siccando, aut dictorum coniugatione quapiam: aut tota sui substantia, sicuti complura letalium medicamentorum, nec pauca alexiteriorum seu amuletorum, tum purgantia omnia, ac pleraque eorum quae epispastica, hoc est attrahentia nuncupant. Sed de istis quae reliqua sunt infra adijcia. Quae uero una duabus uel qualitatibus in uniuersum corpus nostrum agunt, ea hoc in libro exponam, rursum hic sumpta hypothese superius demonstrata, quod simplicium medicaminum pleraque dissimilari sint partium, reque uera composita: ceterum appellari simplicia, quod cuiusmodi sunt, talia natura sunt, nec quicquam ex nostra industria assumpserint: quinetiam quod quaedam crassarum sunt partium, & terrena suis substantijs, quaedam tenuia & aenea, alia uero aquea, & dictorum media. Haec quum sint superioribus libris demonstrata, hypotheses mihi sunt, ad ea quae nunc dicenda ueniunt. His ergo propositis ordianda iam oratio est.

De usu medicamentorum.

Cap. I.

Sus est frequenter hominibus medicamentorum ob id ipsum tantummodo, ut aut refrigerent, aut humectent, aut calfaciant, aut siccant, aut per coniugationem horum quid agant. Interim uero, ut quod supra modum laxatum est, contendant atque contrahant, aut quod intensum est laxent, aut quod condensatum est rarefaciant, aut rarum condensent, aut durum emolliant, aut immodicam molliem ad dunitatem reuocent, aut plenum eua

H h

Cuent, aut uacuum impleant, aut generis eius quid agant. Nam quisquis perfrige-
rit, non medicus tantum, sed quiuis etiam ex plebe, ab ipsa rei natura ductus, calfa-
ciens medicamen inuenire desiderat: aut ardenti febre æstuans, quod refrigeret.
Sic priuatus quispiam si ulcus habeat nimis molle ac humidum, id medicum desic-
care iubet: aut si siccum & exuccum, humectare. Quinetiam quum siccitatem pa-
riter atque caliditatem toto corpore percipiunt, ceu qui æstuant, siue ulsi sunt, aut
defatigati, lauari expetunt, frigidamq; bibunt, tum quicquid refrigerare, simul &
humectare potest, studiosè exquirunt, uotiq; sæpe compotes fiunt, atque ipsa natu-
ra duce eorum remedia plerique idiotarum inueniunt. At phlegmones, scirri, œ-
dematis, erysipelatis, putredinis, herpetis, gangranæ, nullus ex illis sibi remedium
peruestigandum sumit; tanquam unumquodq; eorum maius iam sit quam pro cas-
ptu hominis plebei, ac scientiam requirat uenerabiliorem. Eam scientiam nuncu-
pant Medicinam, & qui eam exercet, Medicum. Atque hucusque & ipsi proced-
dunt, ut sciant ulcus cauum carne impleri, sordidum purgari debere, æquabile cica-
trice induci. Non tamen norunt quid carne impleat, quid purget, quid cicatrice
inducat. Sic sanè etiam si musculum habeant durum aut tensum laxum ue, quod du-
ro quidem mollientibus sit opus, tenso autem laxantibus, laxo uero contendenti-
bus, id satis perspiciunt: non tamen compertum habent, medicamentum quod aut
emolliat, aut laxet, aut contendat, sed ea inuenire opus est medici. Siquidem inue-
nitione, sed hæcenus, dum calida modo ac frigida, humida ac sicca perquirun-
tur. Verum in ijs quæ modo dicebamus, prorsum rudes reperias. Tametsi, ceu an-
te monuimus, haud omnium tum calfacientium, tum refrigerantium, tum hume-
ctantium, atque exiccantium, æque facilis est atque expedita inuentio. Quippe
quod napy pyrethrumq; exalfaciunt, & portulaca solanumq; refrigerant, tum a-
qua & oleum humectant, & acetum & marina aqua desiccant, penè omnibus non
D medicis duntaxat, sed & idiotis confessum est. At rosaceum an ne calfacere, an re-
frigerare dicendum, similiter acetum, oleum, & eius generis non pauca, ingenti
controuersia iactata sunt. Verum de talium facultate in quatuor ante hunc libris di-
spuauimus. In primo ac secundo sophistarum redarguentes epicheremata, seu in
utranque partem ratiocinationes monstrantes, ueramq; methodum, cuius quis du-
ctu medicamentorum facultates inueniat. In tertio, missis sophistis, omnes ab in-
itio logicas exposuimus quaestiones, quibus maxime insistas, quibus que, ut sic di-
cam, artificiosè efformatus, idoneus sis ac sufficiens, qui medicamentorum omni-
um facultates inuestiges. In quarto de proprijs linguæ sensorijs disserui, quos sapo-
res appellitant, id indicans, quo pacto hinc orsus, primas inuenias tum qualitates,
tum facultates. Attigi porro etiam in extremo libro qualitates odoratus, docens,
quantum itidem & hinc iuuari queas ad primarum inuentionem facultatum. At in
hoc quinto libro aliud mihi propositum est facultatum genus expromere, quas uo-
care potes secundas ac tertias post primas & omnium communes. Siquidem quum
particulatim unumquodq; non pari modo ex illis temperatum sit, aliud, puto, ex ijs
laxatorium euasit, aliud intensorium, aliud emolliens, aut indurans, aut rarefaciens,
aut condensans: tum ex operibus quæ edere nata sunt, facultates in se habere dicta
sunt rarefaciendi, condensandi, emolliendi, indurandi, illinendi, extergendi, attra-
hendi, repellendi, ad hæc laxandi, contendendi, ora referandi, ac contrahendi, in cras-
sandi, extenuandi, dolores sedandi, acciendi (illas ἀνωδύνας, has ὀδυνηρὰς nominant)
concoquendi, puris mouendi, digerendi per halitum, sudoris prouocandi, soporis
conculiandi, stuporis accensendi, animum alienandi (ἐκστασιας nuncupant) urendi,
erodendi, crustam faciendi, fundendi, densandi, succum prauum procreandi, exu-
perandi, purgandi, sistendi, exasperandi, leniendi, infarciendi, fæctu liberandi: ac
quum ulterius etiam procedunt, ac propè particulatim opera appellant, urinas cie-
endi

Aendi, uomitus proritandi, subducendi uentris, ac lubricandi, per nares & os purgan-
di, quas ἐφρίνας & ἀποφλεγμαλικὰς uocant, menses mouendi aut comprimendi, simi-
liter lactis ac seminis tum generandi & extinguendi, tum prouocandi & reprimen-
di, magisq; etiam quum à iecore hepaticas, à liene splenicas, ab auribus oticas, ab o-
culis ophthalmicas, à dentibus odonticas, à coxa ischyadicis, à renibus nephriticas,
à pedibus podagricas, ab articulis arthriticas, à costis pleuriticis, à tussi bechicas, & à
calculis comminuendis λιθωθρυνητικὰς facultates uocitant, ad particulares perueni-
unt. Pari modo quædam dicta est à procreanda in ulceribus carne facultas sarcotica,
ab inducenda cicatrice epulotica, à glutinando colletica, à purgatione cathartica, ab
excrecentia carnis detrahenda catharetica: fereq; numerari nequeant omnes parti-
culatim facultates, si ab unoquoq; singulatim eorum quæ perficiuntur deflexa illis
imponere nomina aggrediamur. Sed præclarior sanè ac methodo dignior est, si mis-
sam facientes orationem tum prolixam, tum confusam, commodis speciebus cõsue-
tas medicamentorum facultates cõpendio definiamus, non puris mouendi aut mi-
tigandi, aut doloris sedandi, aut per halitum digerendi, aut laxandi in triticeæ farinae
cataplasmate facultatem inesse dicentibus, sed modicè tum humidam, tum calidam:
superius nanq; positum est, in quo significato eiusmodi dictione efferrimus. Simili-
ter non urinas, aut menses prouocans, aut bechicum esse medicamen, aut pleuri-
cis, aut peripneumoniacis, aut purulentis (quos ἐμπύους uocant) congruere, aut mor-
bis comitialibus, & spasmodicis, & palpitationibus, & tremoribus, & ruptionibus, &
spasmatibus prodesse, neq; carne implere, aut purgare sinuosa ulcera, aut lateris, iec-
coris, lienis ue dolores sedare, neque chæradas discutere, aut ex ossibus carnes edu-
cere, ad eundem modum neque genituræ profluuium congruere, aut in uteri fomenta
utiliter misceri emollientem & referantem: quin nec quod neuos & ephelides deter-
geat, & inueteratum capitis dolorem sanet, aut foetum corruptat detrahatq;: sed suf-
ficat hæcenus dixisse calidam, hæcenus siccam, & eatenus tenuium partium illis
obuenisse temperiem, sicq; tum omnia quæ nunc memorata sunt, tum longe item
plura indicasse: quin alio quoque modo de ea dixisse sat est amaram esse, sed non
extreme, imò ita ut dulcedo quædam admista appareat. Ac primus doctrinæ mo-
dus empiricorum proprius est, secundus uirum potissimum rationalem decet: atq;
hunc mihi nunc exponere statutum est.

De pus mouentibus, atque emollientibus medicamentis.

Cap. II.



CAeterum uniuersa ea quæ quatuor superioribus libris sunt dicta, pro-
pria sunt ipsius de medicamentis speculationis, nisi si quando per affini-
tatem curandi methodum sermo attingit: at in quo nunc uersamur, ad
illam magis pertinet: quapropter sæpe consilium mihi fuit, omnino in-
tractum præterire. Verum quandoquidem uisum est præexercendos
esse eos qui assequi deberent curandi rationis intentiones, & plerique ex amicis, po-
tissimumq; ij quorum in gratiam hunc tractatum conscribere sum aggressus, ita me
facere censuerunt: idcirco sermonem hunc hoc in libro absoluam, sumpto exordio
ab emollientibus, & pus mouentibus. Quæ quum utraque sint calida humidaque,
diuerso tamen utrunque modo. Hæc enim ceu simillimum corpori in pus mouen-
do calore producentia, absque ulla existentis in eo humiditatis, aut consumptione,
aut adiectione: illa uero ceu maiorem quam pro natura accendentia, ac non nihil
quoque humiditatis contrahentia. Porro perspicua est notaq; pus mouentium no-
tio. Siquidem suppuratio in pus est mutatio.

H h 2

C Tribus modis dicitur molle & durum, partim ut extreme tale, partim ut per excellentiam, partim ut ad symmetrum generis eiusdem, aut speciei, aut quiduis obuium. Cap. 111.



Ed de emollientibus medicamentis, ipsaq; adeo emollitione non perinde simpliciter loqui licet, quia uidelicet nec de duro molliq; corpore. Siquidem partim absolute durum dicitur, ut terra: partim per excessum, ut unguis, calcar, cornu: partim ad symmetrum sui generis aut speciei, ut hoc animal, puta elephas, aut hic homo, puta Hercules: partim ad quiduis obuium collatum, ut Diogenes ad Aristotelem. Pari modo dicitur molle, aut ut summè eiu smodi, aut per excessum, aut ad symmetron sui generis, aut speciei, aut ad quiduis obuium. Quod uero tripliciter quoque id genus omnia dicere liceat, partim ut à mistura aliena, summasq; habentia qualitates à quibus nuncupata sunt, partim ut ad symmetron sui generis aut speciei, partim ad quiduis obuium collata, & quod nihil retulerit, illo an hoc modo dixeris, frequenter mihi ostensum est. Omissis itaq; cæteris significatis, de mollibus durisq;, ut ad optimè cõparatum habitumq; hominem contemlemur, quem sanè regulam ac mensuram statuiamus omnium quæ eum in modum dicuntur: nec tamen ad illius partem quamcumque, puta os adipem ue, sed quæ temperie media est, nempe cutem, maximeq; eam quæ in manibus est, ubi perfecta est tangendi potentia. In unum autè redit, si quod per excessum ad totam substantiam dicitur, sic molle durumq; appellites, quando quidem mediū quoddam est tactus noster: uti & Aristotelis uisum est, & Plato quoq; sensisse uidetur, quū ait. Dura quidem quibus caro nostra cedit. Mollia uero, quæ cedunt carni. Nam cutem hominis eo ipso in libro, Timæo scilicet, genere esse carnem ostendit. Quin & Aristoteles quum ait molle esse quod in se cedit, durum quod non cedit, idem quod Plato sensisse uidetur, & maxime quod ad tactum ea iudicanda censet, tanquam ad medium. Quod uero in comparatione ad quiduis obuium durum est ac molle, id in eo quod magis minusq; cedat, iudicari uidetur. Quin & ipsam cutem nostram aut musculum quum induratum dicimus, cum naturali eius statu aduentitium affectum conferentes ita nominamus. Sanè corporum hoc pacto affectorum ad statum naturalem reditus emollitio est.

Quot modis sunt dura: nempe aut resiccatione, aut concretionem, aut nimia impletione, aut harum coniugatione quapiam. Cap. 1111.



Orrò quum uariè quidque durius efficiatur, nempe aut siccescens, aut concrescens, aut nimia repletione, adeo ut uehementer distendatur, aut coniugatione quapiam, sequitur ut & propria suaq; cuiq; emolliendi sit ratio. Itaq; de omnibus deinceps distinguamus. Interim illud prius eomonefacientes, nominum uerborumq; copiam plerunq; nō esse indicorum, sed potius eius cõtrarium: illiberalem uero tum esse, quum nō est necesse de illis distinguere. Nam ita & Plato prodidit. Et nobis in præsens necessitas incumbit de duri significatis definire, principio rursus ab ijs desumpto quæ modo dicere desijimus. Nam quod in se cedit, molle est, si quidem corpus simplex fuerit. Siquidem quod ex pluribus constat aut sese contingentibus, sicut tritici acerus, aut inuicem implicatis, ut lana & pili, simul & cedere potest, nec tamen esse molle. Contra in ijs quæ summè plena sunt, uelut utres, uesicæq;, neutrum latius in se cedit, nec tamen quod continetur durum est, sicut nec quod continet ubi impletum est, durius seipso euasit, aut aduentitium alium affectum est adeptū, nisi quod nunc tensum est, quod hæcenus fuerat laxum. Quamobrem ego id renitens, Græcè αντίτηνον, non durum appello, quando nimirum accuratius loqui propono. Permitto tamen qui uelit durum appellare: quin & ipse persæpe sic nuncupo. Sed illud tamen moneo, non uanam esse induratum naturam, neque unam medelam. Nam quod à siccitate induratum est, humectari postulat: quod uero à congelatione, excalfieri: quod autem à repletione,

A repletione, inaniri: quod denique à siccitate simul concretionemq;, humectari simul ac concalescere: quod uero à congelatione pariter & impletione, pariter quoque & calferi & euacuari. Siccantur itaq; corpora citra congelationem, tum in ualidis exercitijs, tum in sole feruenti, tum in inedia ingenti, tum in febre ardenti, & medicamentis quæ ita siccant ut non refrigerent quoque. Congelantur à uehementi duntaxat frigore, sicut sanè & implentur à largi tantum humoris affluxu. At siccantur si mol & congelantur coeuntibus quæ simul conuenire possunt causis: ut si quis supra modum laboret in frigore. Sic quoque replentur simul & congelantur ab influxu frigido, ac partis refrigeratione. Frigoris rursus causa triplex est: una à foris incidentibus, puta, aère, aqua, medicamento, quod sæpe factitant in erysipelatis. Altera est propria patientis particulæ temperies. Tertia ab influente in ipsam humore prouenit. Nam is sæpenumero seipso calidior effectus est, aut putrescens, aut contactu calidarum natura partium alterascens, quum interim quod partibus natura frigidioribus affricuit frigus, plurimo perdurat tempore. Atque tot quidem modis corpora tum indurantur, tum molliuntur. At medicamen emolliens (Græcè uocant μαλακτικόν) non de omnibus ijs modis efferre uidentur, sed peculiariter de ijs quæ congelatione induruerunt, magisq; etiam si in eis contentus sit humor præter naturam, uelut in scirrosis. Quippe si à siccitate induruerit, humectare, non mollire id præcipiunt, sicut impleta euacuare, non emollire. Sed de nominibus neque contendere honestum est, neq; curiosum esse est necesse: uerum rerū insistere diuersitatibus præstat: in quibus si quid peccatur, ingens ægrotis damnum malumq; prouenit. Itaque quod resiccatum est, humectantia poscit remedia, de quibus supra abunde distuleri. At quod à frigore cõgelatum est, excalfaciencia postulat: quæ nec ipsa obscura sunt. At quod impletum est, aut refrigerantia requirit, aut excalfaciencia, aut quæ proprie uocantur siccantia. Vniuersa siquidem hæc humorem superfluum euacuant, sed sua ac peculiari quodque ratione. Frigida quidem duobus modis, nempe repellentia, simulq; cum calore multam eduentia humiditatem, sicut Aristoteles docuit. Quæ uero excalfaciunt, dum contentum in incalcescentibus corporibus humorem in uapores dissoluunt. Quæ autem desiccant, uelut quæ uocantur diaphoretica, hoc est per halitum digerentia, & ipsa duplici ratione, aut humores ebibentia quum poris quibusdam insunt, aut totam alterantia partem. Verum quando tempestiuus cuiusque sit usus, non est præsentis negocij definire, sed ad curandi attinet methodum. Quæ uero à frigore pariter & siccitate induruere, ea excalfacere pariter & madefacere expedit, non sicut pus mouentia calore & humiditate, secundum naturam attemperatis, sed tanto esse medicamen expedit calidius, quanto exuperauit frigiditas: tantoq; siccius, quanto & uicit siccitas. In quibus mensuram finire ad curandi itidem methodum pertinet. Sufficiat autem hic medicamentorum speciei formulam quandam exponere, idq; pauculis exemplis. Igitur oleum & aqua calida humectant simul & excalfaciunt. Quod si ambo in unum misceantur, multo magis tum excalfaciet, tum humectabit quod ex ambobus erit mistum, sicut aquæ potabilis balnea cum oleo copioso exhibita. Idem efficit eduliorum qualitas, si similiter habeat. Itaq; ingentis famis, quam βουλιμίαν nominant, illiusmodi sunt remedia. Est enim ea affectio frigiditas iuncta siccitati: & sanatio eius per contraria perficitur. Verū ita men cataplasma quod ex farina triticea cõficitur, in temperatis naturis pus mouens, nec quicquā naturalis partium humiditatis aufert, quod quidem relatu sit dignum: multoq; magis nec apponit, sicut nec calorem intendere potest, nec hebetare, sed tantum in substantia ipsa augere. Cæterum non idem est, qualitatem intendere, & augere substantiam. Sed hæc paulò post accuratius ostendam. Attamen id genus medicamenta humida calidaq; dicimus, non ceu calidiora humidioraque quam, non sicut sit substantia, sed ceu similem habentia nobis temperiem, quæ calida & humida est iuxta ucterem sermonem, uelut in libris de Temperamentis ostendimus. Nec ta

C men sic aquam humidam aut † galbanum calidum dicitur, sed illam tanquā quæ
 † *vetus in* carnem nostram riget, hoc tanquā quod calfaciat, Nam tametsi aqua calida euacu-
terpres le are quæ per humorum influxum contumuerunt ualeat, similes tamen partes sal-
git, ignis. tem omnino humectat, sicut in primo libro à me monstratum est.

De medicamentis pus mouentibus.

Cap. V.

Medicamenta itaque quæ pus mouent, eò quòd perinde ut aqua calida
 excafaciant, superfluum in spatijs uacuis contentum humorem per ha-
 litum digerunt: sicut in libello de inæquali intemperie monstrauimus.
 Ipsi tamen similaribus corporibus secundum naturam affectis, humi-
 ditatis nihil neque adijciunt, neque adimunt, quod quidem manifestum
 sit, & sentiri queat. Quippe quum temperaturam possideant æqualem ac parem,
 earum substantiam tueri potius quàm alterare possunt. Nam in suppurationibus hu-
 miditas quidem alteratur, itemque si qua sit caro contusa: cætera uero quæ secundum
 naturam habent, substantiam suam seruant. Etenim quum tres in animalium corpo-
 re fiant alterationes: una planè secundum naturam est, quum uidelicet in uentre ci-
 bus coquitur, aut in uisceribus & uasis qui inibi generat succus, unde rursus pars
 unaquæque nutriatur. Altera contra planè præter naturam, nempe in putrescentibus
 omnibus. Atque hæc quodammodo inuicem sibi contrariæ sunt. Tertia ex utraque mi-
 sta & media est, partim secundum naturam existens, partim præter naturam. Si qui-
 dem alterationi secundum naturam duo hæc insunt, ut & ex familiari animantis natura
 fiat alteratio, & ab ingenito calore planè superetur. Eius uero quæ præter naturam est,
 & ab aliena caliditate mutatio prouenit, & ad nihil utile. At media earum, quæ scilicet
 cet suppurationes comitatur, ab ingenito quidem sit calore, sed non planè uincente:
 neque enim ex materia peragitur quæ prorsum benigna sit, neque tamen ex omni-
 no aliena. Itaque quemadmodum naturales alterationes, quæ ab innato proueniunt
 calore, à simili extrinsecus iuuantur, pari modo & quæ in mouendo pure conspici-
 tur. Nam quid æquè concoctioni uentris conferre nouimus, atque corpus huma-
 num illi impostum? Proinde quidam pueros noctu admouentes per quietem, lon-
 ge euidentissimum adiuuentum sentiunt. Conferat siquidem amplius, magisque mul-
 to familiaris est eo calore qui à fomentis paratur. Eiusdem gratia utilitatis quidam par-
 uos catellos per quietem uentri imponunt, copiam coquentis cibos caliditatis adau-
 gentes, non qualitate. Tale esse debet quod ad mouendum pus adhibebitur medi-
 camentum, qualis est in naturis temperatis calor natiuus. At si iusto calidior natura
 fuerit, in eo corpore, quod pus mouebit medicamen, calidius sit oportet: tanto nimi-
 rum temperato calidius, quanto & natura eius temperatam in caliditate exuperat.
 Itaque clarum iam illud est ex curandi methodo, cuiusque singulatim hominis suum
 ac proprium esse puris mouendi medicamentum. Nec minus illud constat, quod sæ-
 penumero iam demonstratum, horum comprobatur testimonio, omnes medica-
 mentorum facultates ut ad optimè temperatum hominem explorandas. Si quidem
 nulla constitui ars posset, nisi prius uelut regula ac scopo generi materię in qua uer-
 fatur constituto, ad illum iam particularia omnia dirigantur. Rursus ergo propo-
 sito tanquam scopo quodam in hoc sermone optimè temperato homine, eius respe-
 ctu aliud esse dicimus medicamentum pus mouens, quàm quod indurata emolli-
 esseque eorum temperaturas, quas superius esse posuimus, eius quidem quod natura
 in mouendo pure auxilio est commoderatam & similem ei corpori cui admoue-
 tur: ac proinde quod natura nostra humida sit & calida, humida calidaque medica-
 menta eiusmodi frequenter appellari. Eius uero quod indurata emollit, temperata
 natura multò calidior, non tamen iam ualde calidam.

De ortu

De ortu scirri.

Cap. VI.



Ritur autem induratorum affectio ex fluxione uiscosa & crassa, paruis
 particulæ poris siue meatibus impacta. Digestio uero per halitum quod
 tenue est eius ac subtile, ac deinde quod reliquum est refrigerato ac ue-
 lut congelato, uocata sequitur scirrosis, ac proinde frigidum pathos aiunt,
 & per calfacientia curari. Porro quoniam cum frigiditate humor re-
 dundat superfluum, idcirco etiam compositam eius esse medelam, ob refrigeratio-
 nem scilicet excafacientia poscente affectu, ob alienam uero & superuacaneam hu-
 miditatem, euacuatia. Unde fit ut eorum quæ scirri in morem indurata sunt, nullum
 curari ualeat, neque à ualide exiccantibus, neque à fortiter excafacientibus, neque ab ijs
 quæ utraq; hæc præstare possunt. Nam quæ ualide excafaciunt, hærens ac conten-
 tum in particula humidum uiolenter digerentia atque elicentia, reliquum omne
 desiccant, & incurabile constituunt: quæ uero fortiter desiccant, etiam si non exca-
 faciant, tamen ipsa non per medium, euacuando scilicet quod subtile est, sed ex pro-
 fesso, ac ex natura sua ad summam siccitatem infixam particulæ fluxionem adigunt.
 Sola igitur ea quæ calfaciunt, sed non admodum, unaque exiccant non magnopere,
 eiusmodi sanare affectus possunt: uocanturque ea medicamenta Græcè μαλακτικά,
 Latine emollientia nomino, eodem tempore utrunque agentia, nempe quod conge-
 latum est fundentia, & sensum per halitum digerentia.

*Emollientia medicamenta in hoc à pus mouentibus differunt, quòd emollientia calidiora sunt &
 moderate desiccant existentem in partibus humiditatem: pus autem mouentia corporibus
 quidem nostris similem calorem obtinent, sed tamen existentem in eis humi-
 ditatem seruant.*


Cap. VII.



Vapropter calida sunt id genus medicamenta, nec admodum sicca, à
 pus mouentibus eo dissidentia, quòd calidiora sint, & sicciora. Illa e-
 nim cognatam ac simillimam corporibus nostris caliditatem possident:
 emollientia uero licet ualidiorem habeant, non tantam tamen ut attra-
 ctionis uiolentia reliquum desiccant. Præterea ea quæ pus mouent, hu-
 morem qui præfuit in partibus induratis, seruāt: emollientia uero paulum quiddam
 eius absument. Proinde quamuis innumera sint calfacientia simul atque exiccantia
 medicamenta, sola tamen ea que conuenientem ac symmetrum calorem possident,
 unaque illi respondentem sortita sunt siccitatem, mollire quæ scirri instar indurata
 sunt possunt, quale est bdellium, styrax, galbanum, thymiana ammoniacū, medul-
 la tum ceruina, tum uitulina, adeps caprinus, & taurinus, & quæ eius sunt generis.
 Nam nunc consilium non est omnem expromere materiam, sed unam de id genus
 facultatibus omnibus generalem constituere doctrinam. Præstat nanque in gene-
 re de pus mouentibus atque emollientibus cognoscere, quòd illa æqualem accen-
 dunt calorem ei qui est in homine secundum naturam: quæ uero emolliunt, mul-
 to maiorem. Quocirca illa quidem quantitate potius quàm qualitate caloris agere
 sunt nata: at quæ indurata emolliunt, qualitate potius. Itaque si in parte quæ sup-
 puratione indiget, assiduo impositas seruare manus, aut aliam quamuis partem pos-
 sibile foret, celerrimè sic suppuratio procederet. Pari quoque modo si medicamen-
 tum hominis temperaturæ sit quam simillimum, ocyssimè concoquet quod in pus
 uerti debet, ut est nonnunquam caro, nimirum ubi contusa fuerit: interdum uero
 humor qui phlegmonem produxit.

Quòd pus mouentia etiam emplastica esse conueniat.

Cap. VIII.



Vinetiam quòd emplasticum esse debeat eius generis medicamentum,
 & ipsum liquido mihi apparere uidetur. Nam si substantiam innati calo-
 ris augere, non intendere qualitatē ipsam conueniat, poros corporis ob-
 structos esse necessum est, quò uidelicet halituosos transpiratus includat.

Hh 4

C Siquidem ea cataplasmata quæ aut detergentia, aut ualidius excofciantia, hactenus diffiliari permittunt, exiccant quidem, sed pus non mouent. Talis est hordeacea, cicerum, fœnigræci, fabaceæq; farina, amplius etiam erina, eruina, panici, lupinorum, milij, omniumq; adeo exiccantium: quippe quum tum per ea quæ detergent, etiam si non admodum excofciant, sed quia obstructione liberant, referantq; meatus, unâ quoq; calor particulæ euolet, ut naturalis haudquaquam seruetur commoderatio: tum ab admodum excofciantibus huius etiam non parum uacuetur, & qui reliquus est incalescat: ex quo fit ut natiui caloris substantia diminuatur, sed qualitas intendatur. Quorum neutrum fieri expedit, uerum halituosum & calidum spiritum contineri quamplurimum, & ad unguem caliditate symmetrum: quippe quum hic in pueris copiosissimus, omnes actiones naturales adaugeat. Sed sunt quos id fugit, & cum hoc quod ignorent, Hippocratem insuper accusare non uerentur, quod dixerit crescentia plurimum habere caloris innati. Sed nos dicta eius haud perperam capere oportet, ac cognoscere innatū dixisse calorem, quem in quoq; animantium spiritum nominamus, de quo & Aristoteles scriptum reliquit. Verum nihil prohibet, sanguineâ substantiam simulq; aëriam unâ cum spiritu calidum inaudire innatum. Ac Stoici quidem hunc ipsum spiritum animæ esse substantiam autumant. Nos sanè de animæ substantia non admodum pronuciare quippiâ audemus, & ad præsens superuacaneum arbitramur. Quanquam nos iam antè spiritum innatū, etiam si non sit animæ essentia, saltem primum eius esse instrumentum in commentarijs de Hippocratis Platonisq; placitis demonstrauius: & certe dicimus eum spiritum in omnibus animantis contineri partibus, sed non undiquaque esse sui similem, ueluti nec sanguinem, esse necesse. Tum in spatijs inanibus non paruam eius inesse substantiam, imò potius uelut materiam quandam leuiculam etiamnum mutationem exposcentem ad innati spiritus qualitatibus suis absoluti generationem, nihilo secius tamen iam tum etiam admodum ad naturalia opera conducentem. Porro autem unum ex naturalibus operibus est, ea quæ in pus fit conuersio. Nam & illic quædam perficitur coctio. Quum autem coquere consilium est, quamplurimum, meo iudicio, spiritum seruari intus oportet. Atqui digeritur tum ab euaporantibus ac detergentibus, qualis est hordeacea fabaceæq; farina: tum à resiccantibus, qualis est panici, lupinorū, milij: tum ab excofciantibus, qualis est fœnigræci. Quin multò etiam magis ab ijs quæ simul & excofcere & resiccare possunt, puta lolio, eruo, cicere, ochris. Porro omnium ad puris generationem aptissimum est, ex ijs utiq; quæ perfunduntur, aqua temperata, aut cui additum oleum est, quod hydrelæum Græci uocant: ex ijs uero quæ irrigantur, oleum temperatum. At ex ijs quæ ex hydrelæo illinuntur, farina triticea, & panis ipse. Sed is modicè coctus sit oportet. Nam qui plurimum coctus est, quodammodo sicciore est, aptusq; phlegmonis quæ ægrius concoctionem admittunt: qui uero minus, ijs quæ admodum calidæ sunt, atque, ut sic dixerim, feruent, congruit. Tum cui plus additum olei fuerit, pertinacius coctio ni aduersantibus conuenit. Cui minus, feruentibus magis competit. Et sanè quod ex pane conficitur cataplasma, difficulter coctioni cedentibus phlegmonis idoneum est, siquidem panis tum sal, tum fermentum admistum est. Quod uero ex triticea farina præparatum est, calidioribus utilius est. Et ipsius etiam triticeæ farine quæ pura est, tum panis quoque qui putus est, puri mouendo competentior est, nimium quum furfur minus sit calidum, & magis desiccet. Farina autem pura, quæq; alere est nata, humida est & calida: qualia certe ad pus producendum conferre ostendimus. Itaq; medicamenta quæ phlegmone tentatis imponuntur partibus, si calida sint & humida, ad pus mouendum conducunt, uti adeps suillus, & uitulinus. Nam tauri & capræ aciora esse ostendimus: quamobrem phlegmonis tum frigidioribus, tum durioribus magis congruunt. At suillus ijs quæ proprie phlegmonæ appellantur, familiarissimus est. Est & adeps gallinaceorum familiarissimus, magisque etiam anserum,

A anserum, quodammodo tamen ad digerendum potentior: est enim substantia sua tenuior, sicut & bubulus & caprarum crassior & terrenus magis. Quin & agrestium animalium omnium acrior est adeps simulq; sicciore multò quam domesticorum, maximeq; pardalis & leonis. Quare horum nullus omnino puri mouendo idoneus est, sed, ut dixi, suillus & uitulinus. Porro pus mouent & pix, & resina, nempe oleo quopiam aut rosaceo subactæ. Sed & hic ad feruentes phlegmonas ex rosacco eas liquare oportet: ad frigidiores uero excofciantium quopiam, puta cicino, raphanino, ueteri sicyonæ. Quod si quando sola utaris cera, alijs ad manum nullis, ad pus mouendum, & ipsam in excofciantium quopiam dissoluere oportebit: quippe quum ipsa per se minus sit calida quam ut pus mouere possit. Siquidem illinendi certe uim obtinet. Solis itaque feruentibus phlegmonis apta est, ex calidorum oleorum quopiam liquata. Verum quemadmodum hæc symmetria ac mediocritate inferior est, ut ad medias temperie phlegmonas, hominumq; & partium naturas, sic paulum quiddam excedunt resina & pix. Quapropter hæc omnia simul mista moderate pus mouent. Sed hæc iam ad tractatum de medicamentorum compositione attinent, quem ut aliquatenus attingeremus, speculationis ipsius nos sequela adigit. Rursum ergo ad propositum reuertor. Est autem propositum, definire quæ sit in genere pus mouentium natura. Dictum uero est, quod modicè eam humectantem & excofciantem esse oporteat: quod alijs uerbis est, ut neque excellat, neque inferius sit temperatura corporis ipsum immutantis, sed quoad fieri possit simillimum. Cæterum quod medicamentum puri mouendo idoneum tale sit facultate, & actu, siue energia fiat eiusmodi, dum corpori nostro admotum est, sæpenumero iam antè dictum est: sed nunc nihilo secius id repetimus, quandoquidem utrobique eius meminit oportet. Atq; eiusmodi est pus mouentis medicamenti temperies. Porro corporis ipsius constitutio emplastica est: quæ maxime pollent quæ lenta & uiscosa sunt, uelut adeps porcini, butyrum, thus, & quod ex farina triticea conficitur cataplasma: quippe quæ moderate tum calida, tum humida lentaq; sunt, ac proinde puri mouendo idonea. Chondrus tamen farina triticea sicciore est, quamquam nihilo minus lentus sit, nisi forte etiam amplius: unde fit ut in medijs phlegmonis puri mouendo ineptior, in humidioribus etiam triticea farina præstantior sit. Verum & hæc iam præsentis commentationis limites excedunt. Itaque denuo ad medicamenta duritates emollientia reuertor, hæcenus & hic curandi methodum attingens, quantum dicendum claritati conducit. Scirrurum uocant tumorem præter naturam, doloris uacuum, sed durum. Sunt autem inter eos quidam, qui ubi plurimum increuerint, simul atq; indurati fuerint, non modo dolore carent, uerum etiam sensum exiguum, aut etiam nullum habent reliquum: porro nascuntur ex humore crasso & frigido, quales sunt in animalium corporibus duntaxat duo, bilis uidelicet atra, & superexiccata pituita. Proinde tumores scirrosi omnino aut pituitosæ sunt substantiæ, aut atrabilaria, aut ex utraq; misti. Sed de agnitione eorum non est nunc tempestiuum differere, uerum de medicamentis emollientibus illud ut nunc dicam opportunum est, nempe quod proprie uocantur emollientia, quæ medentur scirrosi tumores ex pituita resiccata crassoq; humore prognatis. Consueuerunt autem ij potissimum in musculorum capitibus, & qui ex eis prodeunt tendonibus consistere. At quæ ab atrabilario succo duruerunt, cancrofa sunt omnia, & ab emollientibus medicinis exasperantur. Sed horum quo pacto meminisse oporteat, in commentarijs methodi curandi docuimus. Quæ uero à lento crassoq; humore congelato indurata sunt, calida poscunt siccaq; medicamenta, sed non tamen quæ ualida sunt ac uiolenta: sed sufficit interim ut secundi aut tertij sint ordinis excofciantium, primi exiccantium. Porro quæ non exigua sit in corporibus induratis maioris minorisq; latitudo, necesse utique est & medicamentorum illis indentium non paruam esse latitudinem. Siquidem adeps caprinus, & gallinarū, quæ sic indurata fuere iuuauerunt. Verum illi quidem imbecilli

C ut crassos lentosque humores extenuandi uim obtineant, sicut emplasticis omnibus crassos lentosque corporis succos reddedi: quamobrem lentis ac pituitosis thoracis pulmonisque humoribus, aut puri & incidendis & extenuandis & educendis aptiora inueniuntur alia praeter istis medicamenta nequeas: ipsi istis & iocinoris obstructiones expurges, & modicas etiam lienis: nam quae maiores sunt, uehementiora desiderant, nempe caparis corticem, radices tamarices, scolopendrium, & scillam, & eam quae id ipsum nomine representat, asplenos appellata. Sed tamen istis utendum in quoque uiscerum est: ad secur, ipsis per sese duntaxat: ad lienem uero, mistis aceto, aut ei in coctis: ad thoracem pulmonemque, melicrato, ptisanæ, oxymeliti, aut dulcium uinorum cuiuspiam. Sed haec ad curandi pertinent methodum, proinde in praesens rationibus ea confirmare omitto. Nam & in illo opere, & in alio quod De componendis medicamentis inscribetur, eas explicabo.

Quod urinam cientia ex acrimonia genere sint, ac proinde calida & sicca, tum quod sanguinem serosum segregent, crassum uero cogant. Cap. XII.



Rorro quae necesse est ut dictis adiciam, ea duntaxat expromam, nempe quum plurimam mouere urinam annitumur, non admodum dictis utendum pharmacis, sed quae acriora sunt, & magis excalfaciunt. Dictum siquidem supra est, acre omne esse calidum: eius generis sunt semen apij, petroselinum, feniculi, dauci, agrioselinum, smyrnij, & sanè ipsum quoque selsi, & ammi, & phu, & meon, & asaron, & acoron, a quibus sanguis non extenuatur duntaxat, sed & funditur ac secernitur, non secus atque lac quod coagulatur, seroso uidelicet & tenui seorsum segregato, crasso uero in sese coeunte. Siquidem quod facillime ad se attrahant renes quod in sanguine aequum tenuerit ac serosum est, utraque haec conferunt, nempe totius sanguinis primum fusio, deinde segregatio, quorum neutrum absque ualido calore peragi queat. Quamobrem puris ex thorace expuitione ea omnia aduersa sunt: quippe quum natura eorum sit tum excalfactoria exiccatoriaque, tum etiam secretoria, & coactoria. Cogitur quidem in sese quod crassum est, excernitur uero ac secernitur in ipso coactu quod in sanguine serosum ac tenue defertur. Atque hoc ad sese trahere renes anteuertunt: quod uero coactum est atque exiccatum, haud etiam facile expuitur. Proinde ut modo posui, incidendi uim habeat eiusmodi medicamentum oportet, sed non tamen insigniter calidam, ne uidelicet ualide desiccet: ac eiusdem profecto commoditatis gratia cum sorbitiunculis potionibusque humectantibus exhiberi postulat. At quae renes expurgant, & ipsa quidem incidentia sunt, uerum larga humiditate non indigent. Porro quae callosas siue tophaceas consistentias incidere sunt idonea, & ipsa utique admodum incidunt, sed minimum caloris possident. Quippe caliditas callum parum uel ipsa contrahit ac procreat, non incidit neque diuidit. At quae minus sunt calida, cum hoc quod incidere ualeant, meliora quoque sunt, uelut radices regionum asparagorum, & rubi, & betonica, & polium, tum ochra, & uitrū ustum, & ex scilla confectum acetum, & quae sunt eius generis. At Thessalus insulissimus atque imperitissimus, sicut plerumque alia artis contumeliosius ac probrius immerito afficit, ita & haec quoque discerpere contendit, nullum esse medicamentum censens quod proprie sit aut hepaticum, aut nephriticum, aut pleuriticum.

Quod rarefacientium temperies moderata sit tum caliditatis, tum siccitatis, consistentiae uero tenuium partium: anastomoticoorum autem tum calidior, tum etiam mordax atque acris, ac crassarum partium: porro condensantium adstringens & aquea potius: stipantium uero, siue scyvalinorum crassarum partium, & frigida. Cap. XIII.



Ed illius peccata alijs libris detegam. In praesenti autem libro reliquas simplicium medicamentorum facultates edisseram, exordio rursus ab aperientibus ac rarefacientibus (illa anastomotica, haec aræutica nominantur) desumpto. Vident enim & haec quaedam sanè modo iam dictis esse uicina, nempe quae

Ape quae extergere, incidere, obstructiones tollere, diuidereque diximus: quanquam non undiquaque esse similia. Sanè & horum ante omnia distinguenda notio est, ac sic inquirenda substantia. Quae cutis meatus reserant, rarefacientia dicimus: quae uero uasorum oscula, aperientia. Quin & illis contrariorum, quod poros contrahit, condensans appellat: quod autem osculum occludit, haud etiam proprio designant nomine, sed generalioribus, puta contrahens, occludens, constringens, obstruens nominant. Porro utriusque natura sic habet: rarefacientium quidem tum modice calida est, tum minimè desiccans, tum tenuium partium: aperientium uero, tum crassarum partium, tum acris ac mordax. His porro contrariorum, condensantium quidem frigida sanè, sed non terrena, neque aëria, sed potius aquea. Eorum autem quae aperientes siue anastomoticas occludunt, crassarum partium, & frigida. Exempla horum sunt, rarefacientis quidem naturae chamamelum, & althea, & quod ex ipsis praeparatur oleum, nec minus quod ex agrestibus conficitur cucumeribus. Quin & uetus, & cinum, & raphaninum oleum ex eadem sunt nota. Aperientis uero facultatis, quae acria sunt simulque terrena, cyclaminus, allia, cepe, fel taurinum: unguentorumque adeo omnium quae simul crassarum sunt partium, & calida, subsidentia: cuiusmodi est irinum, & amaricinum: quae utique & occaecatas aperient haemorrhoidas. Porro quae uteri os a phlegmone, aut scirro, aut ariditate occlusum aperire dicuntur, ex accidenti, non autem primario & per se eiusmodi habere facultatem censentur, uelut nec ea quae labiorum a phlegmone occlusorum, aut genarum, aut narium, aut gutturis, aut praeputij, aut sedis, aut alterius eiusmodi osculi instrumenti phlegmonem sanant, atque occlusionem corrigunt. Ea namque phlegmonem soluere dici possunt, haudquaquam aperientia siue anastomotica. Peccat sanè in istis Dioscorides, nonnunquam aperientis inquietis facultatis medicamentum quod laxat, aut emollit, aut humectat, aut phlegmonem soluit. Atque rarefacientium & aperientium eiusmodi sunt essentiae. At eorum quae ipsis contraria sunt condensantium quidem, aquae est frigida, semper uiui, portulacae, tribuli uiridis, psyllij, herbæ quam muris aurem uocitant, lenticulae palustris, & ut semel dicam, quaecumque refrigerant, sed non adstringunt. Proinde & mandragora, cicuta, altereum, papauer, ipsas nunc dico herbas, si quis modice utatur, condensandi uim obtinent: sin liberalius, non modo condensandi, sed & obstupesciendi: si uero etiam plurimum, non tantum obstupesciendi, sed & enecandi. At eorum quae aperientibus aduersantur, substantia, quae sit crassarum partium, & frigida, adstringentium est omnium, quae quidem admistam non habent acrimoniam. Quorum sanè materiae abunde multa posuimus in quarto huius exempla: in quo & essentiam eiusmodi medicaminum terrenam frigidamque exposuimus. Mirum ergo uideri non debet, si sola contrahere occludereque possit aperta praeter naturam uasorum oscula: soli enim huic, quaecumque requirunt ea quae contrahi debent, omnia adsunt: nimirum quae consistentiae crassitudine foris incumbat, nec paruos meatus penetrare possit, tum frigiditate sua intro premat, atque undiquaque in sese contacta uicinaque corpora cogat ac contrahat. Nam proinde quod desiccet (eiusmodi enim esse ostensum est quicquid adstringit) humorem depascitur, & partem roborat. Itaque si haec omnia conueniant, osculum cludetur, ceu a manibus foris, ipsis nimirum adstringentis substantiae partibus contractum. Ea uero medicamenta quae frigida quidem sunt aut aequae, aut amplius, sed substantiam sortita sunt aqueam, ea inquam, debilitat & contrahunt & constringunt, nimirum propter mollitiem: quippe quicquid ualenter tum constipare, tum constringere debet, robur quoddam renitens & durum habere oportet: quae quum careant medicamentata naturae magis aqueae, tenues quidem poros in uno quoque corpore contrahunt atque condensant, ceterum instrumentum undiquaque totum constringere nequeunt. Quamobrem merito talia condensantia quaedam sunt (græce πυκνωτικά) non tamen obstruentia, græce στεγνυτικά dicta. Intelligas nunc uelim obstruentia siue stegnotica me dicere corpora, quae sensibiles excretiones

Cohibent: corpus enim stegnoticum, quod *στυδ*, siue claudit ac continet in se, ne quicquam quod sensu queat percipi, ex sese emittit, Græcè *στυγος* nuncupatur. Atque hæc eiusmodi sunt tum temperaturæ, tum facultatis: at rarefacientia prorsum quidem calfaciunt: nec enim aliter diffundere & laxare possent substantiâ: ad quod consequitur, ut & pori dilatentur. Debent autem non admodum esse calida temperie: siquidem ea iam acria sunt, & inhorre faciunt: neque item exiccatoria: nam & hæc sensilia corpora colliquant, doloremque in ipsis excitant.

Quod escharotica crassæ sint consistentiæ, ac uehementer caustica, siue urentia: adeo ut corpus sensibilibiter colligent: at septica, quæ uidelicet non dicuntur proprie caustica, & ipsa colliquare sunt nata: non tamen tam ualenter quam escharotica: ad hæc consistentia sunt tenui, ac proinde latentem moluntur colliquationem. Cap. XIII.



DTaque quæ citra molestiam excalfaciunt, ea sola omnium sunt rarefacientia. Si uero non modo calida fuerint, sed etiam consistentia crassa, si quidem uehementia sint, & caustica, hoc est urentia, & ignis instar corpus colliquant, & sæpe escharas, hoc est crustas, ritu cauterij efficiunt. Porro si debilius quam ut urere possint calfaciant, anastomoticam, siue aperiendi uim obtinent. Itaque medicamen omne anastomoticum essentia quidem terrea, simulque ignea est, hæc tamen excalfaciunt, ut non dum urat. Si porro causticum sit, non tamen uehementer, præterea essentia tenuioris, id plane ab omni aberit mordacitate: aut cum exiguo tum dolore, tum morfu carnosas partes eliquabit. Nam quod non confertim alterat, uti quæ uehementer sunt calida, quodque non ægre penetrat, sicut quæ crassæ sunt essentia, latentem ea actionem obtinent. Siquidem alterationum subitæ confertaque mutationes maximè sensibiles sunt, tum peretrationum quæ uiolentiæ sunt. Quippe quod in crassa essentia causticum est, id cuiuscunque in hæserit parti, stipitis ritu in fluxum ex cruciat. Verum hoc quidem escharoticum est, perinde ut caustica: cæterum de quibus nunc agitur, crustam non faciunt, & uocantur septica, hoc est putrefacientia, haud quidem appellatione propria (nam quæ uerè sunt septica, humectant simul & calfaciunt) ueruntamen symptomatis similitudo, ut sic appellemus, efficit: utpote quum ab utriusque nullo doloris sensu fiat corruptio. Multis enim modis corrumpi quid potest. Siquidem quæ nimio plus refrigerata sunt aut excalfacta, tum exiccata aut humectata, ea omnia corrumpuntur: cæterum non quicquid corrumpitur, *σπυδα*, hoc est putrescere dicimus, sed quibus id cum foetore accidit. Sed de nominibus non admodum esse sollicitum oportet: uerum nouisse expedit ea medicamina, quæ septa & septica nuncupantur, ut sunt atripigmentum (*ατριπυγνόν* Græci uocant) sandaraca, chrysocolla, dryopteris, pityocampe, aconitum, omnia tum liquare, tum colliquare, ac potissimum carnem tenellam, idque absque dolore. Sed sunt inter ea quæ proprie uocant cathartica, hoc est detraetoria, eisque utuntur ad inducendam ulceribus excrecentibus cicatricem. Sunt tamen & ipsa eiusdem genere facultatis, septices scilicet: uerum tantulo imbecillioris, quod extimam modo superficiem quam contigerint detrahant, non tamen in altum subire ualeant, uelut asinæ petrae flos: quanquam nec ipsius reuera facultatis cicatricem inducentis, quam uocant *επουλωτικόν*. Siquidem quæ huius sunt facultatis, non detrahent, neque liquare carnem sunt nata, uerum indurare & desiccare, cuiusmodi sunt alumen, galla omphacitis uocata, æs cõbustum, maximè lotum: nam quod lotum non est, quiddam obtinet catharticum, uelut & æris squama. Nam quod lotum est, omnium medicaminum cicatricem inducentium longe præstantissimum est: quippe quod probe cicatricem inducit, modice adstringat oportet atque desiccet. Quapropter spinæ ægyptiæ fructus, & mali granati putamina sicca, & eius generis uniuersa cicatrici inducendæ sunt medicamina.

Quod

A Quod cicatricem inducentia medicamenta adstrictoria esse & desiccatoria conueniat: quæ uero ulcerum caua implent, mediocriter extergentia, & morfu uacantia. Cap. XV.



Aeternum confusa est apud plerosque medicorum non solum appellatio, uerumetiam omnium id genus medicaminum facultatis cognitio. Siquidem quæ carnem detrahent ac colliquare sunt nata, ea nonnunquam nominant epulotica, hoc est cicatricem inducentia, scilicet quod horum sæpe usu ulcera ad cicatricem perueniant, sed id neque primario, neque peculiari ipsorum facultate, neque in omni usu sequitur. Siquidem ad exactum pulueris leuorem redacta id genus medicamenta per specilli cuspidem carnem leuiter contingentia, ad cicatricem ulcera perdunt. At si paulo largius utant, mordicant colliquantque carnem, & ulcus cauum efficiunt, contra quam in ijs quæ re uera sunt epulotica. Siquidem nisi satis magnam eorum quantitatem imponas, nihil proficies. Id enim est in plantis ulceribus ad cicatricem ducendis consilium, ut caro alteretur, fiatque cutis: id quod perscitur per ea quæ illam contrahere, constringere, constipare, densare, præterea siccare, & calli instar indurare ualeant: quippe quum cutis uelut in calidum durata caro sit. Atque ea sanè medicamenta quæ sic agere possunt, primario proprieque dicuntur epulotica, siue ad cicatricem perducentia: cætera uero, nempe cathartica, hoc est detraetoria, secundario, & per accidens: sicut & ea quæ absque adstrictione desiccandi uim habent mordacitatis expertem. Nam & hæc quoque ex accidente cicatricem inducunt, cuiusmodi utriusque medicamentum est myrrha, & lithargyrus, & ostreum, & diphryges combusta: quandoquidè & ipsa sæpenumero cicatricem inducunt illita. Cæterum scire oportet, ubi tum in his libris, tum alijs omnibus hanc uocem, sæpenumero, adijcio, id me uelle significare, quod aliquando promissa frustrantur, propterea quod nec primario, nec sua facultate efficiant. Porro epulotica medicamenta ulcus omne planum claudere cicatrice ualent: sicut mediocriter citraque morsum abstergentia cauitates implere. Cæterum de hoc genus medicamentis fusius dicitur in commentarijs de ratione curandi, cum quo multis locis magna est huius libri affinitas, ceu etiam ab initio præfatus sum. Proinde suspensio de istis sermone, ad alterum genus facultatum, nempe attrahentium & repercuentium, siue repellentium, transeundum censeo.

Quod attrahentium essentia & calida sit, & tenuium partium: repercuentium uero & frigida, & crassarum. Cap. XVI.



Agitur attrahentes sunt, quæ ex alto uehementius extrahunt: repercuentes uero, quæ in altum occurrentes sibi succos repellunt. At essentia illis quidem calida est, & tenuium partium: his uero frigida, & crassarum. Attrahit enim perpetuo calidum, repellit uero frigidum: uerum quod cum caliditate coniunctam habet partium tenuitatem, trahit uehementius: quod uero cum frigiditate partium crassitudinem, id uiolentius propellit. Itaque ex actionis uehementia nomen utriusque impositum. Atque adstringentium quidem nota est essentia: attrahentium autem alia sponte nata est, alia uero ex putrescente arefcenteque generatione sortita. Sponte nata, ut dictamni essentia, & propoleos, & thapsiæ, & sagapeni, & succorum cyrenæici & medici, & si qua his similis extiterit. Ex putrefactione, qualis est fermenti, & pforici, quod uocant. Quod si simis quoque ex putrefactione generatio constat, utique omnes attrahendi facultate pollebunt. Sed non parua illis inest diuersitas. Nam columbinus admodum attrahit: ex æquo autem utriusque ab hoc recesserunt, ad calidius quidem anserinus, ad frigidius uero gallinaceus: hoc etiam magis uincuntur humanus & suillus. At canum stercus simile est medicamentis extergentibus, maximè si uescantur ossibus. Crocodilorum autem terrestrium stercus magis etiam id perscitur atque absoluit. Sed & aliud est attrahentium genus medicamentorum, quod qualitatis familiaritate attrahit: id quod aliud est nihil quam

C totius essentiae similitudine, ceu quae nutriuntur, familiaria nutrimenta attrahunt. Tali-
lium medicamentorum sunt purgantia omnia, & nonnulla alexiteriorum siue amu-
letorum. Caeterum calida ut sint id genus omnia necesse est. Nam inter ea, quae essen-
tiae similia sunt, quod calidius est, id potentius attrahit, utpote quod similitudini auxi-
liarium adiunxerit calorem. Siquidem quum ipsum duabus causis attrahat, super-
rabit id quod una duntaxat trahit. Porro nihil refert *επιπρασικλυ*, aut *ελακικη*, aut
ελακικη δ'ωραμυ dicas, latine attrahentem siue attractoriam facultatem.

Alexiteriarum & alexipharmacarum facultatum, quaedam alterando quod mortiferum est iuuant, quae-
dam uero euacuando. Et earum quae alterant, aliae una aut duabus qualitibus agunt, aliae tota
essentia. Similiter quae euacuunt, quaedam substantiae similitudine euacuunt,
quaedam caliditate subtili ac tenui. Cap. XVII.

A Erum quandoquidem de istis abunde dictum est, transeamus ad facul-
tates quas uocant alexiterias, & alexipharmacas. Est autem harum na-
tura duplex. Siquidem quaedam alterant, quaedam uero euacuunt ex corpore
pauente, seu uenenum corrupens, seu deleterium medicamen-
tum. Alterant igitur aut una qualitate, aut duarum coniugatione, aut demum
tota substantia. Euacuunt totius substantiae similitudine, & caliditate subtilium partium
um. Quatuor itaque sunt uniuersae differentiae proficiscentis ab illis utilitatis, duae alte-
rantes, & duae uacuantes. Atque ea sane quae qualitatis contrarietate auxilio est, mani-
festa est. Nam si frigidum sit medicamen deleterium, aut uenenum animantis, ab excal-
facientibus petendum remedium: si calidum, a refrigerantibus. Si uero humidum,
ab exiccantibus: si siccum, ab humectantibus. Sic etiam si humidum sit & frigidum,
ab exiccantibus & excalfacientibus: si calidum & siccum, ab humectantibus &
refrigerantibus, & in reliquis duabus coniugationibus ex proportione. Sed nec ob-
scura est alteratio quae fit per totius substantiae facultatem, utique istis qui memoria tenent
quae demonstrata sunt in commentariis de naturalibus facultatibus, & in illis quae in-
scribuntur de Temperamentis. Siquidem facultates quae deleteria medicamina alte-
rant, naturam habent mediam inter corpora perpetentia, & medicamenta ipsa laedentia,
ut uidelicet eadem sit proportio corporis ad facultatem alexiteriam, quae illius ad
deleteriam: & rursum deleterij ad alexiterium, quae alexiterij ad corpus. Eapropter
propemodum omnia quae deleterijs aduersantur, si largius sumpta fuerint, grauiter ani-
mantis corpus oblaedunt. Quamobrem ea moderatione quantitatis omnes id genus
facultates exhibere oportet, ut neque copia nimia corpus offendat, neque exiguitate sua
a deleterijs uincantur. Sed hoc iam attinet ad curandi methodum. Nunc autem quae
reliqua sunt persequamur. Omne deleteriū uenenum a foris impositis medicamen-
tis euacuatur, nempe aut caliditate attractionem molientibus, aut totius substantiae
similitudine. Sed & hic quoad fieri poterit maxime mediū natura alexiterij sit oportet,
corporis uidelicet quod curatur, & ueneni laedentis. Nam si aduersissimum foret
corpori, in ipsum ageret potius, ceu deleterium, haud euacuaret uenenum. Etenim,
ut claritatis gratia summam repetamus, scire oportet, deleterias facultates uniuersas
temperatura esse aduersissimas corporibus quae ab ipsis laeduntur. Itaque si a similibus
& sunt quadantenus contraria, non tamen adeo ut interimant, sed ambigant potius,
in medio sita eorum quae ex professo corpus animantis laedunt, & quae iuuant. Porro
nihil intererit, deleterias facultates, an phtharticas, an phthoropoeas, an alio quouis
modo appellare uoles: similiter nec an alexiterias, an alexipharmacas. Attamen si quis
ea quae uenenatarum bestiarum ictus aut uenena sanant, alexiteria nominare uelint,
quae uero medentur, deleterijs, alexipharmaca, ceu quidam censuere, disceptandum
cum istis ac pugnandum de nominibus non est. Nec enim ex istis comparatur curan-
dandi morbos peritia, sed ex rerum ipsarum cognitione.

A Quod anodynorum, hoc est dolorem sedantium, & paregoricorum, hoc est lenientium aut mitigantium
uocatorum medicamentorum, quaedam reuera sunt eiusmodi, uelut calida coniunctam habentem
tia partium tenuitatem: alia uero nomine duntaxat, uelut narcotica, hoc est stu-
pescientia, qualia sunt refrigerantia omnia. Cap. XVIII.

Porro quandoquidem & de his quod ad praesens conueniat satis iam ex-
positum est, transeundum deinceps est ad sermonem de facultatibus ano-
dynis, hoc est dolorem sedantibus, & paregoricis aut praepryticis, id est le-
nientibus, aut mitigantibus, aut utcumque nuncupare libebit. Facultas
igitur anodyna, alia reuera est, alia tantum dicitur, tanquam si quisquam
hominem mortuum dicat anodynon, quia dolore uacet. Caeterum facultas reuera ano-
dyna est eorum quae primo ordine excalfaciunt, si utique in essentia tenui contineatur.
At facultas eorum quae dicuntur, frigidiorum est, quae absoluto utentia frigore partem
obstupesciunt. Est autem stupor paulo minus quam insensibilitas, ac sensus priua-
tio. Porro quae affectum sanando, dolorem sedant, nec ea merito anodyna dici possunt.
Nam id commune est omnium quae curant. Itaque quae reuera sunt anodyna, partem
um sint tenuiorem, & calidiora quam quae symmetra sunt, necesse est, ut scilicet euacuent,
ac digerant, tum rarefaciant, extenuent, concoquant, & aequabile reddant quicquid
in partibus dolore uexatis aut humorum acrium, aut lentorum, aut crassorum, aut mul-
torum tenuibus spiramentis in factorum, aut etiam uaporosi, aut cralli, aut admodum
frigidi spiritus exitum commodum non inuenientis inhæsit, atque inclusum est. Itaque
nihil prorsum adstrictionis habeant oportet, ne si pars quidem aut etiam affectus ex-
poscant. Ex quibus liquet, quod interdum affectionem non iuuabunt, sed dolorem
tantummodo mitigabunt, quando uidelicet reuera dicuntur anodyna. Interdum ue-
ro etiam affectum ipsum adiuuabunt, & facultatem habebunt duplicem, nempe ano-
dynam, & sanantem. Sed de talibus copiosius agatur in curandi uoluminibus. At in
praesenti hoc dixisse sufficiat, nempe quod horum anodynorum proprie nuncupato-
rum medicamentorum quaedam, ut est ante dictum, primi sunt ordinis excalfacien-
tium, quae sane proprie sunt anodyna, ceu oleum anethinum: quaedam uero simili-
ter ut corpus nostrum, uelut pus mouentia nuncupata, de quorum materia supra di-
fertum est. Sed de ipsorum usu in libris de curandi ratione definietur. At ea quae
ναρκοπα, id est soporem epota moliantur, ac proinde *καυωτικα*, hoc est somnum con-
ciliantia a plerisque appellantur, temperiem sortiuntur uel summe aduersam istis quae
reuera sunt anodyna. Refrigerant siquidem omnia corpus, & sensum eousque obstupe-
faciunt, ut si paulo liberalius ebiantur, mortem afferant. Caeterum ad usum propo-
situm optima sunt quae desiccant. Quae uero frigida quae sint, humiditatis item copi-
am obtinent, ceu cicuta, ea potius non sunt utilia, talis est mandragora, excepto corti-
ce eius sicco, & altercum, praeter semen. Sed tamen & in his candidum semen atro-
praestat. At sunt quae tota essentia nobis contraria sunt: proinde si uel minimum eo-
rum assumptum fuerit, omnino laedat necesse est, ceu dryopteris, & pityocampe, &
thapsia, & solanum manicum, & hydrargyros, & fungorum nonnulli, praeterea sa-
liua & fel uenenatorum animalium. Nam talia omnia genere sunt deleteria, non quan-
titate. Ac proinde nihil eorum in alexiterias antidotos inditur, uelut papaueris succus,
& myrrha, & styrax, & crocus. Siquidem haec si largius bibantur, quaedam demen-
tant, quaedam mortem inferunt: uerum conuenienti quadam mensura alijs admi-
sta adiuuant. Porro quaecumque inter ea mentem laedunt, continuo etiam plerumque ca-
put degraunt, uaporum prauorum congerie ipsum implentia. Sed & quaedam os
uentriculi tentant atque affligunt, ut & inde caput per consensum laedatur. Commu-
niter uero uniuersa duobus modis cerebrum affligunt laeduntque, aut quum tota sub-
stantia sunt contraria, aut quum una duabus uel qualitibus temperatura immutant.

C Duobus modis dicitur cathartica, hoc est purgans facultas: aut enim quocumque modo expurgas corporis recrementa, aut quia uim attractoriam familiarium succorum obtinet. Cap. XIX.



Aeterum quoniam de his sufficienter dictum iam est, quod quidem ad presentia faciat, tempestiuum nunc est, resumptis dictorum capitibus, ea adijcere quae sermone reliqua esse uideantur. Nam in ueritate quidem nihil est reliquum, nimirum quum secundae iam facultates omnes sint expositae, quales sint genere scilicet, nec paucae speciatim superius explanatae ceu exempla, unde quis orsus, quorumque auxilio reliquas ipse queas assequi. Verum nihilo sese res deterius habebit, si claritatis gratia breuius iterum capitibus ea fuero complexus. Primum enim facultatem omnes purgatoriam in ore habent, haud tamen omnes perinde intelligunt: quia uocabulum duo significat. Alterum commune omnium quae quouis modo animalis excrementa expurgant. Alterum uero quod per excellentiam de his tantummodo dicitur, quae aut per uomitum, aut per uentris deiectionem purgant: non tanquam eiusdem sit generis tum ea quae fit per nares, tum ea quae per os fit purgatio. Vocant autem ea medicamenta, quae naribus (quas Graeci *snas* nominant) capitis purgandi gratia infunduntur, errhina. At quae in ore colluuntur, aut dentibus manduntur, omnia una nomenclatura comprehedentes apophlegmatizant nuncupant. Eiusdem cum istis sunt generis, quae uuluae admota expurgant. Quaecumque siquidem purgare animaduertimus, ea trahendi uim possident, alia unum quempiam succum, alia duos, aut etiam plures: & id illis inter sese commune est. Nam quae crassis lentisque humoribus extenuandis aut urinam cedere possunt, aut ex pectore pulmoneque eijciendis excreationibus auxiliari, ea purgant sane quidem, uerum antedictis non similiter nuncupantur, sed alia uocantur uretica, alia bechica, alia menses mouentia, hac re a superioribus diuersa, quod non habeant uim familiarium succorum attractricem, ut illa. Quamobrem & in hisce sermo aliam distinctionem postulat, nempe huiusmodi. Quae in pessis, aut fomentis, aut quouis modo simili, uuluae admouentur, ea duplici ratione agere consueuerunt. Nam alia calfaciendo duntaxat prouocant, alia facultatibus attractorijs & purgatorijs, quas uocant, quas demonstrauimus trahendorum familiaritate attractiones peragere. At quae hoc nomine bibuntur, ut sanguinem extenuent, & meatus obstructione liberent aperiantque, ea trahendi facultate uacuationem non perficiunt. Atque priora quidem cum purgantibus eiusdem sunt generis, secunda uero cum his quae lac & sanguinem generant: de quibus paulo infra uerba faciemus, ubi prius de bechicis disertum a nobis fuerit: quando quidem & haec bifariam nominata sunt, partim quia tussim prouocent, partim quia sedent. Atque contrariae horum facultates sunt. Alia enim extenuandi naturam habent, alia in crassandi. Atque extenuandi quidem facultas in calidis & tenuium partium substantijs sita est, in crassandi uero in frigidis & crassarum partium essentijs inest. Atque hic sermo hoc in loco finem habeat. Conuenit autem transire ad id quod paulo ante distulimus. Est enim societas & similitudo quaedam tum operum, tum facultatum in his quae prouocant sedantque menses, lac, & semen. Sed & affinita illis quodammodo uicinaque sunt quae urinas mouent, & bechica. Proinde de quolibet seorsum differendum est.

Quod lac generantium, aut semen prouocantium facultas moderate sit calida & humida, alimentorum uero in totius essentiae consistat similitudine. Cap. XX.



Actis & seminis effectrices facultates sunt partim in medicamentis tantum, partim in alimentis. In medicamentis, quum succos pituitosos excalfacientes in sanguinem uertimus. In alimentis autem secundum substantiae totius similitudinem: ubi uidelicet boni sunt succi, & humida, ac tepide calida, ceu ipsum lac. Si quidem sanguis caloris est particeps anima li mediocris: plus quam uero mediocris, bilis: sicut pituita frigiditatis. In medio autem pituita

A pituita & sanguinis est lac, utique quod ad calorem attinet. Non tamen aequae ab utroque abest, sed longius abest a pituita, propius accedit ad sanguinem. Quum ergo minus quam expediat ad ubera lactis uenit, uelis autem copiose prouenire, ipsum contemplantor sanguinem. Aut enim paucior est quam conueniat, aut deterior. Itaque qui paucior est, uniuersam uictus rationem exposcit humectantem & excalfacientem: qui autem deterior est, si quidem biliosus fuerit, primum purgationem desiderat, mox uictum quem modo dicebamus: si pituitosus, medicamenta requirit excalfacientia aut primo, aut secundo ordine, non tamen desiccantia. Verum inter ea potiora sunt quae non tantum sunt medicamenta, sed & nutrimenta, uelut eruca, feniculum, anethum. Dico autem ipsas herbas etiamnum uiuentes & humidas. Nam sicca plus quam oporteat & excalfaciunt & desiccant. Huius generis est & smyrnium, apium, sion, polium, eaque uiuentia prius quam siccentur: quippe quum ea quae desiccant, humorem sanguinis depascunt, ipsum crassiore simul paucioreque efficiant: tum si natura quaeque sint calida, iusto etiam calidiorum: si frigida, frigidiorum. Debet enim esse moderate calidus, ac ne utique crassus, ut lac generet. Quocirca quae sunt illiusmodi, extinguunt magis lac quam procreant. At quae sic ut dictum est calfaciunt, nullamque infirmitatem adiunctam habent siccitatem, lactis procreatricem habere facultatem merito dicta sunt. Verum ea numero sunt perquam exigua. Nec enim profecto facile inuentu est quod propositam in temperie sortitum sit medietatem: ceterum infinita sunt & multitudine incomprehensa quae lac laedant: Etenim quaecumque plus quam expediat calfaciunt, quaeque desiccant aut refrigerant, partim qualitatem ipsius sanguinis uitantia, partim ipsum minorem reddentia, lac prouenire prohibent.

Quod menses mouentium medicaminum facultas calidior est, & modice desiccet, alimentorum uero est secundum totius substantiae similitudinem. Cap. XXI.



Rorro dictis ad similes uim obtinent quaecumque prouocare aut sedare menses possunt. Vtrunque enim communis materia est, nempe sanguis in uenis contentus. Itaque ubi hic fluxilis fuerit, & qualitate compositus, utriusque abundantem suppeditat copiam. Communes quinetiam uberibus uteroque uenae sunt non exiles. At quae nam cae sint, alibi dictum est. Itaque ubi ad alterutram partium sanguis defertur, altera siccescit. Proinde quibus menses mediocriter feruntur, his lac in mamillis [non] colligit: quibus uero hoc large supererit, his plane menses supprimuntur. Itaque mirandum non est, si tum uictus, tum medicamenta similia sint, nempe & ea quae generant sedantque in menses singulos ex utero purgationem, & ea quae lactis in uberibus generationem procurant ac supprimunt. Quanquam hactenus differant, quod & calidioribus & magis incidentibus purgatio menstrua nonnunquam indigeat: quippe quum ea in parte sita uenae magis aperiri debeant, quam quae tendunt in mammas, & sanguinem fluxilem magis requirant, nimirum quum uterus ad delationem eius nihil conferat. Mittuntur enim in uenas quae illi committuntur, haud attrahuntur menses. At sanguis in ubera non tantum mittitur, sed & trahitur: ac proinde leuiore subsidio medicaminum opus habet, quam non abunde in mammas colluit. Et medicinae quae iuuant ut sanguis in mamillas eat, desiccantes atque imperfectas purgationes etiam adiuuant. Sin autem multum oblaesae sint, aut plane retentae, nulla ex eiusmodi eas sanare potest: uerum Sabina, & Meum, & Iris, & Calamintha, & Pulegium, tum Dictamnium, Asaron, Costus, Casia, Cinamomum, Amomum, Aristolochia, Buniu, & eius generis reliqua absolutas uteri purgationum retentiones sanant: nam talia quoque urinam promouent. Sed ab his quae hoc ipsum tantum appellantur, nempe uretica, hoc quidem differunt, quod non uehementer desiccant. Si quidem excalfactio tribus generibus medicaminum communis est, puta quae lacti procreando succurrunt, quaeque mensibus eiendis, aut urinae conueniunt. Differunt tamen caloris mensura, tum etiam quod quaedam desiccant, quaedam non. Si quidem quae non

C deficeant, & modice excalfaciunt, lacti generando utilia sunt. Quae uero plus excalfaciunt, non tamen ualenter deficcant, mensibus eliciendis sunt congrua. Verum & utraq; haec urinas prouocant, & ad haec cum primis ea quae deficcantia etiam calescunt. Proinde ea peculiariter dicuntur uretica, siue urinam mouentia, non quia sola moueant urinas, sed quia solas, absque ut etiam menses aut lac. Nam praeter alia & reddendis ex pectore pulmonecq; excreationibus incommoda sunt deficcantia. Poscunt enim & ipsa incidi quidem, at non siccati, ceu & renum uelicaeque calculi. Verum de talibus medicamentis supra disserui.

Quod quae semen prouocant, quorundam ut medicamentorum quidem facultas est flatuosa & calida, aliorum uero ut ciborum flatuosa quidem etiam, sed tota substantia familiaris. Cap. XXII.

M T lac, ita & semen quaedam genere dicuntur: & quae his sunt contraria, extinguere; tum quaedam prouocare, & ipsis contraria suppressere; ac generare quidem, quae procreant quod antea non erat: extinguere uero quae corrumpunt: prouocare autem, quae quod in alto delitescerat, in apertum proferunt: & his contraria, quae suppressunt. Igitur semen generant cibi quidem qui bene nutriunt, & flatuosi sunt, totisque substantiis familiaribus, medicamenta uero flatuosa & calida. Extinguunt autem deficcantia & refrigerantia omnia, & quae totis substantiis sunt contraria. Porro prouocant quaecunque calida sunt & flatuosa absque deficcatione, suppressunt uero contraria. Etenim quae seminis substantia ex bona superfluitate generationem sortiatur, sitque etiam flatuosa, bene nutriant & flatuosa sint necesse est quaecunque semen aut procreare, aut prouocare possunt. Itaque bulbi, cicer, fabae, polypodes, conus, edulia dicuntur multi seminis, & sunt. At scincus & satyrion medicamenta sunt. Porro simul cibi ac medicamina multi seminis sunt lini semen & eruca. Caeterum quae refrigerare sunt nata tum edulia: tum medicamina semen cogentia, incrassantia, & stabilem reddentia, uim habent ipsum suppressentem, non autem corruptentem; nempe lactuca, blitum, atriplex, cucurbita, mora, melopepones, cucumeres seu pepones, seu non pepones, hoc est maturi, seu non. Porro quae resiccant, prorsum ne esse quidem semen permittunt, etiamsi calida sint natura, uelut ruta. Si autem non calescunt, multo minus, ut nymphaea. Atque haec sane rationabile est substantiae proprietate contrarie affecta esse semini. Eandem proportionem tum esculentorum, tum medicamentorum est inuenire in lacte & mensibus. Porro alio modo sub idem genus cadunt quae respirantium instrumentorum reiiciendis excreationibus auxiliatur, quaeque urinam cedere possunt. Haec enim omnia extenuandi facultatem obtinent, uti contraria incrassandi. Sed de uictu extenuante priuatim conscriptum est, nihilo secius in eodem uolumine indicatis quae incrassant. Verum extenuantia & incrassantia medicamenta ex libris qui deinceps sequuntur seligito; in extenuantibus quidem scopum habens caliditatem iuncta paratium tenuitati, in incrassantibus uero contraria. Ostensum enim est in superioribus libris, quod propria quaedam sit medicamentorum essentiae tenuis natura, non solis excalfaciuntibus coniuncta. Eadem ratione & incrassantium natura non solis refrigerantibus. Caeterum ut in talibus facultatibus proportio quaedam inest, eundem in modum quaerendum est in omnibus, etiamsi nomen non sit impositum. Vocantur enim quaedam oxydorcicae facultates, quae oculos, ubi nulli illis insit sensibile parthena, male tamen munere suo fungentes corrigunt, & in integrum restituant. Ac nimirum & in auribus, & in naribus, & per quemque aliorum sensuum singularem proportione talis quaedam sit facultas necesse est, nec tamen facultas nominata est ab acumine auditus oxyecos, sicut nec in olfactu, nec in gustu, nec in tactu, quum tamen in rebus ipsis sensibus ex proportione insit. Porro si quis similitudinem plus etiam extendat, per quamque nostri particulam talem existere medicamentorum facultatem necesse est, a qua uidelicet melior reddatur partis ipsius actio, ut uerbi causa,

A causa, uentris actio. Siquidem talem eius imbecillitatem inuenire est saepenumero, qualis est in oculis amblyopia, hoc est hebetudo uisus, quum ij nec phlegmone teaneantur, nec influxu torqueantur, nec ulcerati sint, nec aliud quiduis mali perpessi. Et sane in medicamentis quae affectum uentris eiusmodi emendant, pepitica siue concoquentia nuncupantur, appellationis quidem figura nihil proportionale habentia oxydorcicis, caeterum opere ipso & facultate similia.

De facultatibus a partibus corporis cognominatis. Cap. XXIII.

R Orrò quonia & quaedam appellatas a corporis partibus facultates esse diximus, nihilo fuerit deterius & de his disserere. Nec enim (quod quispian forsitan existimet) omnibus partis affectibus congruunt, nec ita uni, ut alij nihil prosint, sed quoniam frequentissime aut maxime agant ea in parte a qua nomen sunt mutuatae. Ophthalmicae quidem, quando quidem dem maxime ac plurimum ad oculos ipsas usurpamus, uelut collyrio *σπυροδωρ*, & alio *σπυροδωρ*, & crico quod uocant, & thure, & alijs omnibus quibus uti quidem liceat & ad aures affectas, aut os, aut nares, praeterea pudendum, & anum: uerum non ita frequenter, nec tanto cum fructu. Rursum autem alias nuncupamus hepaticas, alias splenicis, pleuriticisq; & stomachicis: nimirum quae & ipsas ea in parte qua nomine designant, saepissime simul ac potissime prodesse conspiciunt. Porro quae sit profectus & adiumenti causa, in opere de curandi ratione explicabimus, in quo caetera quoque omnia de medicamentorum usu exponuntur. Itaque nihil etiam hic haerendum atque immorandum est, nisi quod uocabulorum non nihil declarandus est usus: quem cum alij nonnulli recentiorum medicorum, tum praesertim qui uocantur Methodici, inaniter innoauerunt atque induxerunt.

De inani nominum usurpatione, quam medici recentiores & inter eos maxime Methodici induxerunt. Cap. XXIII.

N Am quod stalticas quaedam facultates, hoc est sistentes seu suppressentes, & constringentes, & contrahentes, & repellentes, aut alias id genus proferant, id nequaquam absurdum est, nec obscurum. At quum metasyncreticas tum materias, tum facultates nominant, nec apertum est quod dicunt, nec uerum, nec etiam sectae congruens eorum, qui se fugitare profitentur quae a dogmaticis opinionibus (*δωγματισμὸς* uocant) proficiscitur indicationem. Sufficere namque aiunt sibi apparentes communitates. Atqui, excedentibus corporis meatibus ex statu naturali in statum praeter naturam, in proprietate excedendi existere quaedam pathae, ea dogmatica hypolepsis est. Sequitur uero ad hanc quaedam esse facultates eiusmodi *παθητικαὶ* metasyncreticas, uidelicet quae commutent meatuum alienam a natura confusionem: nam sic usurpant nomina Thessali sequaces: atque ad ea quae diutina fluxione uexantur, facultates eiusmodi adhibent, quum nec monstrant meatuum alterationes in talibus prouenire affectibus, nec quod haec medicamenta transmutare (nam ita uerbo *μετασυνακρίσειν*) uitiatum meatuum statum possunt, demonstrare ualeant. Nam, per deos immortales, cur obsecro napy, thapsia, pyrethrum, capparitis, & absolute quaecunque urere possunt, si diutius corpori inhaereant, meatuum statum commutant: Nam quod partes quae tentantur assidua fluxione, ab hoc genus medicamentis iuuentur, perspicuo uidetur: at quamobrem iuuentur, naturalis speculationis problema est. Ac nos quidem dicimus earum frigidam simul atque humidam esse temperiem, ac proinde poscere medicamenta quae simul & excalfaciant, & desiccant. Atque alij aliam causam proferent, pro opinione nimirum quam conceperunt de corporis elementis. Nec tamen usurpari conuenit metasyncreticos uocabulum a quoquam alterius sectae, praeterquam eorum qui animantium corpora & existimant & appellitant syncrinata, seu confusiones ex corpusculis inseparabilibus, minimisque, & partitionis expertibus, ac similibus: quanquam nec istis omnibus, sed sjs duntaxat,

C qui, uti Theſſalus in Canone, meatuū alterationi id genus morbos adſcribunt. Non enim qua methodicus eſt Theſſalus id dicit (ſiquidem ubi tanquā methodicus diſſerit, illic ab obſcurorum recedit indicatione) ſed qua dogmaticus, ſcilicet ab iſdē quæ Aſclepiades ponit elementis exorſus, cæterū haud utrobique ſequens. Sed nunc tempus nō eſt ſuper talibus prolixius diſſerere. Nam quædam curandi methodo magis ſunt propria, quædam uero in opere de Themifonis & Theſſali ſecta exactius expromentur. Tempeſtiuū itaque nunc eſt, cōtractis huius libri uelis quieſcere, ſi modo duo illi præterea capita adiecero: alterum ſuperius dilatatum, nempe de facultatibus cōtractis; alterum ad inſequentem ſermonē neceſſarium: definiturus ſcilicet cuiuſque tum excaſſacientium, tum refrigerantiū, tum exiccantium atque humectantium ordinem.

Quo pacto contrarias iudicare facultates oporteat. Cap. XXV.

Igitur cōtrarias iudicare facultates ex operibus oportet, ſicut toto hoc libro ſæpenumero oſtendimus, dicētes quaſdā facultates emplaſticas, & his contrarias extergentes, tum factū liberantes, & infarciētes, præterea emollientes & indurantes, ac laxantes & cōtendentes; nam adstringentes, aut acres, aut amaras, aut acidas, aut dulces, non facultates medicamentorū, ſed guſtus eſſe qualitates monſtrauimus. Itaque in his aut proſum querenda non eſt contrarietas, aut non ut in facultatibus querenda. Quamquā & in iſtis duplex eſt ſcopus, nempe earum actiones, & temperaturæ. Actiones quidē, in denſando & rarefaciendo, aut quippiā ex alto extrahendo, aut repellendo, in craſſando materias, aut extenuando, aut infarciendo meatus, aut factū liberando. Temperaturæ uero in calido, frigido, humido, & ſicco: de quibus omnibus abunde in quarto libro determinatum eſt, monſtrantibus nobis quod adstringens terreſtre ſit & frigidū, acidum uero ſubtile frigidum, amarum autem terreſtre ſubtile: denique quod abſque igni ſigni qualitate frigidum, aqueū. Sic acre igneum oſtendimus, falſum uero terreſtre calidum, nondum tamen igneum: ſimiliter dulce calidum, ſed nondum urens. Quæ uero oleoſa ſunt, omnia aquea ſunt & æria. Secuta ſanē ſunt temperaturæ eorū & opera. Nam adstringens contrahere, conſtringere, denſare, repellere & craſſare, ad hæc omnia refrigerare exiccari natum eſt: acidum uero incidere, extenuare, diuidere, factū liberare, perpurgare (διακαθαίρειν Græci uocant) citra excaſſationem. Acre uero ſimiliter ut acidum agere quod ad extenuationem perpurgationemque artinet; cæterum hoc diſſert, quod acidum refrigeret, acre uero excaſſat: ad hæc quod illud repercutiat, hoc attrahat & digerat. Sic amarū quoque meatus perpurgat, abſtegit, extenuat, incidit humorum craſſitiam abſque manifeſta excaſſatione: frigidū uero aqueum craſſat, cogit, contrahit, cōstringit, extinguit, atque obſtupefacit. Porro acre extenuat, perpurgat, digerit, perrumpit, attrahit, & eſcharam ſiue cruſtam efficit. At falſum contrahit, cōstringit, condiendo ſeruat, deſiccatur citra apertam aut caliditatem aut frigiditatem. Dulce uero concoquit, laxat, rarefacit. Oleoſum denique humectat, emollit, laxat. Facilius itaque iam erit ex modo dictis ponderantem ſapores, inuenire qui temperamento, quique operibus ſint contrarij.

De limitatione ac ſinitione ordinis cuiuſque excaſſacientium, frigeſcientium, humectantium, & deſiccantium. Cap. XXVI.

Porro congruens iam tempus eſt, definitis temperamentorū & facultatum quæ in medicamentis ſunt ordinibus, hunc librum abſoluere. Igitur ſymmetrum appellare medicamen conuenit, quod neque excaſſat, neque deſiccatur, neque frigeſcit, neque humectatur, neque calidū, frigidū, humidum, ſiccum ue eſt. Quod uero aut calidius, aut humidius, aut frigidius, aut ſiccus eſt, a uincente, ſeu excedente cognominat facultate. Porro per unum quæque exceſſum quatuor poſuiſſe ordines, quod ad uſum ſpectat, ſufficit: calidum quidē nominantes primi ordinis, quod nos excaſſat, nō tamen euidenter, uerū ut

opus ſit in ſuper demonstratione rationali: ſic frigidum, humidū, & ſiccū, quod de demonstrationem requirat etiam, nondū actionem ualentē adeptum. Quæ uero mani feſtè aut calfacere, aut frigeſcere, aut humectare, aut deſiccare poſſunt, ea ſecundi eſſe ordinis dicuntur. At quæ iam uehementer quidem, non tamen ſummè, tertij. Quæ autem adeo excaſſare poſſunt, ut eſcharam moliantur & urant, quarti. Sic quoque quæ uehementius refrigerant, adeo ut extinguant, & ipſa quarti ſunt ordinis. Cæterum nullum inuenire eſt quod quarto ordine deſiccet, quod non etiā urat: nam quod ſummè deſiccatur, omnino id etiā deurit. Attamen tertij ordinis exiccantium eſſe quippiam queat, quod non urat, ceu omnia quæ uehementer adſtringunt, ex quibus eſt omphacion, rhus, alumen, balauſtium, galla omphacitis. In his autem ipſis quædam uicina ſunt adurentibus, ut ſquama æris, & æs uſtum, quaſi inter tertij & quartum ordinem dubie hæreant. In medio tertij eſt æs uſtum, ſi lotum ſit. In principio tertij hypocitiſis. Sic autem & in ſecundo & quarto differentiæ conſtituere licet triplices. Nec enim perinde urit cauterium, & napy, licet ambo quarti ſint ordinis. De his ſanē omnibus in ſequentibus libris per ſingula ſeorſum medicamenta determinabitur.

LIBRI QVINTI FINIS.

CLAVDII GALENI PERGAMENI

DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORVM

FACULTATIBVS LIB. VI.

Theodorico Gerardo Gaudano interprete.



De ſimplicium medicaminū forma pariter & facultate ſcribere nobis aggressis, primis duobus libris ante omnia prauos modos ratiocinationū, quibus recentiorum medicorū plerique uſi grauiffimè hallucinantur, indicare eſt uſum. In tertio uelut elementa quædā totius doctrinæ tradidimus: deinde uero in quarto de ſaporibus diſquiſuimus, ſtudio inueniendorum omnium quæ ex illis ad facultatū conducere cognitionem poſſent. Diſſeruiſſimus autem in extremo ipſius libri de qualitātibus medicamentorum quæ ad odoratum attinent. Porro in quinto ad reliquum facultatum genus tranſgreſſi, quod quidem ab ipſis operibus quæ peragere natæ ſunt, denominatur, & illic quoque omnem ſubſtantiam oſtendimus. Et ſanē generalis ſermo de ſimplicium facultate uniuerſus iam ſinem ſortitus uidetur. Tempus uero eſt ad ſermones particulares, ſeu ſpeciales, ſeu utcuque nominare cuique uſum erit, tranſire. Et ſanē hi priuatim in unoquoque medicamine peragentur, ceu protinus in initio fecimus: in horum cōmentariorum primo quidem de aqua & aceto contemplati; in ſecundo uero de oleo & roſaceo. Niſi quod illic exemplis ſermonē tranſegimus aduerſus eos qui non rectè de illorum facultate quid protuliſſent: hic autem breuibus de unoquoque diſſeram, nō amplius curans, ſi quis malè de quouis eorum quippiam pronunciarit: id tantum ſcripturus quod mihi uidebitur ueriffimum, omiſſa aduerſus illos qui quid peccarunt, cōcertatione. Porro quod non modo obſcura futura eſt oratio iſis qui ſuperiora ignorāt, uerum demonstrationis quoque fide deſtituta, uel me tacente clarum arbitror. Sed tamen & in memoriam reduxiſſe forſan præſtiterit, priſimum quidem quod in natura temperatiſſima faciendum eſt medicaminum facultatis periculum, [deinde in intemperata] poſtea deinceps in morbis ſimplicibus. At ſi quis ex guſtus qualitātibus indicatorie coniectari uelit de ipſa facultate, in quarto monſtrauimus quænam ſit in his methodus. Si quis ergo aut negligenter lectis ſuperioribus, aut plane non lectis, ſtatim ad hunc librum pergat, feſtinans quamprimum medicaminum facultatis peritus efficit, haud certam corū habebit notitiam. Cæterū

C quoniam medicamenta omnia partim sunt partes animalium, aut plantarum, aut fructuum, aut horum liquores (quos *ορτα* Graeci uocant) aut fucci, paruum uero ex metallis sumuntur: optimum mihi uisum est de plantis ante omnia differere, tum quod numerosissimum illarum est genus, tum quod uirium robore praecellentissimum; inde de metallicis tractare, atque hinc ad animalium partes transire. Quinetiam eo illas ordine perscribere decreui, qui in elementis uisitur, eas plantarum primo loco collocans, quarum appellationes initium sui sortita sunt elementum: secundo uero loco quae a B incipiunt, & sic tertio, quarto, quintoque loco: atque ita deinceps, pro literarum uia delictet ordine. Nam & Pamphilus eum in modum tractatum de herbis composuit. Verum is ad fabulas uersus aniles est, simulque praestigiaturas quasdam, iunctis nonnullis incantationibus, quas quum herbas colligunt admurmurat. Et sane utitur ad periapta, id est quae suspenduntur, & mangansas non solum curiosas, & a medicina alienas, sed etiam falsas uniuersas. At nos neque horum quippiam, neque nugaces illorum narrabimus transformationes: nec enim uel paruis admodum pueris utiles tales esse fabulas existimamus, nedum ijs qui medicinae opera obire properant. Et profecto protinus in Aphorismorum initio ab Hippocrate dictum mihi uidetur, *Vita breuis, ars uero longa*: ut tempus non in inutilia impenderemus, uerum quammaximo studio festinarem uiam incedere compendiosissimam, nempe per ea quae sunt in arte utilissima. Pleraque uero ista herbarum nomina aut aegyptiaca, aut babilonia, quae nonnulli aut priuatum, aut communi quorundam consensu illis imposuerunt, hic adscribere mihi uisum est superuacuum: nam praestat, si quis haec uolet curiosius perscribere, ut qui eos non composuerint: uelut Xenocrates Aphrodisiensis fecit, uir cum in alijs supra modum curiosus, tum a praestigiatura non alienus. At Pamphilus, is scilicet qui libros de herbis composuit, plane ex ijs quae uel ipse scribit, praese fert grammaticum, indicatque se nec conspexisse herbas de quibus conscribit, nec uires earum expertum, sed ijs qui ante ipsum scripsere, fide habuisse citra ullam explorationem. Sic sane libros expleuit, annexo ad quancumque herbam nominum aceruo, deinde etiam exponens si qua ex homine ferebatur transformatio: tum epodos & libationes atque thymiamata, quae in colligendis illis adhibebantur, adscribens: necnon & alias ciuili modi praestigiaturas nugaces. At Anazarbensis Dioscorides quinque libris materiam omnem utilem absoluit, non herbarum tantum, sed & arborum, & fructuum, & succorum, & liquorum, memorans insuper & metallica omnia, & partes animalium. Et mihi utique uidetur omnium perfectissime tractatum de materia medicamentorum confecisse. Nam licet a maioribus eo plurima de illis bene scripta extant, tamen a nemine omnium aequae de omnibus: nisi si quis Tanitrum praedicet Asclepiadis. Nam & huic caetera bene dicta esse probatur extra ratiocinationes quas super causis affert. Atque haec nimirum perlegere debet quisquis peritus materiae euadere studet. Ad haec quoque quae scripta reliquit Heraclides Tarentinus, & Crateuas, & Mantas: uerum illi non similiter scripserunt, nec in unum collegerunt omnia, ceu Dioscorides, qui de materia quinque libris fecit titulum, uerum scorsum, uerbi causa, de praeparatione aut probatione scripserunt, ut Heraclides Tarentinus: scorsum uero de purgantibus, aut propotivis, aut clysmis, ut fecit Mantas: separatim de facile parabilibus remedijs, uti Apollonius: aut de ijs quae secundum locos, ut Mantas. Porro plerumque medicamentorum usum ueteres in curandi tractatibus prodiderunt, ut & iuniorum medicorum prope omnes. Nam & ab Hippocrate dicta sunt multa, & ab Euryphonte, & Diocle, & Diocle, & Plistonico, & Praxagora, & Herophilo. Nec est ueterum medicorum quisquam, qui non aliquid plus minus uel arti contulerit ad medicamentorum scientiam, idque citra praestigiaturam aut mendacium, quae postea inuexit Andreas. Itaque cui ocium suppetit legendis utiliter de medicamentis scriptis libris, multos quidem habet, ut est dictum, antiquorum, sed nec paucos iuniorum, aduersus Pamphilum & Archigenem.

A Archigenem. Quin & Rufus Ephesius quum multa medicamenta in curandi libris conscripserit, tum de herbis uersibus hexametris quinque libros composuit. Nec metus est, defecturos libros utiles, etiam si in tota uita quis aliud nihil quam de medicamentis legere uolet. Verum abstinendum ab Andrea est, alijsque similiter mendacibus: multoque etiam magis fugiendus Pamphilus, qui ne per somnium quidem herbas uidit, quartum aggreditur figuras perscribere: nam id genus hominum (quomodo assimilauit eos Heraclides Tarentinus) simillimum est praeconibus, qui fornam ac notas fugitiui mancipij, licet ipsi non uiderint unquam, praeconio tamen publicant: notas enim ab alijs qui norunt accipiunt, & ceu cantilenam eas proferunt: ut si forte is quem praeconio indicant, prope adisteret, agnoscere tamen non possent. Equidem non possem non accusare & illos quoque, qui primi herbarum formas scriptis docere sunt conati, quum melius existimem ab ipso praecoptore oculis discere, ac non adsimilari ijs qui ex libris prodeunt gubernatores: nam sic & uerior & manifestior esset doctrina, non herbarum modo & fructuum arborumque, sed & aliorum omnium medicaminum. Verum enim uero si omnino libris est opus, quis adeo miser est, ut praeteritis scriptis Dioscoridis, Nigri, Heraclidis, Crateuae, & aliorum innumerorum qui in arte ipsa consenuerunt, libros grammaticos scribentis incantationes, transformationes, & decanorum daemoniorumque herbas sacras perferat? Nam quod hominibus istis praestigiatoribus unicum fuerit studium, ut uulgus imperitum talia scribentes in sui admirationem uerterent, uel ex ipsis Pamphili libris discere liceat, qui primam inter herbas conscripsit Abrotonon, omnibus nobis cognitam, ac deinde Agnon siue uiticem, & ipsam admodum notam: inde Agrostin herbam, nec uulgo ignotam: mox Anchusam, quam nec ipsam quisquam ignorat, sicut nec Adianton, quae illi deinceps scripta legitur: atque in his utique nihil, quod quidem sciam, superuacuum scribit, uerum postea herbe meminit nomine (ut ait) Acti, hoc est Aquilae, de qua fatetur Graecorum nulli quicquam esse proditum, uerum scriptam se reperisse in libello quoptiam ex ijs qui inscribuntur Mercurio Aegyptio, continente nigrinatam sacras horoscoporum herbas. Quas clarum est esse omnes nugas meras, atque autoris ipsius figmenta similia Ophionicis Conchlacis. Nec enim prorsum quispian exiit Conchlac: ad risum enim fictum nomen est, sicut pleraque alia in libro eius conscripta. Nec trigintafex herbae illae ultra nomen ipsum quicquam sunt, nec ulla ipsi res subiacet: uerum Pamphilo ocium fortassis supererat, inutiles fabulas libris intexere. At nos nunc quoque tempus nos perdidisse arbitramur, qui prolixius eorum meminimus. Itaque quae utilia sunt iam nunc ordiamur.

Abrotonum.

Erbae huius nec speciem formam uel scribere post tot tantosque uiros oportet, nec particulares actiones, ceu illi factitarunt, quas ut non definite distincteque, saltem clare significarunt: uerum & nos quoque eas copiosius exponemus in opere de componendis pharmacis, simulque de paratu facilibus: interim uero etiam in curandi methodi libris, nimirum ubi exposcet usus. Verum quod ab initio propositum fuit, nempe uniuersales duntaxat medicamentorum omnium facultates inspicere, id quidem & in alijs consentaneum est, & nunc sane etiam faciendum, dicendumque Abrotonum esse calidum & siccum facultate, in tertio ordine siue recessu post media situm. Porro quod eiusmodi ordo ut ad temperatam naturam expenditur, saepe ante diximus. Sed & inueniemus temperiem eius non minime quidem & ex gustu ducta coniectura, utpote quum sit admodum amarum. Porro saporem eiusmodi, quum terrena sit essentia, a largo calore extenuatum ostendimus. Itaque non instrenue excalfacit pariter & desiccet. Quinimo & quum distincta illa experientia, de qua supra frequenter dictum est, diligenter explorassemus, ex eadem temperie medicamen hoc comperimus. Nam siue comam cum floribus (nam reliqua eius palca inuutilis est) contusam ulceri puro illinas, mordax & irritans.

cans uldebitur: siue eo in oleo macerato caput uoles aut uentrem perfundere, admodum calfacere reperies. Quin & si quibus per circuitum redeunt rigores, eos ante inuasionem rigorum hoc uoles confricare, minus utique rigore concutientur: imò & sensus quidem protinus ubi admotus fuerit, ipsum calfacere percipit. Porro quòd lumbricos interimat, par est, nimirum quum sit amarum, ac proinde uel antequam experiaris manifestum, si quidem memoria teneas quæ in horum commentariorum quarto de amari saporis natura prodidimus. Sciesq; protinus, quòd & digerendi & incidendi quandam uim habeat: sed & quòd magis quam Absinthio id ipsi necessario insit, in promptu erit colligere, primum quidem ex gustu (paucissime siquidem acerbitatis particeps Abrotonon est, non pauca uero Absinthium) deinde ex eo quòd inimicum sit stomacho Abrotonon, uelut etiam Seriphon, gratum uero & amicicum Absinthium. Si quidem de istis supra ostensum est, quòd amarum ipsum per se omnifariam in sensum sit stomacho, austerum uero, aut acerbum, aut in summa adstringens, stomacho amicicum. Porro ubi qualitates hæ inuicem permixtæ fuerint, quæ uehementior fuerit, ea utique uicerit. Atque hæc satis est in hoc tractatu nouisse. Monstrabitur autem in libris de ratione curandi, quo pacto quis optimè medicamento cuiusmodi uti possit. Ac proinde quærendum haud etiam est, quamobrem cum malo cydonio cocto illitum aut pane, oculorum sanat phlegmonas, neq; quòd cum farina hordeacea tritum ac coctum digerat phymata. Neutrum siquidem horum nec aliorum quiduis huic tractatui proprium est: sed qui Empiricam profiteantur doctrinam, in paratu facilibus medicamentis ea conscribunt. At qui ex ratione artem tractare uolunt, his opus est methodo curandi. Nam alioqui damnatum magis quam utilitatem ex tali consequantur narratione. Sanè Hippocrati, qui in Aphorismis scripsit: Dolores oculorum soluit meri potio, aut balneum, aut fomentatio, aut sanguinis missio, aut purgatio: nec adiecit quosnam dolores uini potio, quos balneum, quos fomentum, quos sanguinis missio, & quos purgatio, ignoscendum forsitan quis arbitretur, tribus, ut arbitror, de causis. Si quidem aphoristicam faciebat doctrinam: in qua propter breuitatem & compendium pleraque ita dici concessum est: & omnia quæ dolores soluunt enumerauit, tamen non desinit ad quem dolorem quodnam ex illis congrueret. Tum multis in locis aliorum librorum occasiones nobis præstitit, distinctiones in his quæ hoc pacto dicuntur inueniendi. At qui neque in alijs libris de talibus scribere distinctionibus, aut in enarratorio & prolixo tractatu aphoristicè tamen ac breuiter scribunt, aut insuper etiam ex multis unum tantum indicant, in plus nos lædunt quam iuuant. Nam quum sint multæ in ophthalmijs differentia, atque una duntaxat ex eis propositum poscat cataplasma, alia uero omnes ab eo lædantur: si quis ad id omnes sine discrimine adhibeat, multo plus lædet quam iuuabit. Ad hunc itaque modum non tantum de Abrotono, sed de alijs quoque omnibus scribendum nobis est, eas quidem facultates quæ sunt in calefaciendo, frigefaciendo, humectando, siccandoque, his quas sæpenumero memorauimus methodis, reperientibus: quæ uero secundum totius substantiæ proprietatem perficiuntur, sola experientia. Et de his ostensum est quòd deleteria sint, & deleteria alexiteria & purgatoria. Nam hæc ex ratione inuenire est impossibile, præterquam quòd in quibusdam suspicionem duntaxat probabilem inuenire liceat. At de facultatibus quæ hoc pacto inueniuntur, separatim postea differemus, ubi uidelicet prius singulatim per quodque medicamentum de his quæ calefaciendo, frigefaciendo, humectando, siccandoque agunt: tum de his quæ ad hæc consequuntur, narrationem absolucero. Porro ubi unum modo adiecero, finem faciam de Abrotono no dicendi, nempe quòd summe suspiciendus ille Pamphilus etiam si hanc primam herbarum recensuit, ac forsitan ut nullam deinceps aliam, tamen hanc saltem oculis suis conspiciari uoluerit, attamen uel maxime hallucinatur, existimans hanc herbam à Romanis appellari Santonicum; differt enim ab Abrotono Santonicum, uel

ut etiam Dioscorides exactissime scripsit in tertio de materia, & omnes id nortum medici, tum rhopopolæ. Nam Abrotoni duæ sunt species, altera quam marem, altera quam foeminam nuncupant: quod ipsum definitum est tum apud Dioscoridem, tum apud ipsum Pamphilum, aliosq; innumeros. At aliud est ab eo Absinthium, cuius rursus tres statuendæ sunt species: quarum unam eodem cum genere ipso nomine appellant, cuiusmodi potissimum est Ponticum: alterum Santonicum: tertium Seriphum. Si uero aliud placet appellare Absinthium, aliud uero Seriphum, aliud autem Santonicum, nihil interest, quod ad præsens certe attinet. Nec enim nomen diuisuri uenimus, sed studium nobis est ipsius de rebus. Porro quoniam hæc tum specie seu forma, tum gustu, tum facultatibus inter sese diuersa sunt, non obscure uno, si ita lubet, omnia nomine nuncupes, uerum exacte uires earum edoceas. Ac nos sanè sufficienter ipsas formas à Dioscoride explicatas esse, alijsq; non paucis, iam diximus. Itaque denuo eadem scribenda non sunt, quæ maioribus recte sunt prodita. At si quid illi in facultatibus omisere indistinctum, cuius profectò grata ad hanc narrationem uenimus, ea nos adijcere tentabimus. Absinthium quidem dictis minus est calidum, nempe plurimam obtinens adstrictionem. Quod quum sit & minus quoque tenuium quam illa partium, & utique minori etiam quam illa ad eundem modum extenuandi facultate, attamen non minus desiccatorium est. At ceterorum Santonicum quidem à Santonia regione in qua nascitur, nomen sortitum, proximam habet facultatem, Seriphum paulo imbecillius in extenuando & exalfaciendo desiccandoque. Porro ipsum Seriphum Abrotono minus est calidum, uerum calidius Absinthio, stomacho impediò inimicum, nempe cum amaritate salis sedinem quandam præ se ferens. Sed & quandam, licet minimam, adstrictionem obtinet. Sic & Abrotonon & Santonicum admodum infesta sunt stomacho. Solum autem inter ea Absinthium, & maxime ponticum, gratum est stomacho, quia plurimam adstrictionem continet. Abrotonum uisum, calidum, siccumq; facultate est, magis etiã quam Cucurbita sicca uisita, & Anethi radix. Illa enim ulceribus humidis simul & citra phlegmonem callo induratis conueniunt, ac proinde maxime ulceribus quæ pudendorum præputijs competere uidentur. At cinis Abrotoni ulceribus omnibus mordax est: ac idcirco cum oleo tenui, cicino scilicet, aut raphanino, aut scyonio, aut ueteri & maxime sabino ad alopecias accommodatur: tum barbam segnius tardiusq; enascentem cum aliquo dictorum oleorum elicit: sed nec minus illis lenescino maceratum. Quippe pro eo quòd tenuium est partium, rarefaciendi uim obtinet, & mordax est, & calidum: quas utique maxime eius facultates nouisse oportet, nec quicquam etiam particulare in hoc tractatu requirere.

Agnos. vitex.

Agnos, aut lygos, hoc est uitex, planta illa fruticosa, calidus quidem est & siccus tertio ordine, uerum multum tenuis substantiæ, tum gustu acris simul & adstringens: ipsas tamen uitices ad medicinam habet inuiles: ceterum folia semencq; calida siccaque facultate sunt, substantia uero tenui. Nam & uentibus ita apparet, & gustantibus acris simul & subadstringens percipitur tum solium, tum flos, tum semen. Edendo tamen etiam semen est: uerum tam perspicuo calfacit, ut capiti hoc nomine dolorem pariat. At si frigatur (nam & sic editur cum tragematis) minus caput tentat. Porro status uentris discutit & quum non frictus, & multo magis quum frictus fuerit. Cohibet porro impetus in uenerem, tum frictionis expers, tum etiam ipsam expertus: folia item floresq; ipsius fruticis id ipsum præstare possunt. Itaque non tantum esca potaque ad castitatem conferre creduntur, uerum etiam substrata. Hinc est quòd Athenis in Thesmophorijs, hoc est sacris Cereris, mulieres totum sibi fruticem substernunt. Hinc illi quoque nomen inditum agni, hoc est casti. Ex quibus omnibus manifestum est, si quidem memoria teneamus quæ superioribus commentarijs sunt dicta, agnum calfacere, simulq; exiccare, tum omnium maxime status discutere,

C Porro quod tenuium sit partium, facultas eius indicio est. Nam quod caput tentat, non magis à multitudine uaporum ab eo prognatorum, quam à caliditate eius ac subtilitate partium fieri rationale est. Nam si flatuosum spiritum procreare posset, sanè & uentrem inflaret, & uenerem stimulare, perinde ut crucea. Verum quum non tantum non excitare, imò etiam reprimere queat, fuerit profectò secundum ruti maxime facultatem tum in excalescendo, tum in resiccando: non tamen illi par est. Nam utroque paulò est inferior. Siquidem ruta tum magis est excalescens, tum magis desiccatoria. Differt etiam qualitatis simul ac facultatis missione. Nam agni semen ac germina modicam ferunt adstrictionem: at ruta ubi aruerit, exactè amara est & acris: ubi uero humida, subamara. Non tamen austeritas aut acerbitas illi inest: aut si cui uideatur inesse, ea utique omnino obscura (scio) uidebitur, nec par ei quæ est in agno. Quocirca & ad iecur & lienem indurata & obstructa agni semen potius quam ruta competit. Sed hæc ad curandi iam methodum pertinent: quam ut omnino non attingam de medicamentorum pronuncians facultatibus, fieri non potest: uerum celeriter ad rem propositam reflectere, uiri est utique temperati. Magis que etiam id in sequentibus medicamentis efficere conabor: hoc est, ubi ex quibusdam euidentiis generalem facultatem collegero, particulares postea actiones omittam. Nam in præsens id nouisse sufficit, quod agnus calidus est & siccus facultate, idque non medioriter, sed tertio excessu: tum admodum tenuium partium. Hæc qui norit, ac postea methodum curandi didicerit, ipsemet inueniet quo pacto menses hinc ciet, quo pacto partes induratas digerat, quo pacto lassitudinem soluens, seu acopum, & excalescens ex eo unguentum præparetur.

Agrostis. Gramen.

D Graminis radix modice frigida est, & sicca: mordacitatem quandam exiguam, & partium tenuitatem obtinens. At herba ipsa primo quidem excessu refrigerat, in humiditate uero & siccitate moderata. Porro semen alibi quidem imbecillum est, in Parnasso uero desiccatorium, & tenuium partium, & subacerbum.

Agrostis esculenta.

Gramen esculentam habet radicem, ubi mollis fuerit, dulcem quidem instar aquæ, sed acre quiddam exiguum & subacerbum obtinentem. Hæc herba plane aquea gustantibus est. Ex quibus apertum est, radicem modice esse tum frigidam, tum siccam, ac proinde cruenta ulcera glutinare. At ipsa herba illita non uehementer refrigerat, in medio constituta humiditatis & siccitatis. Porro mordacitas & tenuitas quæ radici inest, exigua est quidem, sed interdum tamen lapides frangere assolet, si quis eam decoctam ebibat. At semen alterius quidem imbecillum est, eius uero quæ in Parnasso nascitur, urinam ciet, & fluxus uentris & stomachi resiccatur: uis enim eius est exiccatoria, tenuium partium, & subacerba.

Anchusa.

Anchusa quadruplex species est. Quarum onoclea quidem radicem habet admodum refrigerantem & desiccantem, tum adstringentem & subamaram, tum que sufficiat extenuandis & extergendis humoribus biliosis, corporibusque condensandis. Cæterum folia habet imbecilliora quidem radice, adstringunt tamen & ipsa, & desiccant. Porro lycopsos cognominata refrigerat & desiccatur, magisque quam onoclea adstringit. At onochelos calidior est, & magis medicata. Nam piluculum habet & gustu ipso protinus acrimoniæ. Hæc uero etiam calidior est parua, quæ & amarior, & magis etiam medicata est.

De Anchusis.

Anchusa non omnes easdem uires obtinent. Nam onoclea quam uocant, radicem habet simul adstringentem & subamaram, corporibus condensandis & modice extenuandis idoneam, tum abstergendis quoque & abluendis biliosis & salis succis. Dictum enim supra est, quod qualitas acerba mista amaritudini ea præstare queat. Sic sanè

A Sic sanè aurigini & lienosis est utilis. Sed & refrigerare idonea est. Et sanè cum potenta illita iuuat erysipelata: & abstergit non modo epota, sed & foris imposita. Porro inde uiligines & lepras sanat cum aceto. Ac radicis quidem hæc opera sunt, & operum facultates quas diximus. At folia ipsius herbe radice quidem sunt imbecilliora, non tamen aliena sunt à resiccatione & adstrictione. Itaque etiam profluuium sanant pota cum uino. Et quæ lycopsos nominatur, eodem modo erysipelatis congruit, & radicem habet quam onoclea magis adstringentem. At onocleæ & alcibiadij cognominatæ uis magis est medicata. Nam & gustu protinus maiorem habet acrimoniam, & eos qui à uiperis morfi sunt, admodum iuuat tum illita, tum suspensa, tum esca. Reliqua uero, nempe quarta, quæ parua est, & ferè nomine caret ex illis sola, alcibiadio quidem persimilis est, uerum & amarior, & magis medicaminosa, ac proinde ad latos lumbricos idonea, oxybaphi mensura cum hyssopo & nasturtio epota.

Agarici radix.

Agarici radix, hoc est quæ trunco innascitur, primo quidem gustu dulcis, sed paulo post subamara apparet, & acrimoniæ quandam speciem temporis spatio inducit, leuiculaque adstrictionis. Est & consistens laxa. Ex quibus omnibus manifestum est, si quidem quæ superius dicta sunt meminerimus, quod medicamentum hoc compositum est ex substantia aëria & terrea à caliditate extenuata. Porro minimum habet essentia aqueæ. Hac ratione & digerendi uim habet, & crassitudinem incidenti, tum infarctus uiscerum expurgandi: proinde regio morbo laborantes sanat, eos utique qui sic ab infarctu iecoris laborant. Iuuat & morbo comitiali obnoxios eadem facultate: tum rigores per circuitum recurrentes ex crassis aut uiscosis humoribus natos sanat. Iuuat & morsos à bestiis frigore lædentibus, aut punctos, tum foris in affecta parte impositum, tum intro in corpus sumptum pondere drachmæ unius cum uino diluto, Est & purgatorium.

Agerantum.

Agerantum facultatè digerendi habet, & leuiter quadantenus phlegmone liberandi.

Adiantum.

Adiantum in caliditate quidem & frigiditate symmetrum est, uerum desiccatur, & digerit. Etenim caput ex alopecia glabrum capillis conuestit, & strumas & abscessus digerit, lapidesque si angit epotum, & uiscosorum crassorumque e peccore pulmoneque excretionibus non medioriter confert, & uentris profluuium sistit: non tamen ullam manifestam caliditatem affert, sicut nec frigiditatem. Verum posuerit ipsum quispiam secundum hanc oppositionem & temperiem in ordine medio.

Aezoon. Semperuiuum.

Aezoon utrumque, tum maius, tum minus, desiccatur quidem leuiter, quandoquidem & medioriter adstringit, omnis alterius uehementius qualitatis expers: quare in eo plus cæteris abundat essentia aquea. Cæterum non medioriter refrigerat. Est enim ex tertio ordine, & recessu refrigerantium. Hinc etiam ad erysipelata, & herpes, & phlegmonas à fluxione natas accommodatur.

Aegilops. Avena.

Aegilops digerendi uim possidet: id quod ex gustu patet: leuiter enim est acris. Verum & ex eo liquet, quod phlegmonas induratas & aegilopas sanat.

Aera. Lolium.

Lolium desiccatur & calcificatur efficaciter, ut propinqua sit acris, magis quam iris: sed non est perinde ut illa subtilis essentia, uerum multum in hoc deficit. Secundum hoc ponat ipsam quispiam in principio tertij ordinis excalescentium, secundum uero extremo exiccantium.

Aegyris.

Aegyri flores calidi quidem sunt in tertio recessu à temperatis: at in differentia quæ habetur in siccando & humectando, paulum quiddam ad siccius deflexerunt: Paulus Aeg.

† Arbitror legendum, primo: sic etiam habet Paulus Aeg.

C sed & subtiliorum potius quam crassiorum sunt partium. Et folia quoque ipsius quosdammodo floribus similia sunt, nisi quod ad omnia imbecilliora, minusque efficacia. Sed & resina eius floribus similem facultatem obtinet, atque etiam calidiorem. Porro semen tum resina, tum floribus & subtiliorum est partium, & exiccantius, non tamen admodum calidius.

Acacia.

Acaciae & planta ipsa acerba est, & fructus, & succus, qui lotus quidem & imbecillior, & minus mordax redditur, utpote acrimoniam quandam in lauatione depouens. Porro si parti alicui sanae illinatur, protinus eam & sicciorem, & contractam efficiet, nullum quidem caloris sensum inueniens, sed nec frigoris admodum ualentem. Unde constat medicamen id esse frigidum & terrosus, immista quadam etiam essentia aquea. Et sane coniectura est, non esse similem, uerum quasdam in sese dispersas habere partes tenues & calidas, quae in ipsa ablutione segregentur. Estoque & hoc tertij ordinis exiccantium, & secundi refrigerantium, ubi quidem elorum fuerit, absque eo uero primi.

Acalephe. Vrtica.

D Vrticae & huius herbae tum fructus, tum folia (nam haec potissimum sunt usui) admodum digerentis sunt facultatis, adeo ut & phymata & parotidas sanent. Sed & quidam statuosum obtinent, quo & uenerunt extimulant, & maxime ubi cum multo semine bibitur. Porro quod non uehementer calfaciat, sed multum tenuium sit partium, testimonio est crassorum uiscosorumque humorum ex pectore pulmoneque educio, tum quod partes quas contigerit pruriat. Porro statuosum eius, cuius esse particeps dicta est, dum concoquitur, nascitur: non enim actu statuosa est, sed facultate. Venerunt autem modice subducit ipsa duntaxat abstersione, ac ueluti uittatione, non purgatione. Et gangraenosa, & cancrofa, & in totum quae exiccari citra mordicationem postulant, ea conuenienter sanat, nimirum quum subtilium partium sit, & temperaturae siccae, non tamen tantum habens caliditatis, ut iam mordicet.

Acanthos. Spina uulgaris.

Acanthos, alij quidem Melamphyllum nominant, alij uero Paderota. Folia quidem mediocriter digerentem facultatem obtinent, at radix exiccatoria est, & leuiter incisoria, & tenuium partium.

Acanthion.

Acanthium: radix huius & folia facultatis sunt exalfactoriae, ut & ijs qui conuelluntur auxiliantur.

Acanthaleuce. Spina alba.

Acanthaleuce. Hanc quidam Leucacanthon nominant: radix eius desiccatoria est, & modice adstringens. Quamobrem & coeliacos & dysentericos iuuat, & sanguinis reiectiones cohibet, oedemataque illitu contrahit, ac dentes dolentes iuuat, si decocto eius colluantur: semen tenuis essentiae & calidae facultatis est. Itaque potius dari ijs qui conuelluntur conuenit.

Acantha aegyptia.

Acantha aegyptia, quidam Arabicam uocant: similis autem est spinae albae nostrae, uerum facultate ualidius adstringente pariter & desiccante. Itaque profluuium muliebre radix eius iuuat, & alia quibus auxilio est, quae apud nos nascitur spina: sed efficacius tamen omnia adiuuant tum radix, tum fructus. Hic uero & columellae prodest, & ijs quae in sede inflata sunt: tum ulcera ad cicatricem ducit, mediocriter habens & non molestant adstrictionem.

Acorum.

Acorum: huius utimur radice, quae gustu acri est, & modice amaro, odoreque non inuicundo. Itaque facultatis calidae est, & consistentiae tenuis. Huic consentaneum est, ut urinam moueat, & lienes induratos iuuet, tum ceratoidis crassitatem detergeat simul

A simul atque extenuet: sed ad hoc melior est ipsius succus. Omnino uero siccificum esse clarum est. Et sane ordinis esto tertij in utroque, in calfaciendo scilicet & desiccando.

Aconitum, siue Pardalianches.

Aconitum, seu Pardalianches. Hoc septicae & deleteriae facultatis est. Itaque in cibo potius fugiendum: attamen ad putrefaciendum quaedam extra os & sedem aptum est: herbae autem radix ad haec est utilis.

Aconitum, seu Lycostonum.

Aconitum siue Lycostonum: est & hoc similis alteri facultatis, sed peculiariter lepos interficit, sicut illud pardos.

Aete, Sabucus, et Ebulus.

Aete, tum magna illa & arborea, tum herbacea, quam & Chamæacten Graeci uocant (Latini hanc Ebulum, illam Sabucum) utraque potentiam habet tum desiccandi, tum conglutinandi, modiceque digerendi.

Alimum.

Alimum: haec planta frutex est, plurimo in Cilicia praecipue prouentu, ubi & germina eius recentia esitant, & reponunt quoque in posterum futura usui. Semen pariter & lac planta ipsa generat, estque gustus acris & subadstringentis. Ex quibus omnibus palam est, ipsam esse dissimilem. Maior autem pars eius calida est temperate, cum humiditate inconfecta, & leuiter flatuosa.

Aloe.

B Haec herba non admodum apud nos prouenit: & quae nascitur in magna Syria aquosior est, & facultatis imbecillioris: attamen usque adeo desiccare potest, ut uulnera glutinet. At in regionibus calidioribus, qualis est Coelosyria, & Arabia, multo est melior. Optima autem Indica, cuius liquor est id quod ad nos importatur cognominatum aloë, medicamentum ad plurimas res propter siccitatem mordicationis expertem utile. Est autem non simplicis naturae, sed, ut est indicio gustus, adstringit simul & amara est: adstringit quidem modice, sed fortiter amara est. Subducit & uentrem, utputa ex numero medicamentorum quae Graeci ab excernendo stercore uocant *εκκορωτικά*. Itaque ex dictis patet (si quidem memoria tenemus quae in quarto libro sunt demonstrata) quod tertij sit ordinis exiccantium, calfacientium autem aut primi intensi, aut secundi remissi. Sed & ipsius facultatis misturam attestantur particularia eius opera. Nam & gratum stomacho medicamen est, ut si quid aliud: & sinus glutinat. Sanat & ulcera quae aegre ad cicatricem duci possunt, & maxime quae in ano sunt & pudendo. Iuuat & eorum phlegmonas aqua subacta, & uulnera eundem ad modum glutinat. Congruit similiter utenti & ad phlegmonas in ore, ac naribus & oculis. In summa, repellere & digerere simul potest, cum hoc ut paulum exerceat, quantum uidelicet ulceribus puris non sit molestum.

Alysson.

Nuncupata est haec herba alysson, quod mirifice iuuet morsos a cane rabido. Sed & rabienti quoque data saepe in totum sanauit: atque hoc ex totius substantiae similitudine efficit. Dictumque prius est talem facultatem ex sola percipi experientia, & plane nulla constare methodo. Quod si quis ad multa experiat, cognoscet facultatem habere mediocriter siccificam, & digerentem, cum hoc ut absterforium non nihil etiam obtineat. Hac ratione & uittiginem & cphelin expurgat.

Alfina. Auricula muris.

Alfina, aut Myosota. Siquidem haec facultatem Helxinæ obtinet, nempe refrigerantem & humectantem: est enim essentiae aqueae, frigidae: quare & citra adstrictionem refrigerat. Quocirca ad feruentes phlegmonas & mediocria erysipelata competit.

Amaracon. Maiorana.

Amaracon exalfacit non instrenue, non ualde autem desiccet, sed in caliditate quidem tertij est ordinis, in siccitate uero secundi.

Ambrosia.

Ambrosia illita uim habet adstringentem, ac repellentem.

Ami.

Herbæ quam uocant Ami, semen maximè est utile: facultatis est excalfactoriæ, & desiccatoriæ, tenuiumq; partium. Sed & gustu subamarum est, & acre: & clarum est, quod & digerat, & urinam moueat. Fuerit autem in calfaciendo resiccans, doq; ex ordine tertio intenso.

Amarantum.

Amarantum facultatis est incidentis & extenuantis: coma igitur eius menses, cum uino pota educit. Sed & grumos sanguinis liquare ac soluere creditur, non solum in uentre, sed & in uesica. Sed tunc potius cum mulso bibenda: & omnes simpliciter fluxiones pota desiccant, stomacho infesta.

Amorge. Amurca.

Amurca terrestris est substantiæ, calidæ, non tamen tantum possidet caliditatis ut palam mordicat. Quod si coquatur quoque, multo etiam magis terrofa redditur: & fuerit sanè ex secundo ordine excalfaciendi & siccantium intenso quodammodo magis. Sic & ulcera corporum temperatura siccorum curat: quæ uero in alijs omnibus sunt, exasperat. Siquidem contrahit perinde ut resina, & pix sicca, & bitumen. Quæ & ipsa in corporibus admodum duris, quæ uulnus habent aut sinum, glutinatoria sunt, alia uero omnia contendunt atq; irritant.

Ampeloprason.

Ampeloprason. Si inter allium & prason, hoc est porrum, medium quiddam accipias, facultatem ampeloprasii inuenieris. Est enim agreste, ut sic dicam, porrum: quamobrem & acrius eo & siccus est, sicut agrestia omnia reliqua hortensibus, ac proinde stomacho quam illud nocentius: sed & crassos & lentos humores potentius incidit, ualentiusq; in facta organa obstructione liberat. Hac quoque ratione urinas sæpe prouocauit, ubi à crassis & lentis retinebatur humoribus. Adeo uero est calidum, ut illitum cataplasmatibus modo exulceret. Dictum est autem retro, quod quæcum in modum sunt calida, extremi sint ordinis.

Ampelos agria. Vitis agrestis.

Vitis agrestis racemi extergendi uim habent, ut ephelus, & neuos, & id genus omnia in extrema cute existentia curare possint. Sed & adstrictionem quandam extrinsecus germina, *ἀγρίωνος* Græci uocant, obtinent, quæ & sale conditi assolent.

Ampelos hemeros. Vitis satua & culta.

Vitis cultæ ad similes facultas est agresti, sed ad omnia imbecillior.

Ampelos leuce. Vitis alba.

Ampeli leuces, quam & bryoniam & psilothrum uocant, prima quidem generamina ab omnibus pro more edi uere solent, utpote edulium stomacho propter adstrictionem acceptum: sed & subamaram & modice acrem adstrictionem possident, quare & urinam modice cient. At radix & abstergentem, & desiccantem uim habet, & moderatè calidam: quamobrem & lienes induratos liquat tum epota, tum foris cum ficibus imposita: & psoram & lepram sanat. Porro fructus eius, racemi speciem præferens, ijs qui coria depfant, est utilis.

Ampelos melæna. Vitis nigra.

Vitis nigra. Vocatur autem hæc proprie bryonia, supradictæ tamen ad omnia similis, nisi quod imbecillior.

Amygdala.

Amygdala, quæ quidem palam amara sunt, omnino extenuandi uim possident, quod & qualitas ipsa indicat, & experientia comprobat. Ac de amara quidem qualitate in quarto horum commentariorum proditum est. Cæterum duo experientie exempla proponi satis est, unde uim eorum possis discere. Siquidem ephelin expurgant,

gant, & excreationibus ex pectore pulmoneq; crassorum lentorumq; humorum impendio conferunt. Porro hæc ostensa sunt genere quidem incidentis, specie uero extergentis esse facultatis. Quin & quod per accidens facultatem item habeant ab obstructione liberandi, & ipsum supra demonstratum est. Sed & experientia monstrat. Nam in iecore crassorum uiscolorumq; humorum in extremis uasis impactorum obstructiones abunde expurgant expediuntq;. Quin & laterum dolores ab huiusmodi causa natos, & lienis, & coli, & renum sanant. Porro & ipsa arbor similem sortita uim est. Nam huius radices coctæ atque illitæ ephelus purgant. Quotquot uero sunt amygdala dulcia, & ipsa leuiculam amaritudinem possident, quæ tamen dulcedine superate occultatur: ceterum id temporis spatio clarum fit. Demonstratum autem retro est, qualitatem dulcem moderatè esse calidam.

Ammoniacum.

Ammoniacum, opus siue liquor est ferulæ cuiusdam: hoc habet emolliendi facultatem intensam, adeo ut & articularum tophos dissoluat, & lienes induratos sanet, & chæradas per halitum digerat.

Amomum.

Amomum acoro similem facultatem obtinet, nisi quod acorum siccus sit, maiore autem concoquendi facultate amomum.

Anagallis.

Anagallis utraq; tam ea quæ cœruleum habet florem, tam ea quæ purpureum, admodum extergentis sunt facultatis. Habent uero non nihil etiam caloris, & quandam trahendi facultatem, adeo ut & infixæ corpori extrahant. Succus earum ex naribus purgat eadem de causa. In summa autem desiccandi uim habent citra mordicationem: quamobrem & uulnere glutinant, & putrida adiuuant.

Anagyris.

Anagyris frutex est grauiter olens, & digerentis excalfaciendiq; facultatis. Sed folia etiamnum uirentia quæ propter humiditatis admisionem minus sint acria, idcirco tumentia reprimunt: at resiccata incidentis sunt exiccantisq; facultatis. Similem ferè facultatem habet radice eius cortex. Semen autem magis subtilium est partium. Sed & uomitum prouocat.

Androsæmum.

Androsæmum, planta fruticosa, natura duplex: unum enim ascyron, & ascyrodes nuncupatum est, species hyperici. Alterum uero à quibusdam dionysias appellatur. Est autem semen eorum purgatorium. Foliorum uero facultas modice extergens & desiccans, ut & ambusta curare credantur. Cæterum in uino austero decoctæ, uinum ipsum uulnere grandium glutinatorium efficiunt.

Androsaces.

Androsaces, amara & acris herba. Potest autem resiccata ebibitaq; tum ipsa, tum fructus eius magnopere urinam prouocare, & nimirum etiam digere, & desiccare.

Andrachne. Portulaca.

Andrachne, frigida & aquea temperie est, pauca particeps austeritatis, proinde fluxiones repellit, & maximè biliosas & calidas: cum eo quod cas mutet, & in qualitate alteret, magnopere refrigerans. Et fuerit sanè in refrigerandi quidem facultate terij excessus à temperatis ac medijs, in humectandi uero secundi. Hac ratione & æstuantes, ut si quid aliud, adiuuat tum uentris osculo imposita, tum totis hypochondrijs, maximè in febribus hæcticis. Præterea dentium stuporem sanat, nempe quæ ab acidorum contactu asperè exiccata fuerant leniens, atq; replens, utpote quum uiscosam habeat humiditatem. Similiter uero & succus eius. Itaq; non foris modo impositus, sed epotus quoq; refrigerat. Hoc sanè & toti herbæ comesæ accidit. Quoniam autem restringit, utiliter dysentericis editur, & muliebri profluuiio, & sanguinis reiectionibus. Sed ad hæc quidem multo est, quam herba, succus ipsius efficacior.

Cum non ualentem, sicut Dracontium. Est itaque in exiccando & calefaciendo primi ordinis. Radices eius maxime sunt utiles. Siquidem comese crassitiam humorum mediocriter incidunt, adeo ut & excretionibus ex pectore idoneae sint; sed magis tamen aptum est Dracontium.

Artemisia.

Duplex quidem est herba Artemisia, sed utraq; excalfacit, & modice desiccatur: & sunt, quod ad calefactionem attinet, excessus secundi; quod uero ad resiccationem, aut primi intensi, aut secundi remissi: sunt autem & modice tenuium partium. Itaque ad renum calculos mediocriter commodae sunt, & ad fomentationes uteri.

Asarum.

Huius herbae radices utiles sunt, facultate similes radicibus acori, intensiores tamen, itaque ex his, quae de illis prodita sunt, hic facienda coniectura.

Asclepias.

In tertio Dioscorides de hac herba conscripsit: at nos eius nondum periculum fecimus.

Aspalathos.

Aspalathus gustu quidem acris simul & adstringens est, facultate uero ex dissimularibus constat, nempe partibus suis acris excalfaciens, partibus uero alijs, aut steris scilicet, refrigerans. Itaque utriusque ratione desiccatur, & proinde ad putredines & fluxiones est utilis.

Asparagus.

Asparagus petraeus aut myacanthinus abstergendi uim habet, idcirco citra manifestam aut caliditatem aut frigiditatem. Hinc renes ac iecur in infarctu liberat, & maxime herbae ipsius radices & semen. Quin & dentium dolores sanat siccitatis nomine, quam uel maxime dentes requirunt. Porro Athenienses per ph dicitur Aspharagus.

Asplenium.

Asplenium, tenuium quidem partium, non tamen calida est herba. Hac utique ratione & lapides frangit, & lienes liquat.

Astragalos.

Astragalos urticellus est exiguus, radices habens adstrictorias: quamobrem etiam ex numero est non instrenue exiccantiu. Nam ulcera uetera glutinat, & aluum fluxu tentatam sistit, si quis in uino decoctam radicem bibat. Plurimus huius fructus prouentus est in Pheneo Arcadiae.

Aster atticus.

Aster atticus. Alij bubonium uocant, non ob id tantum, quod illitum, sed etiam quod suspensum bubonas sanare creditur: habet uero quiddam etiam digerens, ut mistae sit potentiae, uti rosa: uerum id non adstringit.

Astaphis. vna.

Astaphis, culta quidem, concoquendi, adstringendi, & leuiter digerendi facultatem possidet. At agrestis uehementer acrem obtinet, adeo ut ex capite purget, quod ἀπὸ κεφαλῆς Græci dicunt, abstergatque ualenter. Itaque ad ploram accommodata est. Sed & urendi uim habet.

Asphodelus.

Asphodelus. Et huius radix utilis est, sicut Ari, Afari, & Dracontij, nempe extergentis facultatis: uis autem cinis calidior, & exiccantior, subtiliorque, ac digerere potentior efficitur, ac proinde & alopecias sanat.

Attractilis.

Attractilis aut cnicus agrestis: haec planta ex spinarum est genere: facultatem habet desiccandi, & modice digerendi.

Atraphaxys. Atriplex.

Atriplex humida & frigida temperie est, humida quidem secundi ordinis a medijs, frigida uero primi, quam utique tepidam esse caliditatem posuimus, cuiusmodi rosae

A rosae inest: non tamen adstrictionis est particeps, sed aquea est, & minimum terrena, similiter maluae. Quin & uentrem celeriter permeat, ut illa, ob lubricitatem. Porro paululum omnino eius est quod digerendi obtinet potentiam. Hortenses autem atriplex & malua, quam agrestes tum humidiores sunt, tum frigidiores. Proinde phlegmonis & phygethli incipientibus gliscentibusque, & mollibus etiamnum, ac uelut feruentibus hortenses, uigentibus autem & declinantibus ac indurescentibus comodiore sunt agrestes. Semen eius abstergendi uim habet: itaque ad auriginem ex pituita in infarctu prognatam utilis est.

Aphace.

Aphace uim habet adstringendi, sicut & ipsa lenticula (φάνου Græci uocant). Sed & similiter ut lenticulae edi solet: ceterum agrius quam illa concoquitur: ualentius autem desiccatur, & moderati calor est.

Abinthium.

Abinthium adstrictoria, & amaram, & acrem simul qualitates possidet, excalfaciens pariter & extergens, & roborans & desiccans: proinde biliosos uentris humores per egestionem infernam propellit ac per urinas euacuat. Magis autem quod in uenis est biliosum, per urinas expurgat. Ob haec contenta in uentre pituitam nihil adiuuat sumptum. Sic nec si in thorace aut pulmone contineatur: nam adstringens in eo facultas, quam amara ualentior est. Porro quod insit quoque acrimonia, idcirco maiori portione calidum est quam frigidum. At si opus est generatim comprehensam eius temperiem secundum primas circumscribere facultates (edii anomomeres & dissimulare sit) calidum ipsum dixerim primi excessus, siccum tertij. Succus autem eius longe quam herba ipsa calidior est.

Balanos.

Balanus myreplica, hoc est glans unguentaria, adfertur ex barbarica regione: utuntur unguentarij carnis eius succo, qui facultate calidus est. Reliquae autem unde expressus est succus, terrestres scilicet & durae, uincem habent qualitatem amaram. Sed & admista est quaedam adstrictio. Proinde

extergentem simul & incidentem contrahentemque & stupantem effectum possident. Itaque ad ionthos, lentas, ephelin, & pruritum, deinde & ad ploram & lepra conueniunt. Verum enim uero & lienes liquant iecurque indurescentia. Quod si quis carnem eius drachmae pondere cum melicrato bibat, medicamen experietur uomitorium. Saepem etiam per infernam aluum largiter subducit. Itaque quum hoc medicamento utimur ad uiscerum expurgationem, & maxime iocinoris lienisque, ex oxycrato ipsum exhibere consueuimus. Gaudet uero uel maxime alio qui aceto ad actiones extrinsecas. Adeo enim efficae efficitur, ut & psoras, & lepras extergeat, & multo etiam magis quam his sunt minora, lentas, uis illigine, ionthos, ephelin, exanthemata, achoras, tum ulcerosa, & quae crassi sunt succi omnia. Sed & cicatricibus decorum affert. Porro quod quum illinenda est leni, praeter admistam esse farinarum quampiam exiccantiu, cuiusmodi est erui ac lolij farina: id iam potius ad componendorum medicaminum tractationem, haudquaquam ad praesens institutum pertinet: sed & in paratu facilibus ipsum dicitur. Verum in praesens sufficit abstergentem & incidentem cum adstrictione quampiam propositi medicaminis dixisse facultatem, ac sic ad aliud transgredi: cortex tamen eius admodum adstringit. Itaque & hunc quoque possis ubi ualidus usus est adstrictionis, accommodare.

Balsamum.

Balsamum desiccatur & excalfacit secundo excessu: est autem & tenuium partium, adeo ut odoratum sit. Sed liquor eius subtiliorum etiam partium est quam ipsa planta, non tamen adeo calidus, quam quidam existimant, tenuitate partium falsi. Porro fructus eius persimilis facultatis est, ceterum longe in subtilitate partium inferior.

Balaustium.

Balaustium flos est agrestis punicae, sicut domesticarum cytinus: ualenter gustum

C adstringit. Et sanè desiccantis & refrigerantis facultatis est, & nimirum etiã crassã essentia, si quidem memores sumus eorum quã in quarto horum cõmentariorum sunt prodita, ubi ostendimus omne adstringens terrestre esse frigidum. Aliarum autem qualitatum nullius præ se fert indicium. Proinde ipsum quis censet strenuè & exiccare & refrigerare. Siquidem non perperam in quarto horum uoluminum terreis frigidis corporibus adstringentem inesse qualitatem demonstratum est. Sanè uero & euentus ipse cõprobat. Nam si intertriginibus & alijs ulceribus ipsum illinas, celerrimè illa uidebis cicatricem contrahere. Hoc sanè nomine & ad sanguinem reijcientes, & ad dysenteriam, tum ad uentris uteriq; profuua non est quispiam medicorum qui curandi tractatus conscribere, qui hoc non utatur medicamento.

Batus. Rubus.

Rubi folia, germina, flos, fructus & radix qualitate adstringente participat, eaq; non obscura. Sed hoc inter se differunt, quod folia mollia & recens nata plurimum in se habeant substantia aquea, paucum uero adstrictionis: eadem ratione & germina. Itaque si mandantur, aphthas & alia oris ulcera sanant. Quin & alia uulnera glutinare ualent. Est enim eorum temperies partim ex terrea frigida essentia, & aquea tepida. At fructus, si quidem maturus fuerit, non parũ habet succi calidi temperati, qui dulcis est, uti monstrauimus. Itaq; ob hoc & ob modicã adstrictionẽ esui non insauis est. At immaturus à frigida substantia terrea uincitur, ac proinde acerbus est & exicatorius. Et sanè uterq; recõditur ualidius quã recens desiccans. Sed & flos eandem uim fructui immaturo possidet: utraq; ad dysenterias, & uentris profuuium, tum robur deperditum, & sanguinis exuisionem idonea remedia. Porro radix præter adstrictionem non paucam habet substantiam in sese tenuem, per quam & lapides renum comminuit.

Batrachium.

D Batrachium quatuor habet speciatim differentias. Omnia uero uehementer acrem qualitatem possident, adeo ut cum dolore exulcerent: hac ratione si moderatè ac conuenienter utare, pforas & lepras excoriant, & ungues diuellunt; tum leprosis stigmata digerunt, & acrochordonas & myrmecias detrahunt. Quin & alopecias iuuant pauco tempore admota. Nam si diutius inhæreant, non excoriatur solum ipsa cutis, sed & in crustam uritur. Atq; hæc omnia caulibus & foliorum sunt opera, si imponas uirentia. Porro radix arefacta sternutationem prouocat similiter alijs quã ualenter desiccant. Sed & dentes dolentes iuuat, ut & frangat eos, ualenti scilicet exiccatione: & ut semel dicam, calida & sicca ualde est tum radix, tum uniuersa adeo herba.

Bdellium.

Bdellium, quod scythicum nominat, quod sanè & atrius est, & resinofum magis, emollientis admodum & efficacis uirtutis est. At alterum, nempe arabicum, quod dilucidius est, magis desiccatur quã emollientia. Igitur recens & humidum est, & conuulsum facile mollescit, ad omnia ad quã scythicum, idoneum. At quod antiquius est, & admodum gustu amarum, & acre, & siccum, ab eorũ quã indurata molliunt mediocritate excidit. Vtuntur autem quidam illis, & potissimum arabico, & ad bronchocelas, & hydrocelas, salua matutina ieiunãq; subigentes, ut emplastri consistentiam accipiat. Porro arabicum & calculos renum in potu sumptum frangere apparatus, tum urinas ciere, & crudorum flatuum discursus, præterea laterum dolores & rupturas persanare.

Bechium. Tusdago.

Bechium inde adeo nuncupatum est, quod bechas, hoc est tussis & orthopnoeas iuuare sit creditum, si quis folia arida aut radicem in prunis urens ascendentem inde fuliginem inspirat attrahat. Est autem modice acris, ut sine molestia noxæ omnes thoracis abscessus credita sit rumpere. Sanè folia uirentia partes cruda phlegmone obsessas illitu extrinsecus adiuuant, nempe ob aquea substantia admisionem, qua omnia

A omnia uiridia teneraq; participant, alia plus, alia minus. Nam sicca bechij folia acriora sunt quã ut phlegmonis conueniant.

Blitum.

Blitum holus est esculentum humidæ frigidæq; temperatura in secundo maxime excessu à temperatis.

Bulbus satiuus.

Bulbus esculentus quidè frigidior & crassior est, lentumq; succu procreat. Nam & coctu difficilis est, & flatuosus, & uerem prouocans. Attamen illitus ob amaritatem simul & adstrictionem abstergit simul & glutinat, & nimirum etiã exiccat. Est enim ostensum, amaritudinem in extergentibus esse substantijs, adstrictionem uero in glutinantibus. At siccitas utraq; consequitur.

Bolbos emeticos. Bulbus uomitorius.

Bulbus uomitorius multo est calidioris temperatura quã superior.

Bubonium.

Bubonium, aut Aster atticus, nuncupatum est ita, quia creditum est bubonas sanare tum illitum, tum inguini adalligatum. Est autem mediocriter digerentis facultatis, quia uidelicet & modice calidum est, nec uehementer; nec ita desiccatur ut tendat, maxime quum etiamnum molle ac recens fuerit.

Buglossum.

Buglossum humidæ calidæq; temperiei est. Itaq; uinis iniectum, lætitiæ ac hilaritatis causa esse creditum est. Sed & ijs qui ob supremi gutturis (pharynga Græci uocant) asperitatem tussunt, coctum in melicrato conuenit.

Bunium.

Bunium, alijs Arcticum, adeo exalfacit, ut & urinã moueat, & menses prouocet: sed & pseudobunium adsimilis illi caliditatis est.

Bupthalmum.

Bupthalmum sic appellatum est à floribus, qui figura quidè bouum oculis uideantur adsimiles, colore autem anthemidis floribus simillimi sunt, sed multo tum maiores, tum acriores: proinde & uehementius digerunt, adeo ut & duritias sanent cerato misti.

Brathy. Sabina.

Sabina ex numero est foriter exiccantium, idq; secundũ tres qualitates quas in gustu præ se fert, similiter cupresso, nisi quod ea & acrior est, & ut sic dixerim, magis aromatica, seu odorator. Igitur huius quã modò dixi qualitatis est particeps, nempe acrimonia consistentis in temperamento calido, præterea amaritudinis & adstrictionis obscurioris quã in cupresso. Siquidem quanto magis acrimonia superat, tanto etiam potentius digerit. Itaq; glutinare nequit ob siccitatis & caliditatis robur. Nam utriusq; illi tantum inest, ut etiam tendat, & inflammationẽ afferat. At putredinibus similiter cupresso accommodari potest, maxime ubi rebelliores fuerint & diurniores. Nam hæc citra noxam uim medicamenti perferunt. Quin & quæ atra sunt redidita, & admodum fordida, ea cum melle expurgat. Carbunculos item soluit. Porro essentia tenuitate menses quoq; prouocat, ut si quid aliud: & sanguinem per urinas mouet. Foetum etiã uiuentem interficit, & mortuum eiicit. Esto autem hoc medicamen tertij ordinis tum exalfacientium, tum desiccantium, ex numero eorum quæ uel maxime tenuium sunt partiu. Et hoc utiq; nomine unguentis inditur, & maxime gleucino, & in multas antidotos iniicitur. Quidam uero etiam Cinamomi uice duplum eius subiiciunt. Est enim extenuandi & digerendi facultatis, si epotum fuerit.

Bretanica.

Bretanica herba folia adstringentia sunt, & uulnerum glutinatoria, similia agrestibus lapathis, nisi quatenus atriora sunt, magisq; hirta. Sed & expressus ex illis succus perinde natus est adstringere: itaq; coctum quidam reponunt tanquam inter stomatica medicamenta efficacissimum. Videtur enim sanare iam etiam putrescentia.

Bromus.

C Bromus unū est ex leguminibus, uerum ut medicamentū similit̄ hordeo uim obtinet. Nam illitū desiccatur & digerit mediocriter, & sine morfu. Temperie autem habet paulō frigidiorē. Nonnihil etiam adstrictionis obtinet, ut uentris profluua iuuat.


Bryon thalation. Alga.

Bryon thalation compositum est ex terrena & aquea essentia, utraq; frigida. Siquidem & gustum adstringit, & calidis quibusuis illitum, ea refrigerat & adiuuat.

Bryon aut Splanchnon. Muscus.

Bryon, quidam uero Splanchnon. Inuenitur autē in quercubus, & piceis, & populis albis; uim habet adstringentem inualidam. Nec enim multum est frigidum, sed proxime ferme medijs, quia uidelicet & digerendi & emolliendi facultatis est particeps, maxime quod in cedrinis lignis reperitur.

Gallium.

 Allium inde adeo nomen sortitum est suum, quod lac coagulet. Ad simile autem est aparinae, facultatem obtinens exiccatoria & subacrem; flos eius sanguinis profluuijs competere uidetur, & combustis mederi. Est autem boni odoris, & coloris lutei.

Gentiana.

Huius herbae radix multum est efficax quā opus est extenuatione, purgatione, absterione, obstructionis liberatione; nec mirum si haec possit, quā impense sit amara.

Gigarta, sive acinorum uuae nuclei.

Acinorum uuae nuclei ex secundo ordine sunt exiccantium, refrigerantium uero primo. Substantia eorum crassa est & terrena: cui gustus indicio est, nimirum quum acerbi appareant. Quin & experientia comprobatur. Nam omnibus uentris cum profluuiio iunctis affectibus impendit conferunt.

Gingidium.

D Gingidium sicut gustu amaritatem & adstrictionē praefert, sic temperie quoque ipsa caliditatem & frigiditatem. Secundum utranque uero qualitatem desiccatorium est. Sed enim stomacho amicum est, utpote non paruam obtinens adstrictionem. Quamobrem non admodum conspicuam caliditatem possidet: duobus autem numeris desiccatur.

Glaucium.

Glaucium adstringit cum quodam fastidio. Tum adeo insigniter refrigerat, ut solum saepe crysipelata, utique si ualentia non fuerint, curare possit. Mistura eius composita est ex aquea terreaque substantia: utraque sane frigida, uerum non summe, sed ceu aqua fontana.

Glaux.

Glaux herba, & ipsa lactis generandi uim obtinere uidetur. Quod si sit, calida quodammodo humidatqua fuerit.

Glichon. Pulegium.

Pulegium: & haec herba, quandoquidem acris & subamara est, ualde tum excaesat, tum extenuat. Porro quod excaesat, abunde magnū est testimoniū, quod illita rubrificat: & si quis diutius toleret, exulcerat quoque. Quod uero extenuet, satis indicat, quum humida, crassa & lenta ex thorace & pulmone excreatu facillia faciat, mensesque moueat.

Glaeos. Strigmenta balneorum.

Glaeos modice emolliendi uim obtinet.

Glycyrriza. Dulcis radix.

Huius fruticis radicem succus in primis utilis est, similiter ut eius radices dulcis, simulque leuiter adstringens. Proinde asperitates lenire potest, nec modo in arteria, uerum etiam uescica scabra, idque temperaturae mediocritate. Quocirca fuerit sane naturae eius familiaris nostrae temperaturae: nam tale monstratum est esse dulce: sed quum adstrictio quaedam adiuncta sit, uniuersum eius temperamentum quantum ex caliditate

A tate & adstrictione est, tepida potissimum caliditatis fuerit, quamproxime accedens ad symmetricum suae temperatum. Porro quoniam temperie quoque est humidum id quod modice est dulce, iure sane etiam sit congruens medicamentum est, nimirum modice humidum, simul & humana natura frigidius. Refert Dioscorides radicem siccam ad leuorem redactam, pterygiorum seu unguium oculorum idoneum esse illitum remedium.

Glycyfida. Peonia.

Glycyfida, quam pentorobon & praeniam nuncupant, radicem habet leuiter adstringentem cum quadam dulcedine: ac si plusculum dentibus mandas, acrimoniam item quampiam subamaram subesse percipies. Proinde menses ciet ex melicrato amygdali pota quantitate. Sane tunderi eam necesse est, ac ita cribratam inspergere. Expurgat porro etiam iecur obstructum, & renes: sed haec efficere nata est qua acris & subamara est: qua uero quiddam etiam adstrictorium obtinet, in uentre prouenientes fluxiones sistere potest. Caterum eam tunc in austerorum uinorum quopiam decoctam potare conuenit. Est porro omnino & resicatoria. Eapropter haud desperauerim eam ex collo pueris suspensam merito comitiali morbum sanare. Equidem uidi puellum quandoque octo totis mensibus morbo comitiali liberum, ac postea forte fortuna quum quod a collo suspensum erat decidisset, protinus denuo conuulsione correptum, rursumque suspensum in locum illius alio, inculpatum postea egisse. Porro uisum est mihi satius esse rursum id collo detrahere, certioris experientiae gratia: id quum fecissem, ac puer iterum esset conuulsus, magnam recentis radiceis partem ex collo eius suspendimus, ac deinceps prorsum sanus effectus est puer, nec postea conuulsus est. Rationabile itaque erat, aut partes quaspiam a radice desuantes, ac deinde per inspirationem attractas, affectos ita locos curare, aut aetrem a radice assidue mutari & alterari. Nam hoc pacto succus cyrenaeicus columellam phlegmone affectam iuuat, & melanthium frictum palam catarros & coryzas desiccatur, si quis id in calidum lineum rarum liget, assidueque calorem ex eo per inspirationem in nares attrahat. Quinetiam si compluribus linis, & maxime marinae purpurae, collo uiperarum infectis, illis uiperam praefoces, eaque postea cuiuspiam collo obuincias, mirifice profuerit tum paristhmis, tum omnibus his quae in collo expullulant. Sane de talibus priuatim aliquando forte confertur. At nunc praeniam cognoscendum temperamentum est tum exiccatorium, tum subtilium esse partium, haud tamen insigniter calidum, sed aut symmetricum, aut pauxillo calidius.


Gnaphalium.

Gnaphalium inde adeo nominatum est, quod folijs eius mollibus pro tomento utantur. Sunt autem candida, & modice adstringunt, ac proinde quidam id exhibent ex austerorum uinorum quopiam dysentericis.

Gongilis. Rapum.

Gongilidis semen uenerem excitat, utpote spiritum flatuosum procreans. Sic & radix coctu difficilis est, inflatque, & semen generat.

Damaionum. Alisma.

 Amaionum, aut Alisma. De hac herba in tertio libro tradit Dioscorides, quod radix eius epota dysenterias sanat, & aluum sistat, atque oedemata mitiget. Sed nos ea quidem experti non sumus: quod autem constitutos in renibus calculos aqua in qua decocta fuerit, pota comminuat, id certe experitum sumus. Ex quo liquet quod absterforiam quandam facultatem obtinet.

Daucus. Staphylinus.

Daucus, quem quidam staphylinum nuncupant, agrestis quidem domestico minus est esui idoneus, caeterum in omnibus uehementior: at domesticus esui aptior, sed imbecillior, acrem, & calefaciendi facultatem obtinet, ac proinde etiam extenuandi. Certe radix praeter iam comprehensa flatuosum quiddam obtinet ac uenerem. Semen autem domestici quidem & ipsum quandam ad uenerem ciendi potentiam possidet.

C Agrestis uero planè flatu caret, quod ἀφροσύ uocant: ac proinde urinā mensesq̄ ciet.
Dauci semen.

Dauci herbæ semen exalfaciendū uehementer facultatē habet, adeo ut inter prima efficacit tum urinæ mouendæ medicamen, tum mensibus prouocandis. Multum etiā digerere per halitum foris impositum ualet. Ipsa uero herba similem quidem uim obtinet, tamen femine infirmiore, nimirū ob aqueæ humiditatis misturā: quanquam utiq̄ & ipsa calida sit temperie.

Daphne arbor. Laurus.

Lauri arboris & folia, & fructus desiccant, & calfaciunt uehementer, plusq̄ etiam fructus quàm folia. At radice cortex minus quidem acris est & calidus, plus tamen amarus, habetq̄ etiā adstrictionis nonnihil. Quamobrem & calculos cōstringit, & iecori prodest: bibitur ex uino fragrante trium obolorum pondere.

Daphne herba.

Daphnes herbæ, quam & daphnen Alexandrinam appellitant, temperatura uidenter est calida, & gustantibus acris simul est & subamara, potatq̄ tum urinas, tum menses prolucit.

Chamædaphne.

Porrò chamædaphnes germina tenera edi quoq̄ assolent. Est autem persimilis uiribus daphnæ Alexandrinæ, sicut sanè & quod daphnoides nuncupant.

Dictamnium.

Dictamnium tenuiore essentia cōstat quàm pulegium, cætera illi simile. At quod uocant pseuodictamnium, ad omnia imbecillius dictamno est.

Dipsacos.

Dipsaci spinæ radix ex secūdo ordine exicatoria est, habetq̄ nonnihil & absterforiū.

Dorycnidium.

D Dorycnidium temperamento papaueri simile est, & mandragoræ, ac quæcunq̄ parem habent refrigerandi potentiam: excellit & frigiditate aquea: quamobrè paululum quidem, soporem conciliat, plusculum uero sumptum interimit.

Dracuntium. Dracunculus.

Dracuntium quiddam Aro persimile obtinet tum folijs, tum radice: cæterū illotum acrius est, tum amarius, ac proinde calfactoriū magis, & tenuioribus partibus. Habet etiā leuiculam quandam adstrictionem, quæ quandoquidem cum comprehensis duabus qualitatibus, acris scilicet & amara coniuncta est, medicamentum factum est, ut quæ maximè, efficacit. Nam radix uiscera omnia expurgat, crassos potissimum & lentos succos extenuans: optimumq̄ remedium est cōtumaciū uulcerum, quæ κακόνθη nuncupant. Expurgat quoq̄ extergetq̄ profectò strenuè tum alia quæ extersionem desiderat, tum uiriliginē cum aceto: tum folia item, utpote simile facultatem habentia, ulceribus uulneribusq̄ recens inflictis accommodata sunt, & quantum minus fuerint sicca, tanto magis cōglutinant. Nam quæ sicciora sunt, uiribus sunt acrioribus quàm ut uulneribus conueniant. Creditum quoq̄ est caseum humidum si illis foris repositus reponatur, ob temperaturæ illorum siccitatem à putredine conseruari. Fructus ualentior est non folijs tantum, sed & radice: itaq̄ & caneros & polypodas eliquare creditus est. Succus quoq̄ eius uitia oculorum expurgat.

Dryopteris. Filicula.

Dryopteris gustu mistam qualitatem præfert, dulcem, acrem, amaram, in radice uero item acerba. Facultatem habet septicam: proinde etiā pilis glabrâ cutem efficit.

Drys. Quercus, siue Robur.

Quercus partes omnes adstringentis facultatis participes sunt. Sed plus tamen habet quæ in trunci cortice membrana subest, tum quæ sub glandis ipsius caliculo, ea uidelicet quæ fructus carnem conuestit. Quamobrem ad profluuium muliebris, & sanguinis exspuitions, [tum dysenterias,] & diuturnos uentris fluxus dam esse

A dam esse credunt. Maximè uero ea utuntur decocta. Valentius tamen adstringunt fagus & ilex, seu quis eas species esse Roboris uelit, seu toto genere diuersas. Quin & folia harum plantarum tenella illita non instrenue desiccare ualent, minus autem quæ sunt alterius Roboris, nimirum quanto minus fortita sunt adstrictionis. Siquidem ego quandoq̄ glutinasse me uulnus memini securi inhiectū, quū nullum adesse set ad manum medicamen præter ipsius quercus folia: terebam ea in leui petra, & uulnus omnemq̄ uicinum locum contexi. Eandem folijs uim habet & fructus Roboris, eoq̄ medici nonnulli ad incipientes & crescentes utuntur phlegmonas. Nam quæ iam uehementes sunt, adstringentia respuunt. Sed talia ad curandi potius rationem quàm præsentem tractatum attinet. Cæterū in præsentia nouisse, quod eatenus adstringentem, quatenus dictū est, facultatem quercus obtineat, sufficit: ac proinde desiccandi, atq̄ adstringendi: exalfaciendi autē paulò infra media, in genere scilicet eorum quæ (ut sic dicam) tepida sunt.

Ebiscus. Althea.



Biscus, siue althea: est autem malua agrestis: facultate digerendi, laxandi, ἀφλέγματι, hoc est phlegmone leuandi, mitigandi, concoquendi difficilies coctū abscessus. Radix porrò eius & semen cætera quidem pari folijs modo agunt, uerum tenuiorum partium, magisq̄ exicatoriam, ad hæc magis exterioriam facultatem ostendunt, ut & uiriliginis detergant, & semen tenum calculos confringat. At radice decoctum ad dysenteriam, diarrhœam, hoc est profluuium & sanguinis reiectionē aptum est, nempe quū adstringentem quandam facultatem possideat.

Ebenus.

B Ebenus exijs lignis est quæ trita cum aqua in succum soluuntur. Vis ei inest exalfaciendi, extergendi, & tenuium partium. Quamobrem quæ pupillas offuscant, extergere creditur: miscetur alijs remedijs ocularibus, quæ ad ulcera multa, fluxiones, & bullas siue pustulas accommodata sunt.

Elæa. Olea.

Oliuæ rami quantum habent adstrictionis, tantæ & frigiditatis participes sunt. Fructus uero, si quidem ad unguem maturuit, moderate calidus est: sin immaturus est, magis tum adstringit, tum refrigerat.

Elæon. Oleum.

Oleum quod ex oliuis conficitur, quod sanè propriissimo nomine oleum appellamus, cuiusmodi sit temperaturæ, superioribus libris definitum est. Quippe humectatorium esse & moderate calidum ostendimus. Eiusmodi est quod est dulcissimū: sitq̄ potissimum ex oliuis quas Græci δρυπέρεις uocant, nos druppas. Cæterū quod omotribes & omphacinū nuncupant, id quantum in se habet adstrictionis, tantum etiā illi inest frigiditatis. Porrò oleum uetus, quod quidem ex dulci inueterato efficitur, & calidius est, & potentioribus ad euaporandum uiribus. Quod uero ex crudo, id dum reliquum quippiam seruauerit adstrictionis, mistæ permanet facultatis: ubi uero illam prorsum abiecerit, reliquo sit simile. Quinetiam quicumque in præparando ramos iniiciunt, ij & ipsi omphacino simile oleum efficiunt. Cæterum rogandum non est, quo pacto sit præparatum, sed gustandum est potius: ac si præferat adstrictionis quippiam, eatenus etiam frigidum esse existimandum, ceu illud quod ab Iberia portatur, quod spanum, id est hispanicum nominant. Quod si nequaquam gustantibus adstringere appareat, sed ad amulsum uideat dulce, id modice esse calidū putandum. Porrò si tenue quoq̄ cernatur (tale est quod purum est, quodq̄ intuenti translucidum uidetur) ac modicum eius latissime per cutē extensum sibi maneat continuū, celeriterq̄ à cute combibatur: id utiq̄ pro optimo ducendū, ac olei uirtute q̄ maximè pollere, quale est fabinum. Porrò quod oleum lotum minimè omnium modicatem cōtinet, supra positum est. Cæterum quo potissimum modo id probissimè

Anemone.

Anemonæ omnes extrahendi, & attrahendi, & ora uasorum reserandi facultatem obtinent. Itaque radix commansa pituitam euocat, & succus ex naribus purgat, & oculorum cicatrices extenuat. Insuper sordida ulcerum anemonæ expurgant, & lepras detrahunt, mensesque appositæ eliciunt, & lac trahunt.

Anethum.

Anethum adeo exalfacit, ut habendum sit aut secundi ordinis intensi, aut tertij remissi. Exiccantium uero ordinis est secundi incipientis, aut primi finientis. Itaque merito in oleo decoctum digerit, dolorem sedat, somnum conciliat, & crudos & incoctos humores concoquit. Fit enim ex eo oleum, cuius propinqua sit temperies pus mouentibus, & concoquentibus uocatis medicamentis, nisi quatenus paulo illis tum calidius, tum subtilius est, ac proinde digerens. Vstum autem tertij ordinis tum exalfacientium, tum desiccantium sit, & proinde ulceribus nimis humidis molibusque prodest, potissimum istis quæ in pudendis consistunt: at quæ in præputio sunt inueterata, ea probe cicatrice includit. Cæterum uiride humidius est scilicet, & minus calidum: itaque magis concoquit, & somnum conciliat, sed minus digerit. Idcirco mihi uidentur ueteres coronis ex eo plexis uti solere.

Anthillis.

Anthillis duplex est, sed utraq; modice desiccatur, ut & ulcera glutinet. Cæterum altera, ea scilicet quæ chamæpityi adsimilis est, quadantenus subtilior est partium quam altera: adeo ut & comitialibus cõpetat. Quin & ipsa magis quam altera extergere potest.

Anthemis, aut Chamæmelum.

Anthemis, aut Chamæmelum. Dictum quidem in tertio libro copiosius est de hac herba, diciturque nunc summam quod calfacit & desiccatur in primo ordine: est & tenuium partium, ac proinde digerendi, laxandi & rarefaciendi uim obtinet.

Anisum.

Anisi semen maxime utile est, acre & subamarum, ut propè ad urentium accedat caliditatem. Est autem & in siccando tertij ordinis, sicut & in calfaciendo. Proinde & urinam ciet, & digerit, & flatus uentris reprimat.

Antirinum.

Antirinum aut anarinum semen habet uituli naribus simile, ad sanationes inutile. Ipsum autem adsimilis est cum bubonio facultatis, sed multo minoris. Itaque ex illo de hoc conijcitur.

Aparine.

Aparine, quidam philanthropon, alij omphacocarpum cognominant, modice extergit, & desiccatur: habetque nonnihil subtilium partium.

Pirus.

Piri folia pariter ac turiones austera sunt: fructus dulcedinis quiddam obtinet aqueæ, ex quibus clara quoque temperies est, inæqualis secundum partes. Nam pars una terrea est, alia aquea, cæterum utraq; frigida: tum alia temperata. Proinde etiam pira stomacho grata sunt, & sitim prohibent. Illita autem desiccant, & modice refrigerant. Nam ego istis illitis uulnus glutinasse me memini, quum aliud ad manum esset nihil.

Achrades. Pira syluestria.

Achrades uocata, magis quam pira reliqua adstringunt, & desiccant, & proinde sanè maiora uulnera glutinant, fluxusque repellunt.

Apocynum, aut Cynocrambe.

Apocynum, aut Cynocrambe. Vocant autem quidam eam Cynomorum, quandoquidem canes celerrime interimunt, sicut Lycostonon lupos. Est autem hominibus uenenum, herba multum grauius olens: proinde omnino calida est non in fine uenè, non tamen proportione desiccatur. Itaque illita admodum digerentis est facultatis.

Argemone.

Et huius herbae facultas absterforia est, & digerens.

Arisarum.

Arisarum.

Arisarum multo minus est Aro. Radicem habet oliuæ magnitudine, sed multo est ipsa acrius.

Aristolochia.

Aristolochiæ radix multo est ad medicationes utilissima, amara, & subacris. Sed ex illis omnium subtilissima est rotunda: aliarum uero duarum quæ Clematidis appellatur, fragrantior est: itaque ea ad unguenta utuntur unguentarij: sed ad sanationes infirmior. At longa minus quidem tenuitatis obtinet quam rotunda: sed nec ipsa inefficax est, uerum abstergendi atque exalfaciendi potentiam possidet, minus quidem quam rotunda abstergens ac digerens, sed non minus calfaciens, imò forsitan plus quoque. Itaque in quibus usus est modice absterfionis, commodior est longa, puta in carnis exulcerationibus, & fomentationibus uteri. At in quibus crassum humorem ualidius extenuare oportet, illic usus est rotundæ. Proinde dolores ab infarctu aut crassitie crudorum spirituum natos magis curat rotunda, & spicula extrahit, & putredines sanat, & sordida ulcera repurgat, dentes & gingiuas candidas efficit. Auxilio est & asthmaticis, singultientibus, comitialibus, podagricis, si cum aqua bibatur: tum ruptis & conuulsis, ut si quod aliud medicamentum, idoneum est.

Arceuthus. Iuniperus.

Iuniperus, calida & sicca, utrinque tertij ordinis. At fructus similiter quidem calidus est, sed non similiter siccus, uerum in hoc primi fuerit ordinis.

Arctium. Lappa minor.

Arctium illud quod thapso uerbasco est simile, radice tenera, candida, dulci, caule oblongo & molli, semine Cymino simili, facultatis est admodum tenuium partium, & ob id exiccantis [extergentisque] tamen modice. Quamobrem radix ac semen eius cocta cum uino quadantenus dolores dentium mitigant. Porro ambusta & chimethla non horum modo decoctum perfusum, sed & caules teneriores sanare possunt. Arctium aliud, lappa maior, bardana. Alterum uero Arctium, quod Propitida uocant, cuiusque folia cucurbitæ simillima sunt, nisi quatenus tum maiora, tum duriora: digerit simul & desiccatur, sed & adstringit nonnihil; quamobrem folia eius ueteribus ulceribus mederi possunt.

Arnoglossum. Plantago.

Arnoglossum, mistæ & hoc est temperaturæ: habet enim quiddam aqueum frigidum: habet uero & austerum quiddam, id quod terrecum est, siccum, frigidum. Itaque refrigerat simul & desiccatur, & in utroque secundi excessus à medijs est. Porro medicamenta quæ cum hoc quod refrigerant, unâ etiam adstringunt, ea & ad ulcera rebellia omnia, & ad fluxiones & putredines conueniunt, ac proinde & ad dysenterias. Nam & sanguinis profluvia sistunt, & si quid aduratur refrigerant. Tum sinus quoque glutinant, & alia ulcera recentia simul & uetera. In omnibus ferè id genus medicamentis primas tenet, aut certe nulli secundum est Arnoglossum, idque temperaturæ symmetria & conuenientia. Nam siccitatem obtinet morsus expertem, & frigiditatem quæ nondum obstupefaciat, & fructus & radix similis sunt facultatis, nisi quod tum siccioris, tum minus frigidæ. Sed & semen subtilium est partium, & minus frigidæ facultatis: nempe distillato ex eo ac digesto excremento aqueo. Hac ratione & radicibus utuntur ad dentium dolores tum mandentes, tum collutionibus incoquentes: præterea ad iocinoris & renum obstructions non tantum adhibent, sed folia quoque, & multo magis semina. Hæc enim quandam in se abstergendi facultatem obtinent: quam & in herba uiridi inesse satis conijci potest, uerum ab humiditatis copia deuinci.

Arum.

Terrena & ipsum essentia constat, sed calida: proinde extergendi uim possidet, ue-

C laues, in sequenti tradam opere, quod inscribetur De medicaminum compositione: ubi & de sicyonio, & si quod eius generis præterea oleū est, agetur: nunc sermo mihi est de simplicibus, adijciamq; & de alijs olei speciebus. Vocatur enim quoddam cicinum oleum, in Aegypto maxime proueniens ex fructu ricini. Tum raphaninum, sesaminum, amygdalinum, caryinum, ad hæc sinapinum, lentiscinum, laurinū, melanthinum, terebinthinum, mastichinum, myrtinum, balaninum, hyoscyaminum, nec pauca præter hæc ex fructibus expressa omnia, cæterum tantum inter sese discrepantia, quantum & fructus ipsi à se inuicē dissident. Est enim cicinum tum tenuius, tum ad discutendum potentius, quam simillimum oleo ex oliua uetusto. Quamobrem si quando in medicamento compositione cicinum oleum adscriptum fuerit, si ipsum non adsit, communi utendum oleo, maxime si fuerit sabinū. Raphaninum autem cætera huic simile est, sed calidius tamen: at hoc etiā calidius sinapinum. Huic simile est quod ex melanthio, hoc est gith, conficitur. Pugnans cum istis myrtinū & sesaminum, tum quod adstringant, tum quod crassarum sint partium. Mistæ facultatis est lentiscinum & terebinthinum, & mastichinum: non enim tantum emolliunt, sed & adstringunt. Amygdalinum porro amaritatē exuperantem possidet, cæterum cuiusdam etiam adstrictionis est particeps: non tamen caryinum, sed id uel maxime simplicis est digerendi facultatis. Calidius eo est laurinum, & hoc etiam magis ceditur: proximum ei est quod ex nigra pice conficitur. Dadinum, minus quidem laurino calidum, uerum ualentius desiccans. Hyoscyaminum uero mistæ facultatis est, emolliendi uidelicet, & refrigerandi. Oleum porro cicinum uentrem subducit. Hoc uero magis, quod fit ex gnidio grano, tanto nimirum, quanto granum potentio rem purgandi uim obtinet, quam cicis, id est ricinus. Iam quod ex agresti oliua oleū exprimitur, non simplicem temperaturā obtinet, sed extergit, simulq; adstringit. Squamidissimum id est ex omni olei genere, & post illicum quoq; deinceps illis est hispanum. Pinguissimum est libycum, & cilicium: simul autē pingue & tenue sabinum. In medio comprehensorum omnium sunt tum id quod per Cyclades insulas nascitur, tum quod per Græciam, Asiamq;. Porro oleum pingue æstimatur iudicaturq; uiscositate: tenue uero, si perleueat, si purum sit, si plurimū minima eius portio in unguatur, si facile à cute combibatur. Ex dictis cognoscere iam liceat & de alijs olei generibus, quæ æquiuoce ipsis dicuntur unguentis, puta rosaceo, melino, liliaceo, & quæcunq; id genus floribus, fructibus, germinibus, folijs in oleo maceratis cōficiuntur. Horum quodq; ubi unā cum aromatibus præparantur, unguentū efficitur. De his copiosius dicetur in opere de componendis medicamentis. Porro ubi quod in præsentiarum utile est exposuero, desinam. Pro cuiusq; iniectionum natura oleū uariari contingit. Ex ijs ergo quæ in toto hoc opere de quoq; iniectionum generatim disces, singillatim quoq; confectum ex iisdem oleum cognoscere dabitur.

Elatine.

Elatine modice tum refrigerat, tum adstringit.

Elaphoboscus.

Elaphoboscus facultatis est excafactoriæ, & tenuium partium, ac proinde excafactoriæ secundo maxime excessuum ordine.

Elenium. Enula campana.

Elenij herbæ radix maxime est utilis, non primo statim occurso excafaciens, ac proinde dicenda est non calida & sicca exacte ceu piper tum atrum, tum candidum, sed cum recrementitio humore. Quapropter eligatis, quæ faciunt ad educendos ex pectore pulmoneq; crassos lentosq; humores, idonee commisceatur. Rubrificans eius quoq; ui partes frigidis ac diuturnis uexatas affectibus, cuiusmodi sunt nonnullæ coxarum passiones, ischiadas uocant, & exigua assiduaq; articularum quorundam præ humiditate procidentia ac luxationes.

Eleliphacos.

Eleliphacos. Salvia.

A Eleliphacos euidenter excafacit, ac leuiter subadstringit.

Helleborus. Veratrum.

Helleborus uterq; tum albus, tum niger extergentis est & excafacientis facultatis. Quamobrem ad alphas, lichenas, psoras leprasq; accommodi sunt. Quinetiam niger si in fistulam callo induratum infundatur duobus tribus uel diebus, callum detrahit. Dentibus prodest cum aceto colluentibus. Sunt autem in tertio ordine excafacientium & desiccantium. Porro niger gustu calidior est, candidus amarior.

Elxine.

Elxine. Alij perdicium nominant, alij parthenium, alij sideritū, sunt qui heracleam appellant; cæterum uis ei inest abstergendi & constringendi cum humiditate subfrigida. Quamobrem phlegmonas omnes in initio & augmento sanat usq; ad statum (ceterum Græci uocant) & maxime si calidæ fuerint. Quinetiam incipientibus phlegmatis cataplasmatibus ritu illinitur. Tum etiā ad auritū dolores phlegmonosos succus eius mediocriter profuerit. Gargarizandum item nonnulli exhibent ad paristhmiā. Sunt uero etiam ex medicis quidam, qui ijs qui diutina tussi uexantur, illam exhibuerint. Certe e uidens extergendi experimentum præbet & in uasis uitreis.

Elxine.

Elxine, quæ & cissampelos nuncupatur, digerendi facultatem obtinet.

Elymus, Meline, Panicum.

Panicum ex leguminum genere est, milio specie simile, facultate certe paucitrimenti, & exiccatoria. Siste quoque nonnihil uentris fluxus, ceu ipsum etiam milium. Si uero foris illinatur, exiccat atq; refrigerat.

Empetron.

B Empetrum ad solas purgationes esse uidetur commodum, bilem ac pituitam educens. Gustu salsum est: proinde ad alia quoq; utaris licet, ad quæ pollere ostendimus substantiam salsum. Nominatur item prasoides.

Epithymum.

Epithymum thymi facultatem habet, ad omnia efficacius: exiccat & excafacit in tertio gradu.

Epimedium.

Epimedijs uis est moderatè refrigeratoria cum aquea humiditate: quare nullam habet insignem qualitatem: uberibus illitum ea recta seruare potest. Aiunt uero si potu hauriatur, sterilitatem parere.

Epimelis.

Epimelis: acerba hæc planta est, utq; dixerit quispiam, pomus syluestris. Vocatur autē ab Italiæ rusticis Vnedon. Ingens eius in Calabria prouentus. Fructus eius acerbus quidem est, nihilominus tamen stomacho ingratus, & capitis mouens dolores. Admixta siquidem ei est aliena quæpiam qualitas.

Erebinthus. Cicer.

Cicer legumen est flatuosum, copiosi nutrimenti, aluo mouendæ habile, ciendæ urinæ idoneum, lacti & semini generando aptū: prolicit uero & menses. Porro quod uocatur crium, hoc est arietinum, cæteris efficacius urinam prouocat. Decoctū eius calculos renum confringit. Reliquū autem cicerum genus (uocatur autem orobiazum) eadem ui pollet, puta attrahendi, digerendi, incidendi, extergendi. Sunt enim calidi, & modice sicci: participes item sunt amaritatis, cuius ui & lienem, & iecur, & renes expurgant, psorasq; & lepras, & lichenes extergunt, tum abscessus post aures proueniens (ceterum Græci uocant) & testes induratos discutunt. Tum etiam ulcera, quæ cacoethe uocant, cum melle sanant.

Erebinthus agrestis.

Erebinthus agrestis ad omnia efficacior domestico est, hoc est tum calidior, tum siccior, quanto & acrior & amarior.

Erica.

C Erica digerendi per halitū facultatē obtinet. Flore eius potissimū ac folijs utendū.

Erpyllus. Serpyllum.

Serpyllum usqueadeo exalfacit, ut & menses, & urinas moueat; gustu multum est acre.

Erysimum.

Erysimi semen sicut gustu nasturtio apparet simile, ita facultate igneum est, exalfacitorium. Porro ubi in eligmate uti ex usu est, præstat aqua maceratum refrigerare, aut linteolo inuolutum & crusta pistoria circumlitum torrere. Vtile est cum eligmatibus ad promouendas crassorum lentorumque pectoris pulmonisque humorum expulsiōnes. Quin & parotides induratas & duritias antiquas uberum & testiculorum iuuat. Refert Dioscorides, quod cum aqua & melle cataplastri in morem illitum oculis proficit cancris.

Erythrodanum. Rubia passiva.

Est autem tinctorum rubia radix acerba, & gustu amara. Itaque quæcunque age re dictæ sunt superiore libro ubi eiusmodi coierint qualitates, ea omnia in hac radice luculenter conspicies: quippe quæ & lienem & iecur expurget, & urinas crassas multasque, ac nonnunquam etiam sanguinolentas moueat. Quin & menses ciet, & mediocriter quæ extersionem postulant extergit; proinde utiliginis albas cum aceto illita iuuat. Sunt qui eam ischiadicis, hoc est coxendicum doloribus afflicis, & resolutis, in potu cum melicrato exhibeant.

Eupatorium.

Eupatorium herba ipsa tenuium partium, incidendi extergendique facultatem contra manifestam caliditatem obtinet: quocirca obstructiones iecoris expurgat. Inest itidem ei & adstrictio quædam, per quam robur uisceri addit.

Euphorbium.

D Euphorbiū causticæ siue urentis & tenuiū partiū facultatis est, alijs succis similiter.

Ephemerum.

Ephemerum, nō illud letale ac deleterium, sed alterum, quod & irin agrestem cognominant, folia & caulcm lilio similem obtinet, radicem oblongam, nō rotundam ceu colchicum, Digni potissimum crassitudine adstringens, & boni suavisque odoris. Ex quibus palam fit, facultatis temperaturæque esse mistæ, nempe repellentis, & halitū euaporantis. Testificantur opera quæ particulatim edit. Siquidem non inefficaciter radix eius in dentium doloribus colluitur. Tum phymatū augmento & statui folia congruunt. Oportet autem ea in uino decocta prius quam pus moueas, illinere.

Echinus herba.

Echini herbae fructus acerbus est, ac proinde repellentis & exicatoriæ facultatis. Vtuntur eo ad oculorum fluxiones & aurium.

Zea.

Zea uniuersa sua facultate quodammodo in medio est tritici & hordei. Itaque ex illis cognoscatur.

Zingiber.

Zingiberis radix utilis est, utique quam ex Barbaria ad nos conuehunt. Exalfacit, sed non primo statim occurfu uelut piper: unde sanè & minus esse subtilium partium quam piper existimandū, siquidem in tenues solueretur partes, & celerrime actu ut illud fieret calidum. Apparet enim illaborata & crassior adhuc quædam ei inesse substantia, nec ea sicca & terrestris, sed humida potius atque aquea. Quo fit ut facile pereforetur, quæ scilicet recrementitia in sit humiditas. Neque enim quicquæ eorum quæ aut planè sicca sunt, aut humida, sed elaboratæ & familiarè continentia humiditate, huius uitio obnoxia sunt. Idè usuuenit piperi longo. Atque hinc est quod diuinus perseverat quæ proficiscit à zingibere aut pipere longo caliditas, quam quæ ab albo aut nigro. Nam sicut ab aridis calamis flama simul celerrime accenditur, & undequaque dispergitur.

Agitur: eundem in modum quæ à siccis potestate medicamentis editur caliditas. At quæ prodit ab humidioribus, ceu ligna sunt uiridia, & tardius accendit, & durat diutius. Ex quo fit ut utriusque medicamenti diuersus sit usus. Siquidem ubi totum corpus celerrime exalfacere consiliū est, ea tunc exhibenda sunt quæ & celerrime à caloris nostri contactu incalescant, & promptissime undequaque ferantur. Verū ubi partem quamuis refrigeratam recalfacere studemus, contra agendū, nimirum quæ tardè calescencia plurimo tempore perdurent, ea præbendo. Cæterū licet zingiber & piper album hac ratione à nigro pipere differant, non magna tamen est differentia: at nasturtium, napy, thapsia, & agrestium columbarum sterces maiori tempore perfecte accenduntur, & plurimo tempore perdurant.

Zythus.

Zythus acrior est nō parum hordeo, & succi prauī, utpote qui ex putredine proueniat: est & flatuosus: tum partim acris est & calidus, parte uero plurima frigidus, aqueus, acidus.

Zyme. Fermentum.

Fermentum tenuium est partium, & mediocriter calidum. Proinde sanè sine molestia ac mordacitate quæ in profundo sunt tum extrahit, tum digerit. Cæterum ex contrarijs & ipsum facultatibus temperatū est, sicut alia multa. Particeps nanque est aciditatis cuiusdam frigidæ, & caliditatis ex putredine natæ, cui accedit & ea quæ ex salis est & farinæ natura.

Hediosmos. Menta.

Hediosmos: alij uero minthen odoratam nuncupant. Est enim & alia quædam minthe non odorata, quam calaminthen uocant. Vtraque gustu acris, & facultate calida est, ex tertio ordine exalfacientium. Infirmior tamen est menta odorata quam calamintha: minus exalfacit. Vt autem in uniuersum dicam, hæc ceu syluestris quædam est, illa ceu domestica: quamobrem sanè ob eam quæ ex cultu accedit humiditatem, mediocriter item ad uenerè excitat. Id quod omnibus accidit quæ humiditatem semicoctam & flatuosam continent. Ob talē ipsius herbae temperaturam in abscessibus ea quidam cum polenta mista utuntur. Id quod in calamintha facere nequeas, propterea quod ualētius tum exalfaciat, tū desiccet, quam id genus poscant. Habet uero etiam quiddam amarum in se & acerbum. Illo quidem lumbricos interficit, acerbitate uero si cum oxycrato bibatur, recētes sanguinis reiectiones reprimit. Substantia est, ut si qua alia herba, tenuium partium.

Hedysarum.

Hedysarū, aut pelecinus. Huius fruticis semen colore ruffum est, utrinque anceps, uti secures. Amarum & subacerbum apparet. Quamobrem potum gratum est stomacho, & uiscerum obstructiones expurgat. Idem præstant totius fruticis germina.

Hemerocalles.

Hemerocalles radicem habet lilij radici similem, non figura tantū, sed & uiribus: prodest non secus atque illa, igni ambustis, quippe quæ leuiter digerentem facultatem habeat, & cum hoc nonnihil adstringentem.

Hæmionitis.

Hæmionitis simul & adstrictionem & amaritudinē possidet; quamobrem cum aceto pota lienosis auxilio est.

Herigeron.

Herigeron facultatem mistam obtinet, simul refrigeratoriā, & modice digerentē.

Heryngium.

Heryngium caliditate aut parum, aut nihil quod temperatū est superat; cæterum non paruam habet siccitatem in tenui essentia consistentem.

Thalietrum.

Thalietrum folia habet coriandro similia, caulem crassitudine rutæ. Vis ei inest exicatoria contra morsum: itaque ulcera inueterata ad cicatricem perducit.

Thapsia.

C Thapsia acrem habet ac ualenter exaltantem facultatē cum humiditate con-
iunctam. Quamobrem ex alto uiolenter extrahit, & quod extraxit digerit. Verum
plusculū ad ea efficiēda tempus postulat, ut quæ larga humiditate impleta est, cuius
uitio etiā sit ut celeriter corrumpatur.

Thermus. Lupinus.

Lupinus edi potest coctus, multis ante diebus per macerationem amaritudine in
aqua deposita. Fitq; tunc nutrimentum succi crassi: cæterum ut medicamentum ita
præparatus ex genere est emplasticorum. At ubi natua etiā dum manet amaritas,
extergendi digerēdiq; uim obtinet. Interficit lumbricos tum illitus, tum addito melle
le linctus, tum ex posca epotus. Quin & decoctū eius lumbricos eicere potest: tum
etiā foris identidē perfusum uittilignes, achoras, pustulas, exanthemata Græci uo-
cant, psoras, gangrænas, ulcera maligna, quæ cacoëthe uocant, iuuat, partim exter-
gendo, partim citra mordacitatem digerendo siccandōq; expurgat iecur & lienem
cum ruta & pipere suauitatis gratia assumptum. Elicit menses ac foetū cum myrrha
& melle impositum. Porro lupinorum farina sine mordicatione digerit: nec enim li-
uida tantum, sed & chæradas & phymata curat: sed tunc in aceto aut oxymelite, aut
posca coquatur oportet, idq; pro laborantium temperamento, & affectus diuersitate
quod ex usu est eligendo. Sed nō est præsentis instituti talia distinguere. Digerit item
quæ liuida sunt: & quæcunq; modō diximus præstare posse decoctum, eadē omnia
efficit & farina. Sunt uerō etiā qui eam ischiadicis cataplasmatibus modo illinunt.

Thermos agrios. Lupinus agrestis.

Lupinus agrestis amarior est, & ad omnia ualentior domestico, eiusdem genere
cum ipso facultatis.

Thlaspi.

D Thlaspi semen habet & ipsum facultatē acrem, adeo ut internos abscessus potum
disrumpat. Menses ciet, & foetū necat. Per sedem in fufum sanguinolenta euacuans
ischiadicis prodest. Est enim alioqui tum supernē, tum infernē biliosorum humo-
rum euacuatorium oxybaphi mensura epotum.

Thridax. Lactuca.

Lactuca humidum est frigidumq; holus, non tamen extremē (siquidem edendo
non foret) ucrum maximē secundū aquæ, ut sic dicam, fontanæ frigiditatem: proinde
de ad calidas phlegmonas accommodum est, & ad parua & leuia erysipelata: non
tamen maioribus satisfacere idonea est. Est etiā edulium siti aduersum. At semen
potu genituræ profluuium cohibet: quamobrem etiā ijs qui libidinosis somnijs ue-
xantur, datur: sic & agrestis lactucæ semen, cuius colligitur succus, argemas & cal-
gines expurgans, tum ad adustiones cum lacte mulierum inungi solitus.

Thymum.

Thymum incidit & calfacit uehementer: ob id & urinam, & menses prouocat,
foetum euellit, uiscera potum expurgat, educendis ex thorace & pulmone confert.
Itaq; in exaltando exiccandōq; in tertio ordine statuendum est.

Idea radix.

Idea radix gustu admodum acerba est: ac si opere periculum facias, can-
dem uim præferet, nimirum sanguinis profluua, alui fluxus, dysenterias,
profluuium mulierum, & quæcunq; eius sunt generis tum pota, tum fo-
ris imposita curans.

Ixos. Viscum.

Viscum ex plurima aëria & aquea, paucissima terrena substantia constat. Nam
acrimonia in eo amaritudinem excellit. Itaq; etiā effectus substantiæ respondent.
Siquidem ualenter ex alto humores extrahit, nec eos tantū tenues, sed & crassiores,
eosq; diffundit ac digerit. Est autem ex eorū genere quæ non prouinus admora exal-
faciant.

A faciunt, sed quæ tempus requirunt, uelut thapsia: sed & supra hoc commonuimus,
inelle calidis facultate medicamentis, ubi largum continent humorē recrementitiū.

Ios. Viola.

Violæ folia aqueam & subfrigidam substantiam superantem possident: proinde
tum per se, tum cum polenta illita calidas phlegmonas mitigant. Imponuntur &
ori uentriculī æstuantī, & oculis.

Hippuris. Cauda equina.

Hippuris adstringentem cum amaritudine facultatem possidet, ac proinde ual-
lenter, simulq; citra mordacitatem exiccantem. Itaque uulnera uel maxima conglu-
tinat, etiam si præfectos esse neruos contigerit: præterea uocatas enterocelas gluti-
nat. Ad hæc ad sanguinis reiectionem, ad profluuium muliebri, potissimum ru-
brum, ad dysenterias, & reliquos uentris fluxus strenuum ac generosum est reme-
dium herba ipsa aut ex aqua, aut ex uino epota. Sunt qui de ea scriptum reliquerunt,
quod nonnunquam etiā uesicæ, ac tenuium intestinorum uulnera succus ipsius
sanauerit. Prodest etiā profluuiū sanguinis prorumpenti ex naribus, tum fluxui
obnoxij in uentre passionibus ex austerorum uinorum quopiam potus: ac si febre
teneantur, ex aqua.

Hippomarathrum.

Hippomarathrum: unā cum foeniculo & de ipso differemus.

Isatis.

Isatis domestica quidem, qua utuntur tinctorios, facultatis est ualenter exiccantis,
nondum tamen mordentis: est enim simul amara atque adstringens. Proinde ma-
gna uulnera corporum durorum glutinat, etiam si in capitibus musculorum fuerint:
& sanguinis profluuiū laborantibus partibus utiliter illinitur: tumores oedemato-
des mirifice digerit simul ac reprimat, & aduersus omnia ulcera maligna & cacoëthe
mirabiliter resistit, etiam si putrescant, etiam si exedantur ac erodantur. Quod si quan-
do quā pro laborantis natura ualentior appareat, folijs eius tritis miscere oportebit
aut panem, aut hordeaceam farinam, aut triticeam, aut polentam, pro uincite ni-
mirum in unoquoque affectu. At Isatis syluestris manifestē iam acre quiddam tum
gustu, tum actione præfert. Proinde quā domestica ualentius desiccans, potentis-
simis etiā putredinibus obsistit, ad cætera uero iam comprehensa deterior. Minus
enim moderatē mordaciterq; desiccet: talia enim irritantur hoc pacto, & phlegmo-
ne grauari incipiunt. Cæterum ob facultatis robur lienosis quoq; utilis fuerit, quum
altera nondum prodesse possit.

Isopyron, aut Phasiolon.

Isopyrum aut Phasiolum semen habet amarum & subacerbum. Extergit itaque
& incidit humores crassos cum hoc ut corpora contrahat & constringat. Quamob-
rem excreationibus pectoris conducit, & iecur expurgat, & sanguinē spuentibus nō
est aduersum: imō etiā iuuare creditur. Nam propter temperaturæ missionem con-
trarijs etiā congruere uidetur.

Itea. Salix.

Salicis folijs ad cruenti uulneris glutinationem uti possis: uerum floribus eius ma-
ximē propē omnes utuntur medici ad exiccantis emplastri præparationem: est enim
uis eorum ita desiccatoria, ut morfu abstineat: habet uero etiā quandam adstrictio-
nem. Sunt uero etiā, qui succum ex ea expressum, medicamen seruent mordaci-
tatis expers, & exiccatorium, ad multas res utile. Haud enim inuenias quid ad plu-
res res utilius medicamento citra mordacitatem exiccante, quod paulum etiā ad-
stringat: sicut in opere de medicamentorum compositione exactius docebimus. Por-
rō arboris cortex similem facultatem obtinet tum floribus, tum folijs, nisi quod tem-
peraturæ sit siccioris, uelut omnes cortices: sed hunc quidam comburunt, eiusq; ci-
Mm

C nere utuntur ad ea omnia quæ ualenter desiccare oportet. Nam clauos quos uocat, callos (Græci *κάλους* uocant) myrmecias tollunt, aceto ipsum macerantes. Nonnulli autem dum floret salix, corticem eius incidunt, & succum quandam colligunt, utunturque ad ea quæ pupillas offuscant, extergente uidelicet simulque tenuium partium medicamine. Vt uero illo ad multa quis possit, si quidem talis fuerit.

LIBRI SEXTI FINIS.

CLAVDII GALENI PERGAMENI

DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORUM
FACULTATIBVS LIB. VII.

Theodorico Gerardo Gaudano interprete.



D EPTIMUM de simplicium medicaminum facultatibus commentarium scripturus, necessarium duxi præfari, solis ijs apertum ac clarum fore, qui in superioribus libris non uelut aliud agentes aut obiter fuerint uersati: alios uero potius perperam inaudituros, quam eorum quæ in eo dicenda sunt aliquid addiscituros existimo: tum sese falsuros, & nos forsan tanquam non rectè quædam scripserimus, calumniaturos, atque conuicijs laceraturos. Itaque qui sanioris mentis sunt, monitis scio auscultabunt: ac si qua illis cura est præsentis huius speculationis, ab initio totum opus perlegent. At qui præ curiositate potius quam discendi studio huc accesserunt, monita nostra contemnent. Enim uero mirum uideri non debet, si inuenti sunt qui mysteriorum libros à mysterijs alieni legere non sunt reueriti. Verum illos sui auctores non scripserant prophanis: nec ego, me Hercules, ijs qui in principijs non sunt exercitati. Exponentur hoc in libro, & eo qui hunc subsequitur, reliquarum plantarum primæ facultates, eo doctrinæ ordine, qui in literis à quibus incipiunt uisitur. Antecedente itaque libro usque ad progressum sumus. Hic autem principium sumemus à *x*: id modo præmonentes etiam quod ad antè demonstrata principia totum referemus. Si quidem hinc omnis membrarum medicamentorum in agendo prouenit diuersitas, quod hæcenus eorum unumquodque aut calidum est, aut frigidum, aut siccum, aut humidum, aut tenuium partium, aut crassarum. Cæterum iuxta exactam ueritatè quatenus in comprehensorum unoquoque processum sit, explicatu certe est impossibile. Sed nos id tamen claris limitibus circumscribere sumus conati, qui quidem ad artis usum sufficienter: Vnum esse medicamentorum genus monstrantes, quod ad similem corporibus nostris temperaturam pertingeret, quum à colore qui in illis est, mutationis alterationisque acciperet principium. Alterum, quod calidius quam nos efficeretur: cuius quatuor constituendos esse ordines uisum est. Primum qui sensu obscurus sit, adeo ut ratione sit opus, quæ uerum deprehendat. Alterum ab eo secundum, quodammodo iam sensui clarum. Tertium deinde alium, qui ualenter quidem excalfaciat, sed nondum urat. Quem sequitur quartus & postremus iam adurens. Sic quoque refrigerantium. Primum quidem eorum quæ rationis subsidio indigent, ut refrigerare demonstrantur. Secundum eorum quæ sensibilibus refrigerant. Tertium eorum quæ ualenter. Quartum eorum quæ extinguunt, ac mortem frigore inducunt. Proportione istorum & de humectantibus.

Calamintha. Nepita.



Alamintha essentia est tenui, & calida siccaque temperie, ex tertio quodammodo ordine utraque qualitate. Horum manifesta sunt indicia, partim gustu apparentia, partim experientia cognita. Gustu siquidem acris & palam calida est, ac paulum omnino amaritudinis obtinet. Periclitatibus autem & corpori admouentibus extrinsecus imposita primum quidem ualde excalfacit & mordicat,

A mordicat, cutemque exugit, postremo etiam ulcus efficit. In corpus autem intro assumpta tum ipsa per sese sicca, tum etiam cum melicrato, perspicuo calfacit, & sudores ciet, omneque corpus tum digerit, tum exiccat. Ea ratione ducti quidam ipsam contra corporis concussiones rigoresque per circuitum repetentes adhibuerunt: fors quidem oleo incoctam toti corpori inungentes cum frictione non segni, intro assumptes sicuti est dictum. Quinetiam & coxendicibus eam quidam in ægri tudinibus ischia dicis tanquam strenuum remedium illinunt. Trahit enim quæ in profundo hærent ad superficiem, totumque adeo articulum excalfacit, cutemque non obscure adurit, mentesque tum epota, tum apposita admodum efficaciter prouocat. Bonum etiam elephantiorum remedium, non eo tantum quod strenue tenues humores digerat, uerum etiam quia extenuet & incidat ualenter crassos, qui talem morbum procreant. Sic & cicatricibus atris candorem reddit, & sugillata digerit. Sed ad talia recentem adhibere] quam arentem præstat. Quippe arefacta uehementior redditur, & ad urendum promptior. Porro talis quum sit, ad uenenatarum bestiarum morsus assumitur, uelut etiam cauteria, & quæcunque medicamenta calida sunt & acria, tenuiumque partium, quæque facile ex alto ad sese circumiacentem omnem humiditatem possunt attrahere. Cæterum quæ illi inest amaritas, planè exigua est, uerum ad quædam ita efficaciter agit ut quæ ualentissima est, nimirum quum coniuncta sit uehementi calori cum tenui essentia. Quare & ascaridas & lumbricos succus eius aut infusus, aut epotus enecat. Eadem ratione aurium uermes, aut si alicubi in corporis parte sinuosa aut impliata, quæ putredine tententur, talis prouenerit affectus. Sic & conceptum seu pota, seu admota interimit & eijcit. Igitur incidendi quidem ei uis adest propter calorem eius, tenuitatem, & amaritudinem; abstergendi uero propter unicam amaritudinè. Itaque asthmaticis ob omnia antedicta prodest: ictericis uero, siue regio morbo laborantibus, potissimum ob amaritudinem, sicut alia ferè omnia amara, utpote abstergentia & expurgantia in iecinore prouenientes obstructions. Ad omnia iam dicta efficacior est montana.

Calamus odoratus.

Calamus odoratus leuiculam quandam adstrictionem, ac minimam acrimoniam possidet: magna ex parte essentia eius terrena est & aëria, in caliditatis frigiditatisque coniugatione temperata. Quamobrem moderatè urinam mouet, & facultatibus quæ tecori stomachoque imponuntur, misceri potest: tum in fomenta quoque uteri, quæ phlegmone gratia, aut irritandis mensibus assumuntur, utiliter admiscetur. Ponatur itaque habeaturque secundi ordinis eorum quæ excalfaciunt & desiccant, ualentius tamen desiccant quam excalfaciunt. Inest quoque ei quædam partium tenuitas, uelut alijs omnibus odoratis, siue aromatibus. Cæterum illorum compluribus tenuium partium plurimum, calamo uero non multum adest.

Calamus phragmites. Canna.

Calami phragmitis radicem cum bulbis aculeos & stipites ex alto extrahere quidam scripsere, ceu trahendi quædam uis ei inesset. Nos tamen eius rei periculum non fecimus: uerum quantum gustu liceat conijcere, abstergentem facultatem possidet non paucam, minimeque acrem. Quinetiam folia ipsa abstergentis sunt facultatis: cortex uero eius combustus admodum tenuium partium, & digerentis facultatis efficitur, adiunctum habens absterforium quiddam, ut exiccet & excalfaciat tertio quodammodo ordine, plus tamen desiccet quam excalfaciat. Vitandus est eius flos, quæ anthelen uocant. Nam si in aures incidat, adeo tenaciter adhærens affigitur, ut auelli non possit, auditumque uitiat: quamobrem sæpissime exurdat.

Cancanus. Cacalia.

Cancani radix facultatem habet mordacitatis expertem, & modice exiccantem, essentiam crassam, & emplasticam. Quapropter macerata uino sicut tragacantha &

C linctæ arteriæ asperitates sanat: nec minus si quis eam commandat: succus eius defluens prodest arteriæ similiter ut glycyrriza.

Canabis.

Canabis semen flatus extinguit: adeoq; desiccatur, ut si plusculum edatur genitum ram exiccat. Sunt qui uiridem succum exprimentes ad aurium dolores, ab obstructione, opinor, natos, eo utantur.

Capnios. Fumus.

Capnios, alij capnos, acris simul & amaræ qualitatis est particeps: nec tamè planè expers est acerba. Quamobrem urinam biliosam multamq; prouocat, sanatq; cinoris obstructions & debilitates. Succus eius oculorum aciem acuit, nò paulum trahens lachrymarum, uelut ipse fumus. Nam hinc ei appellatio indita. Plebeius quidam ea uti solebat ad stomachum roborandum, unaq; uentrem lubricandum. Si quidem herbam primum desiccaturam condebat: porro quum uti uolebat, subductionis quidem gratia, melicrato inspergebat: roborandi uero causa, uino nimirum diluto.

Capparis.

Capparis radice cortex uincemtem habet qualitatem amaram, proximam acrem, deinde acerbam. Ex quo liquet quòd diuersis pugnantibusq; consistat facultatibus: quippe abstergere, purgare, incidere potest amaritudine: excalfacere, incidere, digerere acrimonia: porro contrahere, densare, constringere acerbitate. Itaq; lienes induratos, si quid aliud, hoc medicamentum iuuare ualet, tum foris idoneis illinendis re medijs admistum, tum intrò in corpus assumptum, siue decoctum in aceto aut oxymelite, & id genus, siue aridum contusum, illisq; permistum: quippe quum aperte crassos lentosq; humores hoc pacto sumptum euacuet, nec eos tantum per urinas, sed & per uentrem sæpe etiam sanguinolentos defert, unde & lienes adiuti sunt, &

D coxarum dolores. Quinetiam menses promouet, & ex capite purgat detrahitq; quod *ἰπποφλεγματικὴν* uocant, auxiliaturq; ruptis atq; conuulsis. Cæterum cuiusmodi ipsi positi in quocq; affectuum misceri conueniat, nò est præsentis instituti persequi, sed aut eius ubi de componendis agitur medicamentis, aut ubi curandi traditur methodus. Porro radice eius cortex ulceribus malignis cataplasmatibus modo impositus nò malum est remediũ, ut qui illa extergere ualeat, nec segniter desiccare. Præterea dentium labores prædictarum qualitatum ratione adiuuat, interim cum aceto coctus, interim cum uino, sæpe etiam solus dentibus mansus ac morsus. Sed nò pertinet ad præsens negocium, quando quodq; horum tempestiuum sit, definire: nec enim id nunc propositum est: sed ex quoque particularium eius operum, uirium eius quandam sumere indicationem, sermonem ad principia ab initio proposita reducendo. Ex dictis ergo clarum est, incidendi quandam ei facultatem inesse, itemq; extergendi, digerendi, contrahendi. Vitiligines siquidem cum aceto detrahit, & chæradas & duros tumores digerit idoneis ad ea medicamentis mistis. Radice cortici, fructus proportione uirium respondet, nisi quòd ad omnia sit imbecillior. Imò & folia & caules eius similem uim obtinent: meminiquè me folijs quandoq; paucis diebus duritiem chæradis naturam referentem disculisse. Sed admiscemus scilicet illis quippiam quod eorum uirium obtundat uehementiam. Nec mirum est quòd aurium uermes amaritate occidant sua. Porro capparis quæ in admodum feruentibus regionibus prouenit, ut quam fert Arabia, multo est nostrate acrior, adeo ut plurimum etiam habeat facultatis adurentis.

Cardamum. Nasturtium.

Nasturtij semen adurentis seu causticæ facultatis particeps est, uelut napy: proinde inde coxendicis & capitis dolores, atque adeo quodcunq; rubrificationem postulat, eo excalfaciunt sicut napy. Miscetur quoq; remedijs quæ exhibentur asthmaticis, tanquam ualenter crassos succos incidere ualeat uelut & napy. Nam omnia ei simile est. Porro & herba arefacta similem seminum uim possidet. Humida uero est ac uiridis propter

A pter aqueæ humiditatis admistionem multo semine inferiorem: adeoq; tunc mordacitas eius moderata est, ut cum pane ea uti liceat ceu opsonio.

Cardamomum.

Cardamomum est & ipsum sanè facultatis admodum calidæ, non tamen usque adeo ut nasturtium, sed quanto suauius magisq; fragrans est nasturtio, tanto & imbecillior ei calida facultas inest: nec enim ulcerare idoneum est uel ipsum per se illitum: porro adiunctum habet quiddam etiã amaritudinis, qua lumbricos interficit, & cum aceto ualenter pforas detergit.

Caron.

Caron semen calfacit & exiccat tertio quodammodo ordine, moderate acrem qualitatem possidens: itaq; & flatus extinguit, & urinas ciet, non semen tantum, sed & planta.

Cassa.

Cassa exiccat & excalfacit tertio quodammodo ordine, sed & tenuium admodum partium est, gustu uero plurimum habet acrimoniæ, leuiter quoq; nonnihil adstringens. Quamobrem ob hæc omnia incidit simulq; digerit quæ in corpore sunt recrementa, & ad hæc robur etiã instrumentis addit. Idoneum uero etiã suppressis mensibus, quum uidelicet à copia simul & crassitudine excrementorum quod sufficiat euacuari nequit,

Carya. Nuces.

Arborum in folijs, tum in germinibus adstrictionem quandam possidet, cæterum euidentem multamq; in nucis putamine recenti pariter & sicco: proinde eo fullones quoque uti solent. At nos eius expressi succo, similiter ut mororum & ruborum, in melle decocto, uice stomachici medicaminis utimur, & ad omnia reliqua adhibemus ad quæ modò dicti succi conuenire censentur. Porro ipsius id quod edendo est, oleosum est, & tenue: itaq; etiam facile exprimitur: & quò diutius reconditum fuerit, magis admodum fit per halitum euaporatorium. Itaq; quidam eo gangranas & carbunculos, & agilopas sanant, ac nonnulli ad neurotrata, hoc est neruorum uulnera utuntur. Cæterum si recens sit, adstringentis nonnihil qualitatis etiã obtinet. At quod imperfectum est etiam dum, ac nondum siccum, uelut reliqui fructus omnes qui uirides sunt, plenum est semicoctæ humiditatis. Nucleus tamen eius ubi inaruit, tenuium partium & excicatorium est medicamentum, morsus expers. Est & aliud genus nucum melleæ: itaq; etiam gustanti austerior tum cortex, tum planta, tum fructus apparet: cetera magna nuci similes sunt, quæ à quibusdam uocatur Græcè *καρύον βασιλικόν*, Latine luglans. Appellatur autem parua hæc nux *λεπτοκάρυον* Græcè, Latine Auellana.

Caucalis.

Quidam daucum syluestrem nuncupant: est enim ei ad similes gustu simul ac uiribus: excalfacit enim ut ille, & desiccatur, tum urinam ciet, & muria ad repositionem conditur.

Carpesium.

Carpesium simile est uocato phu, hoc est ualerianæ, non gustu tantum, sed & facultate. Sed plus habet tenuitatis: proinde magis eo etiã uiscerum obstructions extergit, & urinam mouet, renesq; calculis degrauiatos expurgat. Non tamen eatenus tenuium est partium, ut liceat loco cinamomi, si non ad manum sit, usurpare, sicuti faciebat Quintus. Præstantius est ponticum carpesium laertio, non tamen uel ipsum cinamomi uiribus uicinum est, imò non paruo deterius optima cassa. Nuncupatur utrunque à montibus quibusdam Pamphiliæ in quibus nascitur. Ingensq; eius proventus est in Syria.

Cenchrum. Milium.

Milium primo ordine refrigerat. Exiccat uero tertio exoluto, aut certe secundo intenso. Paululum etiam habet tenuitatis. Ex hac tum consistentiã, tum temperatura esu quidè planè inter omnia frumentaria edulia minimè confert nutrimentum. Sed & uen-

Crem desiccet. Porro foris impositum in sacculis idoneum est fomentum ijs que citra morsum exiccati postulant: & cataplasmatico modo illitum exiccare potest: attamen admodum friabile est: proinde difficilis est eius in cataplasmatico usus.

Cedrus.

Cedrus specie duplex est, altera fruticosa iuniperis adsimilis, altera arbor non exigua: utraq; est calida siccaq; temperatura tertij quodammodo ordinis secundum utrunq;. Caterum cedrea (uocatur ita cedri oleum) quartum etiam ordinem uidetur attingere, admodum calida, simul & tenuium partium, Mollem itaq; carnem promppte citraq; dolorem putrefacit, sicut alia omnia, quae quum eiusdem sint in calfaciendo ordinis, adiunctam etiam habent substantiae tenuitatem. At in duris plusculo tempore & uix effectum potest consequi, Porro talia omnia medicamenta septica uocantur, & septa: sed inter sese maioris minorisq; ratione dissident. Est autem in hoc genere medicamentorum ex primo & infirmissimo ordine cedrea: pleraq; enim eorum admodum sunt efficaciam. Talia itaq; & mortuorum corporum carnes corrumpunt: at cedrea exiccat, simulq; a corruptione tuetur corpora demortua, utpote humiditates eorum depascens, ceterum solida corpora haud attingens. At in uiuentibus calor ipse qui in corporibus est, cedrea uires adaugens, causa efficitur ut tenerae ab ea carnes deurantur. Nec mirum uideri debet, si quum tanta polleat potentia, lendes, pediculos, & tineas, & in corporibus natos uermes interficere ualeat, tum foetum uiuentem quidem interimat, mortuum autem efficiat, sicut sane etiam coitus semen perdendo circumlita: proinde partui aduersum est medicamentum, si sic utaris, nulli secundum. Aliaq; multa eiusmodi particularum efficit. Itaq; argumentum est ipsum ualenter exalfacere, sicut ubi dentium foraminibus instillatur. Siquidem dolores eorum mitigat, sed & ipsos confringit. Extenuat quoq; oculorum cicatrices, & uisus hebetudini ab humorum crassitudine ortae medetur. Porro quod eius est pinguis simum, & ad unguem oleosum, quod suspensus supra eam dum coquitur lanis excipitur: ac colligitur, tota cedrea tenuius quidem est, sed minus acre, quanquam non minus exalfaciens. Eandem quippe rationem habet ad id, quod reliquum est cedreae, crassius illud uidelicet, quam oleum ad amuream. Proinde illud, utpote crassius, mordax est, & maiore aperiendi facultate praeditum. Itaque ulcera irritat, phlegmonemq; illis excitat. Porro oleosa illa cedrea adeo clementibus est uiribus, ut etiam plebei experientia docti uulnera quibus occasione tundendi a forfice facta, illa illita sanent. Sicut etiam pice humida. Utuntur autem ea & ad ouium scabiem, & ricinos, Graeci *απορωας* uocant. Porro cedrides (nam ita fructum cedri nuncupant) moderatores uires obtinent, adeo ut comedi quoque possint. Attamen si liberalius ijs utare, capiti dolorem inferent, ardoremq; ac morsum in uentre percipies.

Centaurium maius.

Centaurij magni radix sicut gustu contrarias qualitates, ita in usu contrarios effectus praestat. Gustu itaq; acris simul adstringensq; apparet cum leuicula dulcedine. At in actionibus acrimonia quidem caliditatis opera ostentat, menses prouocans, & foetum mortuum euellens, uiuumq; corrupens atq; eiciens. Adstrictio uero, opera crassa terrenaq; frigiditatis, quum ulcera glutinet, & sanguinem reijicientibus proficit. Exhibentur autem eius drachmae duae, febrientibus quidem cum aqua, febris uero liberis cum uino. Porro secundum omnium simul qualitatuum actionem, ruptis, conuulsis, dyspnoeae, sine spirandi difficultati, tum inueteratae tussi conuenit. Nec enim in talibus euacuare solum quod praeter naturam est oportet, sed partem quoque euacuatae roborare ac confirmare. Vacationi itaq; accommodata est acrimonia, utiq; quum non sola sit ac pura, sed aut dulcedini iuncta, aut certe non prorsum amaritudini. Siquidem uehementiam tunc atque uiolentiam mista illi temperata quadam substantia, cuiusmodi est dulcis, non obtinebit. Porro ad ea quae euacuata sunt, roboranda contrahendaq;, adstrictione est opus. Eadem quae radix & succus ipsius efficit: utunturq; eo quidam uice lycij.

Centaurium

Centaurium minus.

A Centaurij minoris radix plane inefficax est, sed caulis eius extremus, & potius folia quae illi inhaerent, & flores, utiliora sunt: uincit in eis qualitas amara, paululum habens & abstrictionis, atq; ob eiusmodi temperamentum admodum exiccatorium est medicamen, expers mordacitatis. Porro quod omnia talia utiliora sint, supra commo- nui, & nunc nihilo secius tamen nos repetere tempestiuum est, omnes eius particularem actiones memorantes. Ulcera itaq; magna herbe ipsius recentis illitu glutinantur: & uetusta, quae aegre ad cicatricem perducunt, cicatrice eodem modo utentibus includuntur. Arefacta uero glutinatorijs & desiccatorijs miscetur facultatibus, ijs uidelicet quae sinus & fistulas sanare sunt natae, ueteresq; duritias emollire, tum ulcerum maligna & cacothem sanare. Miscetur etiam ijs quae rheumaticis affectibus medentur. In quibus ea medicamina praestantissima sunt, quae uehementer desiccantia cum quadam adstrictione nullam habent mordacitatem. Decoctum herbae quidam ischiadicis infundunt, ceu biliosa & crassa ducens: nam & talia purgat: quam quum adeo uehementer operabitur ut cruenta euacuet, tunc plus proderit. Suecus porro eius quum adsimilis sit facultatis, hoc est exiccatoriae & absterforiae, & cetera riam comprehensa pulchre praestare potest: & cum melle oculis illinitur, mensesq; & foetum euocat. Sunt qui ipsum praebant & ijs quibus nervi affectu sunt, ut qui euacuet & desiccet innoxie quae impleta sunt: quippe quum iocinoris quoque obstrictiones optime expediat, bonumq; sit lieni indurato remedium foris impositum, nec secius si quis bibere sustineat.

Cerasus.

B Cerasus arbor fructum fert non parum adstrictionis in omnibus particulatim partibus participem. Nam & in harum, sicut etiam malorum granatorum, & malorum, quibusdam austera qualitas, in quibusdam uero dulcis, nonnullis autem acida exuperat. Quinetiam ipsorum dulcium ea quae nondum cocta sunt ac matura, quaedam admodum sunt acerba, quaedam similiter moris acida. Sed in moris immaturis acida qualitas acerba exuperat, in cerasijs non semper. Ergo quae dulcia sunt, magis quae in intestinis sunt subducunt, sed minus grata stomacho sunt. Contra austera acida pituitosis excrementosisq; stomachis sunt apta. Siquidem austeris magis desiccant, & nonnihil etiam incidunt. Porro ipsius arboris gummi communem omnibus uiscosis & mordacitatis expertibus medicaminibus facultatem obtinet, quae & ad arterias exasperatas accommodata est. Proprie autem, si quidem quod quidam scribunt, uerum est, calculis uexatos adiuuat. Nam sic illi tenuium partium ineffet facultas quaedam.

Ceratonia.

Ceratonia exiccantis est & adstringentis facultatis, sicut & fructus eius, quae ceratonia uocant, nonnihil etiam dulcedinis continens. Accidit autem istis quiddam simile cerasijs. Nam si humida sumas, magis uentrem subducunt: sicca uero magis sistunt: utpote quum humiditate expirent, & quod essentiae est crassioris, tantum reliquum habeant.

Cestrum. Betonica. Psychrotrophum.

Cestrum, aut Psychrotrophum, Romanum uero Betonica, uim habet incidendi, ut gustus indicat. Amariacula enim est & subacris ipsa herba, id quod ostendit & particularim edita actio. Nam consistentes in renibus calculos rumpit, & pulmonem, percutus & cicur expurgat abstergitq;, menses quoque ciet, & comitialibus prodest. Tum supra conuulsaq; curat, & omnibus bestiarum moribus ulcers illita auxiliatur. Porro stremo acidum ructantibus (*οξυγεγυμνωτας* Graeci uocant) & ischiadicis bibita auxilio est.

Cecis. Galla.

Galla quae omphacitis nuncupatur, admodum acerbum est medicamen, pleraq; sui parte essentiae terrena & frigida, per quam desiccet & repercutit fluxiones: ad haec confringit contrahitq; partes laxas ac languidas: omnibus que fluxionum affectibus strenue resistit. Eitio uero tertij in desiccando, secundi autem in refrigerando or-

C dinis. Altera autem galla, flaua illa & magna laxa, & ipsa desiccatur quidem, sed tanto minus, quanto minus acerbæ qualitatis est particeps. Cocta itaque ipsa per se, ac deinde trita cataplasma est non instrenuum sedis phlegmonarum, ac procidentiarum. Porro coquenda est, si modica opus sit adstrictione, in aqua; sin uehementiore, in uino. Ac si augere insuper adstrictionem sit opus, uino utare austeriusculo. Hanc rustici nostrates *οινικινιδία*, quasi uinigallam dicunt, nominant. Denique gallæ combustæ sanguinis reprimendi facultatem acquirunt, ac nimirum etiam calorem & acrimoniam ex uisione assumunt, suntque ipsæ quæ ignem expertæ non fuerint, tum subtiliorum partium, tum maiore desiccandi potestate. Cæterum quum ad sanguinis suppressionem præparare eas uoles, carbonibus impositas dum undequaque candeant, aceto aut uino extinguere oportebit.

Cera.

Cera quodammodo medium tenet calfacientium, refrigerantium, humectantium & desiccantium. Habet uero quiddam etiam essentia crassæ, atque emplasticum: quæ ambrem non modo exiccare, sed & per accidens humectare uideri fortassis poterit, per inspirationes uidelicet prohibens. Quamobrem aliorum medicamentorum tum ex calfacientium, tum refrigerantium materia est. Ipsa autem per se ex genere fuerit debilliter concoquentium: nec tamen intro in corpus assumptum, sed foris impositum. Habet enim paulum quiddam digerentis calidæque potentia, quæ plurima mellis inerat.

Cici. Ricinus.

Ricini fructus quemadmodum expurgat, detergit ac digerit, sic quoque folium, sed undequaque debilius. Oleum quod ex semine conficitur, tum calidius est, tum tenuiorum partium, quam est oleum commune, ac proinde potentius quoque digerit.

Cinamomum.

D Cinamomum summè tenuium est partium, non summè tamen calidum, sed ex tertio ordine: nihil autem æque desiccatur eorum quæ pari sunt ex calfaciendi facultate, propter tenuitatem scilicet essentia. At Cinamomis est uelut imbecillum cinamomum. Nonnulli esse pseudocinamomum nuncupant.

Circaea.

Circaeæ herbae radicem scribit Dioscorides ex uino dulci potam secundas purgare: est enim boni odoris, & calfactoria; semen autem eius in sorbitione exhibitum ad lactis generationem conducit.

Cisthus.

Cisthus aut Cistharus, frutex est gustu adstringens, omnibusque particulatim operibus. Attamen folia & parua germina trita adeo desiccant adstringuntque, ut ulcera glutinare ualeant. At flores magis sunt efficaces, adeo ut cum uino poti dysenterias, uentris imbecillitates, fluxusque ac humiditates sanent: cataplasmatibus ritu illita ulcerum putredinosa iuuant. Est enim facultas eorum non instrenue desiccans, fereque secundum excessum a temperatis absoluti. Adeo uero frutex hic frigidus est, ut tepidi caloris sit particeps. Porro hypocistis, quam uocant, multo est magis adstrictoria quam folia, admodum efficax remedium ad omnes fluxionum affectus, puta sanguinis reiectiones, profluvia muliebria, coeliacos, dysentericosque affectus. Quin si quam partem roborare consilium sit, quæ uidelicet plusculo humore exoluta fuerit, robur ac firmitatem illi non segniter addit. Sic sane stomachicis epithematis hepaticisque commiscetur, & ex uiperis confecto antidoto inditur, nimirum quod corpora confirmet ac roborat.

Cisthus.

Cisthus aut Ladanum. In calidis regionibus hic cisthus proueniens, tamen si haud alius sit genere quam qui apud nos nascitur: eximium tamen a regione ac peculiariter digerentemque caliditate nactus est: atque utroque a nostrate differt, tum quia frigiditate desposuit, tum quia calore assumpsit. Itaque cetera quidem huius cisthi, illis que in nostrate uisuntur, similia sunt. Verum ladanum quod uocant, ex eo prouenit, medicamentum primo

A primo excessu iam quodammodo complete calidum, ut uidelicet & secundum attrahat, habens etiam adstrictionis paululum. Ad hæc substantia tenui, ac proinde emolliens, siue malacticum, pariterque moderate digerens, ac uidelicet etiam *συμπερικύου* hoc est concoquens. Itaque mirandum non est, si peculiariter ad uteri uitia conueniat, quandoquidem ad dicta paulum quiddam adstrictionis obtinet. Quocirca distulentes capillos retinet. Nam quicquid ad radices eorum prauis humoris sederit, id omne absumit: tum meatus quibus infixi sunt, contrahit. Cæterum alopecias & ophthalmias, siue lippitudines, sanare non potest, utpote grauiore uires quam quæ ladanum insunt, poscentes: quippe proueniunt isti ex prauis succis lentis crassisque, quos secantia ac digerentia medicamenta potissimum euocant atque euacuant. Ceterum tenuium partium sunt facultatis oportet, non tamen usque adeo tenuium partium, & desiccatoriarum, ut nimio plus desiccet, unaque cum collectis inibi succis præter naturam, naturalem quoque humiditatem incrementa pilis suppeditantem absumant. Nam sic non tantum alopecia liberabunt, sed & caluitiem afferent. Sed hæc ad curandi rationem peruenit.

Cissos. Hedera.

Hedera ex contrariis composita est facultatibus: habet enim quiddam adstringentis substantia, quam terrenam & frigidam esse ostendimus: habetque etiam nonnihil acris, quam calidam esse uel gustus comprobatur. Nec deest tertia: aqueam namque substantiam quandam tepidam obtinet, certe si uiridis sit. Siquidem dum arefcit, hæc prima exhalet necesse est: manetque quæ terrea est & frigida adstringensque, & ea quæ calida & acris. Viridis autem, folijs eius in uino decoctus, ulcera grandia conglutinat: quæque maligna sunt, ad sanitatem reducit. Tum igne factas exulcerationes cicatrice includit. Porro cum aceto decocta folia lienosis profunt. Flores autem quodammodo ualidiores sunt, ut ad leuorem redacta cum cerato ambustis conueniant. Præterea succus medicamentum est errhinon, hoc est, in nares infusum, capiti purgando idoneum: tum uetustas aurium fluxiones sanat; ad hæc ulcera uetera tum in auribus, tum in naribus. Porro si acrior appareat, aut rosaceo aut dulci oleo miscetur. Lachryma eius lentes interimat, pilis nudat: usque adeo calidæ potestatis, ut obsecure adurat: est enim uelut aqueus quidam liquor, sicut alia omnes lachrymæ.

Clinopodium.

Clinopodium ex calfaciendi uim obtinet, sed nondum adurendi: est uero etiam essentia subtili: ponaturque ipsum quispiam in tertio ordine tum ex calfacientium, tum resiccantium.

Clematis.

Clematidis folia acrem & adurentem siue causticam facultatem obtinent, adeo ut & lepras excoriant. Fuerit itaque in quarti ordinis ex calfacientium initio. Vocatur autem clematis & daphnoides, quod quidam myrsinoides, alij polygonoides appellatant. Cæterum id nequaquam exulceratorium est aut acre, sicut quod ante dictum est, imò profluuijs ac dysenterijs cum uino potum prodest, dentiumque dolores mansum mitigat: tum uteri quoque doloribus in pello admotum usui est: tantum abest ut perinde urat aut ulceret, ceu illud superius. Sed summè nobis suspiciendus Pamphilus ille, sicuti in reliquis nugatur de his quæ nunquam uidit, literis ea mandans, sic hæc ambo in unum confudit. At Dioscorides utriusque in quarto meminit, & eius quæ simpliciter uocatur clematoides, idque in fine libri: & alterius, sed in principio: quamobrem non est necesse, ut ego rursum notis suis utrunque depingam, sicut nec in alijs feci.

Cnicus.

Cnici semine duntaxat ad purgationes utimur. Tertij est ordinis ex calfacientium, si quis foris eo uti uolet.

Coccum cnicidum. Granum gnidium.

Granum gnidium & ipsum quoque purgat: sed acris est adurentisque facultatis.

Coccus baphicos. Granum tinctorium.

Granum tinctorium adstringentem simulque amarum qualitate possidet. Vtraque

C sine morfu desiccatur. Proinde ad ingentia uulnera congruit, & ad neruorum uulnerationes. Sed tunc ipsum quidam cum aceto terunt, alij cum oxymelite.

Coccymelea. Prunus.

Pruni fructus uentrem subducit, recens quidem plus, aridus minus. Cæterum haud scio cur Dioscorides pruna damascena siccata uentrem sistere dicat, quum & ipsa palam etiam subducant, minus tamen quam quæ importantur ex Iberia. Siquis dem damascena magis adstringunt: at quæ Iberia fert, dulciora sunt. Quin & ipsæ arbores fructibus proportione respondent. Minus enim adstringunt quæ in Iberia nascuntur, magis uero quæ Damasci. Cæterum ut in summa dicam, quorum in folijs aut germinibus adstrictio quædam inesse apparet manifesta, ijs decoctis phlegmonæ in columella aut tonsillis existentes idonee colluuntur. Porro agrestium fructus euidenter adstrictorius est, uentrem quæ sistit. Nominatur autem hæc planta in Asia prunum. Gummi autem arboris sunt qui dicant cum uino potum lapides confringere, cum aceto puerorum sanare lichenas. Ac si id præstat, clarum est extenuandi indicium illi facultatem inesse.

Colla, aut gluten.

Gluten quod ad libros præparant ex similigine & garo, emplastice concoctionis facultatis est, quibuscumque ipsum partibus illinas.

Colocynte. Cucurbita.

Cucurbita humidæ frigidaque temperaturæ est, utraque qualitate secundi ordinis: quocirca ramentorum eius succus ad aurium dolores cum phlegmone iunctos cum rosaceo utilis est: sic tota quoque illita calidas phlegmonas mediocriter refrigerat. In esu autem humida est, & sitim propellens.

Colocynthis.

D Colocynthis gustu amara est. Sed quæ illi amaritudinis dum potatur adsunt opera, ea euidenter efficere nequit ob purgatoriam facultatem quam ualidam in sese continet: nimirum cum ijs quæ expurgat, ante & ipsa per aluum excerni præuertens. Viridis ipsius succus intritus ischiadibus prodest.

Comarus. Arbutus.

Arbutus arbor ipsa qualitate acerbata una cum fructu est. Eum memecylum nunc cupant. Est autem hic & insensus stomacho, & capiti dolorem commouens.

Commi. Gummi.

Gummi lachryma est congelata concretaque in truncis arborum ipsam producentium, uelut resina quoque in multis uisitur quæ resinam proferre possunt. Cæterum quod exiccatorie emplasticeque potentia sit, constat. Præterea asperitatibus medetur.

Comia. Lixiuum.

Lixiuum: sic quod uelut ablutio est cineris, nominatur. Porro omnium maximum absterforium, tum exiccatorium illud est quod ex cinere ficus & tithymalorum efficitur: ferèque septicæ seu putrefacientis est facultatis: quæ cuiusmodi sit, in quinto uolumine exposui.

Conyza.

Conyza & maior, & minor adsimilis sunt tum temperaturæ, tum facultatis, gustu amaræ & acres: exalfaciuntque admodum luculenter, siue quis folia cum teneris ramulis (est enim fruticosa planta) parti cuiuspiam illinat, siue ubi in oleo coxerit, eo utatur. Siquidem concussionem siue rigorem per circuitum redeuntes tale sanare oleum uidetur. Flores quoque eorum adsimilis sunt facultatis. Itaque quidam & ipsos cum folijs tritos in uino bibendos exhibent ad menses fortiter ducendos, efficiendumque fetum. Est & tertium conyzae genus in locis humidioribus proueniens, utrisque illis tum graueolentius, tum imbecillius. Sed primæ memoratæ tertij sunt ordinis in exalfaciendo exiccandoque.

Coriannon.

Coriannon, Corion, Coriandrum.

A Coriannon, siue Corion, aut utcumque uocare lubet, Vetusiores Græci Coriannon nominabant: at recentiores medici omnes Corion appellant, sicut & Dioscorides refrigeratorem esse herbam ipsam dicitans, sed perperam. Siquidem ex contrarijs facultatibus constat & composita est, plurimum habens essentia amaræ, quam ostendimus esse tenuium partium, & terrenam. Nec parum etiam aqueæ humiditatis obtinet, quæ tepentis est facultatis: his adiunctum est quoque adstrictiois pauillum. Ex quibus omnibus uarie quidem agit ea quæ scribit Dioscorides, sed non tantum ex refrigeratione. Cæterum ego cuiusque particulatim actionis causam enarrabo, tametsi propositum fuerat mei unius duntaxat hoc in libro sententiam expromere: sed forte nihil obstat: imò, si uerum fatendum est, proderit non nihil, superiores methodos, quæ in paucis medicamentis sunt dictæ, hic repetere. Primum ergo non Dioscorides tantum, sed & alij complures medicorum in determinate de morbis pronunciant, sicut sane hæc quoque tempestate non paucos inuenias medicos uel insignes, præter alia, hæc in re turpissime hallucinantes. Interdum enim atra, liuida frigidaque reddita parte quæ erysipelas habuit, nec amplius refrigeratiam poscente pharmaca, ceu antea, sed ea quæ infixum parti præter naturam humorem eliciant, quidam tamen refrigerare perseverant: alij ad digerentiam quidem transeunt, cæterum ea erysipelas sanare dicunt. Quamquam scribant, incipientibus etiamnum atque gliscentibus crescentibus uel erysipelatis alia esse medicamenta, alia uero iam declinantibus ac flaccescentibus. Sed ita res non habet. Neque enim erysipelas etiam uocari debet postea quam in inflammatione eius, & feruor, ac biliosum illud abierint: neque quæ facultate sunt frigida, neque quæ illa sanant, remedio esse putandum: sed uelut si uel in initio protinus aut percussis, aut alia de causa quauis tumor in parte quapiam aut liuidus, aut niger extiterit, eum esse frigidum affectum existimabis, & quæ digerant exalfaciantque, poscere: ad eundem opinor, modum, si calida affectio in frigidam reciderit, negligentia quidè prior est, sed secunda alio appellanda nomine: aut si displicet nominis mutatio, saltem sicut quidam alia scribunt principij, alia declinationis remedia, haud frigida esse autumantes declinationis remedia: concedendum sanè est, si cui ita placet, ut talis affectio etiam erysipelas uocetur: sed eam etiam calidam dicere ubi iam refrigerata est, id uero nequaquam concedendum. Itaque ne quod tunc ei auxilio est, refrigeratorium esse credamus, sicut Dioscorides coriandrum, qui cum pane aut polenta erysipelas curet illitum. Nam quod ad unguem est erysipelas, quod utique inflammatum est & flauum, haud unquam sanare queat cum pane coriandrum, sed illud quod iam refrigeratum est. Proinde nos superioribus uoluminibus, quum determinata ac definita experientia cuiusque medicaminis facultatem explorandam censuimus, quam maxime fieri posset simplicissimum eligi affectum consuluimus. At plerique medici neque quod uel plurimi morborum protinus ab initio compositi inuadant, norunt: neque quod alius affectus sit erysipelas exactus, alius uero is qui uocatur ab omnibus nobis ut sitate, ut à ueteribus quoque, phlegmone: alij autem inter hos medij plurimi, partim ut sic dicam, erysipelata phlegmonæ, partim phlegmonæ erysipelatæ des. Ac inuenias nonnunquam ubi neutrum uincat, sed ad unguem paria sint. Quinetiam nonnunquam œdematodes esse erysipelas conspiciunt, sicut aliud scitrodes: ut compositorum morborum non paruus acruetur numerus. De quibus copiosius cum alibi differuimus, tum in curandi rationis uoluminibus. Dicitur autem & nunc, quoad saltem eorum meminisse necesse est, quod exactum erysipelas haud unquam ab antea dicto cataplasmate curari possit. Voco autem exactum, quum à biliosa fluxione pars impleta fuerit. Porro quod longè à refrigeratione absit coriandrum, uel ex ijs quæ ipse scripsit Dioscorides, discere liceat. Nam chœradas siue strumas cum eregmo, siue loamento, inquit, discutit. Porro quod nullum refrigerantium medicamentorum idoneum sit discutendis chœradibus, uel ipsum Dioscoridem non dubitaturum arbitror, quippe

C qui sexcenta scripserit medicamēta chœradas sanare potentia, quæ omnia tum tem-
perie calida, tum actionibus digerentia esse confessus est.

Coronopus.

Coronopodis radix cœliacis prodesse creditur manducata.

Costus.

Costus leuiculam planè amaram, plurimam autem acrem & calidam in se quali-
tatem simul & facultatem continet, adeò ut etiam exulceret, quò ex oleo corpus eo-
rum quibus per circuitum rigor inuadit, ante accessionem illo confricatur: sic uero
etiã in resolutis [& ischiadicis] atq; in summa in quibus excalfacere partē quàmuis,
aut ex alto in superficiē extrahere quippiam est opus, ad costum confugitur. Eadem
de causa urinas mensesq; prouocat, & ad rupta, cõuulsa, ac laterū dolores congruit.
Porro ob amaritatē quæ illi inest, lumbricos necat. Ob eandem & ad contractas uer-
lut ex sole maculas, *επιλας* Græci uocant, cū aqua aut melle usurpāt. Inest item fla-
tuosa quædã illi temperiei humiditas, per quam & uenerē excitat cum uino mulso.

Cotyledon. Umbilicus Veneris.

Cotyledon facultatis mistæ est, nempe humidæ subfrigidæ, & cutusdam obscure
adstringentis, & cum ea leuiter amaræ. Vnde refrigerat, repercutit, abstergit, & di-
scutit. Itaque phlegmonas erysipelatōdes & erysipelata phlegmonæ de curat: & ma-
ximè stomachi ardore æstuantis admodum utile est epiplasma. Putantur folia cum
radice manducata calculos confringere, & urinam mouere.

Crania. Cornus.

Corni arboris fructus admodum acerbus est, esui aptus. Itaq; mirum uideri non
debet, ipsum ualenter uentrem restringere, sicut & mespila. Folia quoq; & germina
gustu acerba sunt, ualenterq; desiccant. Itaq; maxima uulnera glutinare possunt, pos-
tissimum durorum corporū: at paruis uulneribus & mollioribus corporibus magis
contraria sunt. Nam nimum ea contendunt, ac plus fatis desiccant.

Crambe. Brassica.

Brassica esculenta desiccandi uim habet tum esã, tum foris imposta, non tamen
etiam admodū acrem. Alioqui & ulcera glutinat, & maligna ulcera sanat, præterea
phlegmonas iam induratas, ac ægre solubiles, & id genus quoque erysipelata. Ead-
dem facultate epinyctidas & herpes sanat. Habet quiddam etiam in se absterfori-
um, quo lepras curat. Porro semen eius potum lumbricos interficit, maximè brassicæ
Aegyptiæ, quanto ea scilicet temperatura siccior est. Sanè amaræ qualitatis particeps
semen est, sicut uidelicet omnia alia medicamēta quæ ad lumbricos idonea sunt. Se-
cundum eandem facultatem ephelidas, & lentes, & quæcunq; modicam absterfori-
nem postulant, adiuuat. Porro caules brassicæ combusti cineres efficiunt admodum
desiccantes, ut uidelicet iam & causticam siue adurentem uim participent. Hac ratio-
ne ei ueterem adipem commiscentes, ad inueteratos laterum dolores, & si quid eius
fuerit generis, adhibent. Nam ualenter digerens pharmacum efficitur.

Crambe agria. Brassica agrestis.

Brassica agrestis quodammodo calidior sicciorq; domestica est, ceu alia propem-
dum omnia agrestia sui generis domesticis secundū utranq; hanc facultatem ualenti-
ora sunt. Quamobrē neq; intra corpus citra noxam sumitur, ut quæ longius ab hu-
mana recesserit temperatura. Eadē de causa & gustantibus amarior est quàm dome-
stica: quanquã domestica quoq; acrimoniæ nonnihil & amaritudinis contineat: sed
utranq; habet agrestis ualidam: quare etiã extergit & digerit q; domestica ualentius.

Crambe thalattia. Brassica marina.

Brassica marina suprã quàm quòd uentrem deiciat, utpote subfalsa & subamara
gustu, fuerit sanè etiam ad externos corporis usus, & ad omnia ea ad quæ tales quali-
tates accommodantur idonea.

Cratæogonos.

Cratæogonos.

Cratæogoni herbæ fructus & acris gustanti est, & utenti frigidus, similis milio.

Crethmon.

Crethmon gustantibus salsum est, cum pauca amaritate: quamobrem uis e-
ius est exicatoria & absterforia. Vtraq; tamen imbecillior in eo est quàm in amaris.

Crithæ. Hordeum.

Hordeum primi est ordinis in exiccando & refrigerando: habet etiã pauillum
absterforis. Paulò etiã plus desiccatur quàm farina fabacea, cui non insint cortices: cæ-
tera uero similia sunt foris utentibus. In cibo autē hoc fabis præstat, quòd statuosam
naturã exuat: fabis, quantūcunq; coxeris, statuosa natura remanet: sunt enim crassi-
oris essentia quàm hordeū: quamobrē eo plus etiam alunt: porro quoniam utrunq;
paulum modò à medio recessit, multo sunt usui. Nam talia medicamenta multis a-
lijs miscentur ceu materia quædam: itaq; etiam cera & oleum non paucis medica-
mentis coniunguntur. Alphiton uero, hoc est polenta, multò plus hordeo desiccatur.

Crimnon.

Quod crassæ essentia est tum in tritico, tum in zea, ita appellari cõsueuit. Plus nu-
trit quàm polenta, sed ægrius concoquitur. Porro sorbitio quam ex eo conficitur, pol-
tos n̄ cupatur: eaq; si ex zea conficiatur, leuiter uentrē sistit, ac potissimū si frigatur.

Crinos. Lilium.

Lilij flos temperaturam mistam obtinet partim ex tenui, partim ex terrena essen-
tia, ex qua utique habet ut gustu sit amara, partim ex aquea, eaq; temperata. Itaque
etiã quod ex eo conficitur oleum, citra morsum digerendi simulq; emolliendi fa-
cultatem obtinet: unde sit ut uteri duritiibus sit aptissimū. Porro radix foliaq; per se
trita desiccant & abstergunt, & digerunt moderatè: proinde quoq; ambustis compe-
tunt. Siquidem hæc quoq; moderatè desiccantem extergentemq; facultatem postu-
lant. Radicē ergo tostam, ac deinde cum rosacco contritam, ambustis quoad obdu-
catur cicatrix imponunt: quippe quum alioqui & aliorum ulcerum omnium bo-
num sit inducendæ cicatricis remedium. Quinetiam uteros emollit, mensesq; prouo-
cat. Folia uero præcoquentes, & ipsa ad obductam usq; cicatricem imponunt, non
in ambustionibus duntaxat, sed alijs quoq; uulneribus. Sed & sunt qui aceto ea con-
dientes ad uulnera suo tempore utantur. Plus tamen inest abstergentis facultatis in
radice quàm in folijs, quanquã tamen nec in ea ipsa multum insit, sicut prædiximus.
Nam primi ordinis abstergentium est medicaminum: itaque quum aut utiligines,
aut psoram, aut lepram, aut achoras, aut aliquid id genus extergere uolumus, com-
miscemus illi aliquid aliorum medicaminum ualidius extergentium, cuiusmodi est
mel. Caterum si id moderatè illi ac conuenienter admisceatur, & ad neruorum di-
uisiones competit, & ad alia uniuersa quæ ualenter exiccari postulant absque mor-
su. Imposuimus uero etiã quandoque & foliorum succum cum aceto & melle co-
ctum. Quinq; partibus succi plus utroque erat: cratq; insigne medicamen ad omnia
ea quæ exiccari postulant absque morfu, ceu uulnera omnia ingentia, & maximè
quæ in capitibus musculorum eueniunt: tum ea quæ nimis mollia sunt, & diutur-
na, atque ægre ad cicatricem perducuntur. Sed hæc iam ad medicamentorum com-
ponendorum institutum attinent; à quo quantum licet abstinere in præsentiarum
aditor, caterum rerum ipsarum natura sæpenumero ut attingam adigit: celeriter
uero relinquenda sunt, atque ad propositum reuertendum.

Crocodilium.

Crocodilij semen acre est atque odoratum, urinam mensesq; ciens. Itaq; faculta-
tem habuerit calidam digerentem & exiccantem. Succus tum caulis, tum seminis,
ut quæ similes sint facultatis, nephriticos adiuuat. Radix pectoris excretionibus
ualenter conducit, minus quidem quàm semen acris, non tamen minus amara. Tra-
hit uero etiam per nares sanguinem.

Nn

Crocus.

Crocus paulum etiam adstringens quid obtinet, quod terreum frigidumque ostendimus: sed superat in eo calfaciens & qualitas, & facultas, ut tota eius essentia secundum di sit ordinis excalfacientium, & primi exiccantium: proinde concoquendi quoque vim quandam obtinet, adiutante scilicet in hoc & pauca illa adstrictione. Quippe quibus medicamentis, quum non admodum excalfaciant, pauca adest adstrictio, ea parem facultatem habent essentijs emplasticis uocatis: quas quum iunctas esse caliditati non uehementi conigerit, pepticas, hoc est concoquentes esse ostendimus.

Cepa.

Cepa ex quarto est ordine excalfacientium: essentia eius potius crassarum est partium: unde etiam hamorrhoidas aperit tum apposita, tum cum aceto inuncta. In sole alphas abstergit, tum alopecijs attrita pilos alcyonio citius restituit. Porro si succum eius exprimas, quod reliquum est admodum terreæ substantiæ est, eiusque calidæ: at succus aqueæ aeriæque caliditatis. Hic igitur ijs qui suffusi sunt, aut aciem oculorum obtusam præ crassitudine humorum obtinet, inunctus prodest: ex huius temperatura tota cepa flatuosa est manducata. Itaque quæ temperatura sunt sicciore, minus flatuum generant.

Cyamos. Faba.

Faba in utroque medijs temperamenti proximè est in exiccando & refrigerando. Caro eius paulum quoque abstergentis facultatis continet, sicut putamen nonnihil adstringentis: idcirco medicorum nonnulli totam fabam cum oxycrato decoctam dyfentericis, cœliacis, uomentibus, quos *εμετικὸς* nominant, exhibuerunt. Porro ut edulium, flatulenta est, ac coctum difficilis, si quid aliud: excreationibus ex pectore & pulmone idonea. Vt medicamentum uero foris imposita, desiccet innoxie. In podagricis ea sæpenumero usi sumus ex aqua decocta, & ita adipi suillo admista. Ad neruorum tum contusiones, tum uulnerationes, farinam eius cum oxymelite impositum. Ad eos quos ex ictu iam phlegmone occupauerat, cum polenta. Sed & testium, & uberum aptum est cataplasma. Nam hæ partes cum phlegmone tenentur, moderatè refrigerari amant, maximè quum ubera ex lacte in ipsis concreto phlegmonen patiantur. Quin lac quoque ab eo cataplasmate extinguitur, sicut puerorum pubes farina fabacea illita plurimo tempore glabra permanet.

Cyclaminos. Rapum, siue tuber terræ.

Cyclaminus uarias uires possidet. Nam & abstergit, & incidit, & ora uenarum aperit, & attrahit, & digerit: clarum id est ex particularibus operibus. Nam succus eius hamorrhoidas reserat, uiolenterque ad secessum prouocat in crocyde siue floccis appositus. Sic etiam facultatibus phymata, strumas aliasque durities digerentibus commiscetur, ac suffusus cum melle illitus cõpetit: ad hæc quoque per nares expurgat. Adeo uehemens eius facultas est, ut abdomine illito uentrem subducat, & foetum interimit. Nam & alioqui ualidum interimendo conceptui medicamen est, in pello additus. Tota autem radix succo imbecillior est, quamquam & ipsa uehemens sit. Nam & menses siue epota, siue apposita euocat, & aurigini prodest, non modo ipsum uiscus expurgans, sed etiam quæ in toto corpore bilis fuerit, eam per sudorè efficiens. Proinde sanè post potionè, sudoris adiuuanda prouocatio est. Modus eius bibendi est drachmarum trium, siue cum melicrato, siue cum passo. Cutem detergit cum in alijs, tum quod alopecias, ephelidas, omniaque exanthemata siue efflorescentias curet: lientem quoque induratum iuuat emplastri modo illita tum recens, tum arida. Sunt qui radicem siccam asthmaticis seu anhelantibus exhibeant. Porro altera cyclaminus, quam quidam cyflanthemon nominant, propterea quod cyffo, hoc est hedere flore sit assimilis, radicem quidem superuacaneam habet, sed fructum admodum efficacem: nam hic cum uino pluribus diebus potus lienes sanat, urinas mouens ac uentrem subducens: locos quoque eiicit, & asthmaticis prodest. Qualitas eius gustanti acris est, & sublentia.

Cuminum.

Cuminum. Cuminum.

Cymini semine maximè utimur, quemadmodum anisi, ligustici, cari, petroselinii. Est uero & facultatis excalfacientis, sicut illorum unumquodque, tum urinam mouens, & flatum extinguenus: ex tertio ordine excalfacientium.

Cynos batus. Sentiis canis.

Huius fructus fructus non segniter adstrictorius est, folia uero mediocriter. Itaque particularis eius usus haud ignotus est. Cauendum ab eo quod in fructu eius lanæ speciem habet, ceu arteriam uitians.

Cyparissus. Cupressus.

Cupressi folia, germina, pilulæ recentes & molles, magna ulcera conglutinant in duris corporibus: ex quo clarum est quod resiccandi uim habeat absque insigni acrimonia, aut caliditate, sicut certe & gustus testificatur. Apparet enim in ea leuis quidem acrimonia, sed plurima amaritudo, multoque etiam plus acerbatis in tota planta. Tanta ei inest acrimonia caliditasque, quanta satis sit deducenda in altum acerbitati, ac nullam tamen mordicationem aut caliditatem in corporibus efficiat. Proinde in alto latentes in staccidis putrescentibusque affectibus humiditates innoxie tutoque depascitur, atque absumit: quum quæ excalfaciunt simul desiccantque, eas quidem quæ contentæ sunt absumant, cæterum acrimonia & caliditate alias attrahant. Sic enterocœlicos iuuat: siquidem exicat, roburque addit corporis partibus præ humiditate laxis, utpote quæ adstrictio in altum subeat, deducente ipsa caliditate quæ admista est, cum seruante modum, ut deducere quidem ualeat, non tamen mordicare queat. Quidam ea utuntur ad carbunculos, & herpes polentæ miscentes, tanquam absumat citra excalfactionem eos morbos facientem humiditatem. Sunt qui ad erysipelata utantur, admista nimirum polenta cum aqua aut oxycrato aquoso.

Cyperus. Iuncus quadratus.

Cyperus radices maximè usui sunt, excalfacientes pariter & exiccantes absque mordacitate. Itaque ulceribus quæ præ nimia humiditate cicatricem difficulter admittunt, mirifice profunt: habent enim quiddam etiam adstringens: quapropter ulceris item oris conueniunt. Quin & incidendi uim quampiam illis inesse testificandum, quæ & calculo uexatis congruunt, & urinam mensesque prouocant.

Cypros.

Cyprus: huius arboris folia summaque germina in usum ueniunt, & facultatis, & qualitatis mistæ: habent enim quiddam digerens cum aquea substantia modice calida, habentque etiam adstrictorium quiddam ex terrena substantia frigida. Itaque eorum decocto quidam ambusta fouent. Utuntur uero etiam aduersus igneas phlegmonas & carbunculos. Nam absque molestia & morsu desiccant. Quinetiam sponte proueniunt in ore ulceribus aphthodesi, & ipsis aphthis commanfa sunt.

Cytisus.

Cytisi folia digerendi facultatè obtinent aqueæ & temperatæ mistam, sicut & maluæ.

Cicuta. Cicuta.

Cicuta quod extremè refrigerantis sit facultatis, omnes norunt.

Conos.

Coni fructus, quem quidam cocalon nuncupant, & strobilon, uiridis totus, habet cum humiditate amaritudinem quampiam & acrimoniam: proinde purulentis, & quibuscunque adeo quæ in thorace & pulmone sunt facile etullire & expuere expedit, accommodus est. Porro fructus ex eo esculentus, nutrimentum est coctum difficile, & ualidum. At ut medicamen asperitati leniendæ congruit, quum uidelicet in aqua maceratus omnem in ea acrimoniam reliquerit. Nam reliquum omne minus mordax, magisque emplasticum redditur: in medio calidæ & frigidæ qualitatis consistens, ex aquea & terrea mistum substantia, minimum participans aeriæ.

Lagopus facultatis est desiccantis, adeo ut fluxus alui probe exiccet.

Lagopus.

Lathyris.

Sunt qui dicant & hanc esse tithymalli speciem, tum quod similiter illis succū habeat, tum quod eodem modo purget, totaq; illis facultate assimilis sit, nisi quod semen gustantibus uideatur dulce: quod sane etiam maxime purgatoriā uim possidet.

Lampfane.

Lampfane esa quidem succos prauos procreat, ceterum illita abstergendi nonnullam digerendiq; facultatem possidet.

Lapathum.

Lapathum moderatē digerentem sortitum facultatem est, at oxylapathum mistam: nam cum eo quod digerit, nonnihil quoq; repercutit. Semen eorum manifestam quoq; quandam adstrictionē obinet, ut & dysenterias, & diarrhoeas siue profluvia sanet, & maxime oxylapathi. Porro hippolapathum, quod in totum in paludibus prouenit, eisdem dictis facultates obinet, sed imbecilliores.

Lemonium.

Lemonij fructum, utpote acerbum, exhibent coeliacis, & dysentericis, hæmoptoicisq; siue sanguinem spuētibus: iuuat & profluuium muliebre. Satis est oxybaphi mensura.

Lachen.

Lachen qui in petris nascitur, est uelut muscus quidem, sed rectē ex plantarum cenferi genere potest. Porro ita nominatus uidetur, quod lachenas curet: extergentem habet ac modicē refrigerantem facultatem, utranque uero resiccantem. Atque abstergentem quidem atque exiccantem a petra obinet, refrigerantem uero ab humore aqueo: nascitur enim in humidis & grauior olentibus saxis. Porro quod ex talibus componitur, aduersum esse phlegmonæ (quod aphlegmanton uocant) nihil mirum est. Ceterum an hæmorrhagias sistat, ut refert Dioscorides, id uero nequiquam dicere queam.

Leontopetalon.

Leontopetali radice maxime utimur: digerendi facultatem & exiccandi excalfaciendiq; in tertio ordine possidet.

Lepidium.

Lepidium ex quarto est ordine excalfacientiū, simile nasturtio tum odore, tum gustu, tum uiribus; sed minus eo desiccet.

Leucas.

Leucas acrem possidet qualitatem exuperantem, temperaturam uero calidam siccamq; in tertio quodammodo ordine.

Leucacanthon.

Leucacanthon, quidam autem polygonaton, alij ischiada nuncupant: huius amara radix est, ac proinde incidit, & exiccet in tertio ordine: in calfaciendo autem ex primo est ordine.

Leucoion.

Leucoij frutex uniuersus extergentem facultatem possidet, ac tenuium partium, plus tamen flores, & inter hos qui sunt sicciore magis etiam quam uirides, adeo ut & oculorum cicatrices crassas extenuent. Tum menses quoq; decoctum eorum mouet, & locos, partumq; emortuum elicit: ac si bibatur, abortum facit. Est ergo id medicamentum, ut si quod aliud, amarum. Ac si quis uirium eius uehementiam multa aqua admista retundat ac mitiget, aut certe id genus aliquo, habebit & ad phlegmonem non malum medicamē. Sic decoctum eius si non merum fuerit, uteri phlegmonas identidem perfusum sanat, potissimum quæ diutino tempore ad scirrimodum induruere. Sic cum cerato ulcera ægre ad cicatricem peruenientia curat. Sunt uero etiam qui cum melle & ad aphthas adhibeāt, Semen quū eiusdem sit facultatis, aptissimum

aptissimum est duarum drachmarum mensura potum, tum mensibus ciendis impostum conuenire creditur, partumq; uiuentē interficere, ac mortuū eijcere. Radices similis quoq; facultatis, nisi quatenus crassiores sunt essentia, & magis terrenæ, cum acco lienes induratos sanant. Nonnulli uero & phlegmonas induratas ijs curant.

Leuce. Populus alba.

Leuce arbor miste quodammodo temperaturę est, ex aqua tepida & terrena extenuata essentia: quamobrem & abstergentis facultatis est particeps.

Libanotus. Thus.

Thus excalfacit ordine secundo, desiccet primo, habet quoq; adstrictionem pusillam. Sed minimum manifesta adstrictio est candido: cortex eius euidenter adstringit: proinde sanē strenue quoq; desiccet, adeo ut ex secundo sit ordine desiccantium. Est autem crassiorum partium quam ipsum thus, & minimum habet acrimoniæ. Ob has ergo tum facultates, tum qualitates multas est eius usus apud medicos in hæmoptoicis, stōmachicis, coeliacis, ac dysentericis, non tantum ijs quæ extrinsecus applicantur, ipsum admiscentes, sed & ijs quæ intrō in corpus sumuntur. Ramus eius tum sicciore, tum calidioris est facultatis quam ipsum thus, adeo ut ad tertium usq; excessum perueniat. Habet uero etiā absterforium quiddam. Itaq; eo nomine & expurgare & implere quæ in oculis cōsistunt ulcera uidetur, uelut & myrrhæ, & styracis.

Libanotides.

Libanotides tres sunt, una sterilis, duæ fructum ferentes: omnes uero eiusdem facultatis, emollientis & digerentis. Succus tum radicis, tum herba mistus mellis obtusam oculorum aciem ab humorum crassitudine emendat. Porro eius libanotidis quæ ad coronas est utilis, quam Romani rosamarinum nuncupant, decoctum regio morbo laborantes potum adiuuat. Omnes enim libanotides abstergentis & incidentis facultatis particeps sunt.

Lignys. Fuligo.

Fuligo omnis exiccatoria est, ac proinde terrestris est essentia, habens quasdam etiam ignis qui materiam combussit, reliquias: sed id pusillum est. Porro tota natura terrena est, tenuium partium. Sed quæ speciatim in ea differentia sunt, ea pro uita materia conueniunt: ex acriore & calidior, tali etiam proueniente fuligine, ex dulciore simili quoq; & hinc fuligine proueniēte. Primum enim thuris fuligine utuntur in oculiarias medicinas mista, eas uidelicet quæ ad oculos etiamnum phlegmone tentatos accommodantur, atq; etiamnū fluxione uexantur, & ulcera habent: nam & illa expurgat, & carne implet. Ad hæc usurpant quoq; eam ad facultates quas uocāt callibepharas. Præterea terebinthinæ myrrhæq; fuligo molestia caret, non aliter quam thuris: sed styracis quodammodo ualentior est; magis etiam picis liquidæ, qua etiam magis cedri. Porro acrioribus utantur ad uitia superciliorum uocata pūla, & erosos oculorū angulos humidosq; citra phlegmonem. At mollioribus mitioribusq; tum ad hæc, tum ad ea ad quæ competere paulō superius diximus thuris fuliginem.

Libypticum.

Libyptici radix & semen ex genere excalfaciētiū sunt, adeo ut & menses ciant, & urinas prouocent, statusq; extinguant.

Linospermon. Lini semen.

Lini semen esum flatuosum est, etiam si frigatur: adeo sanē recrementitia humiditate plenum est. Est uero etiam in primo ordine quodammodo calidum, ac humiditatis & siccitatis quodammodo in medio est situm.

Linozostis. Mercurialis.

Linozostide utuntur omnes ad uentris purgationes duntaxat. Verumenim uero si quis eius facere periculum uolet in cataplasmate, sanē admodum eam esse digerentis experietur facultatis.

C

Lonchitis.
Lonchitidis, eius uidelicet quæ semen habet triangulare, cuspidis figura, radix potissimum quodammodo similis est radici dauci: proinde urinam ciet. Porro eius quæ scolopendriæ similia habet folia, ea ad glutinanda uulnera idonea sunt uiridia, sed sicca cum aceto lienes induratos sanant.

Lycion.
Lycion, siue pyxacanthon, arbor spinosa, ex qua lycium quod uocant conficitur, id uidelicet medicamentum liquidum quo ad sugillata utuntur, & sedis orisq; phlegmonas, ulcerationesq; tum herpetas, putredines, & ulcera contumacia, & aures pure fluentes, & intertrigines, ac paronychias, Est autem facultatis exiccatoriae, compositum ex diuersi generis substantiis, quas *ερεπογυεις* Græci uocant, altera quidem tenuium partium digerente atque calida, altera terrestri & frigida, ex qua adstrictio nem obtinet. Porro hæc qualitas pusilla medicamento inest, digerit uero & desiccatur non parum, nempe in secundo ordine: in calore autem medijs & symmetris proximum est: proinde ad uaria hoc utuntur medicamine, ut abstergente quidem [ad putredines, & cacoethe ulcera:] ut contrahente uero, coeliacis, dysentericis, ac muliebri profluuiio adhibent. Lycium hoc in Lycia & Cappodocia plurimum prouenit. Sed Indicum ad omnia ualentius est.

Lysimachios.
Lysimachios superantem habet qualitatem adstrictoriam, per quam & ulcera glutinat, erumpentemq; ex naribus sanguinem emplastri modo illita reprimat: quin & reliquas sanguinis eruptiones sistere potest tum ipsa, tum succus eius multo magis. Pota dysenterias, sanguinis reiectiones, ac muliebri profluuium sanat.

Lychnis.
Lychnidos coronariæ semen calidum est secundo quodammodo ordine, aut tam etiam tertio. Siccum sanè etiam eodem modo.

Lotos.
Lotus domestica, quam quidam triphyllon, hoc est trifolium nominant, ut medicocriter concoquendi uim possidet, sic etiam exiccandi: in caliditatis frigiditatisq; conuagatione media quodammodo est, & temperata. Lotus autem agrestis plurima in Libya prouenit: semen eius secundi est ordinis exalfacientium, habetq; nonnihil absterforium. Porro ægyptiæ loti semen etiam in panes fingitur.

Lotos.
Lotus arbor non ita multæ adstrictoriæ qualitatis est particeps, sed & tenuium partium est, & exiccatoria. Itaque lignorum assulæ derasæ muliebri accommodantur profluuiio, & dysenterijs, & coeliacis affectibus. Decoquuntur uero interim in aqua, interim in uino, nimirum prout usus poposcerit: nec infunduntur tantum, sed & bibuntur. Quinetiam quod pilos defluentes cohibeat, non mediocre signum est ipsum adstringentis esse cuiusdam, similiter mediocriter desiccantis facultatis. Dicitur quippe est & in sermone de ladano eiusmodi esse facultatis oportere, quod fluentes capillos esset cohibitorium.

Macer.
Macer, cortex est, qui ex India conuehitur, gustu multum acerbis, cum leuicula quadam acrimonia odorata, iucundum sanè redolens, ut pleraque aromata siue odorata quæ ex India conuehantur. Videtur itaque & ipse ex mista constare essentia, pleraque terrena frigida, paucula uero calida, & tenuium partium. Quamobrem ualenter desiccatur, adstringitq;: proinde coeliacis & dysentericis miscetur facultatibus, in tertio exiccantium consistens ordine, in caloris frigorisq; differentia neutrum insigniter efficit.

Malabathrum.
Malabathri folium cum spica nardi simillimam facultatem obtinet.

Malache.

Malache. Malua.
Malua, agrestis quidem, digerentis paululum & emollientis leuiter est facultatis: hortensis uero quanto plus habet aquæ humiditatis, tanto facultate imbecillior est. Fructus eius tanto ualidior est, quanto & siccior. Porro huius generis est & ea quæ anadendromalache nuncupatur, sed efficacissima comprehensarum in digerendo. Appellatur etiam Althea.

Mandragoras. Mandragora.
Mandragora uincemtem habet facultatem refrigeratorem, adeo ut tertij sit ordinis refrigerantium. Veruntamen nonnihil etiam caloris inest & in pomis humiditatis: proinde soporem ea conciliandi uim habent. Radicis cortex quum sit ualentissimus, non tantum refrigerat, sed & desiccatur: reliquum quod intus est imbecillum est.

Marathrum. Fœniculum.
Fœniculum tam ualenter exalfacit, ut ex tertio ordine exalfacientium censeripromereatur: desiccatur uero non æquè, sed ipsum quispiam in hoc primi esse ordinis posuerit: proinde lac procreat: quod, si admodum desiccaret, non sanè efficeret. Suffusis eadem ratione auxiliatur. Urinas mensesq; ciet. Porro est & alterum fœniculum, quod præ magnitudine hippomarathrum nuncupant: cuius radix ac semen amplius quam domestici, desiccandi uim obtinet, quocirca uentrem quoq; eo nomine sistere uidetur. Nec sanè manifesta illis inesse uidetur adstrictio. Huius non radix modo, sed & semen Cachryi assimile est, potestq; & calculos frangere, & auriginosos sanare, mensesq; & urinas mouere: non tamen lac congerere, sicut illud superius. Aliud est hippomarathrum, cuius semen rotundum est & acre, simile semini cotandri, facultate quidem hippomarathro simile, sed debilius.

Mastiche.
Mastiche candida quidem, & Chia cõsueto more cognominata, quodammodo ex contrarijs composita facultatibus est, adstringente uidelicet & emolliente. Proinde stomachi, uentris, intestinorum, iecorisq; inflammationibus competit, ut puta secundo ordine exalfaciens & desiccans. Nigra uero, quæ Aegyptia cognominatur, tum magis desiccatur, tum minus adstringit: quamobrem aptior est ad ea quæ ualidiorum digestionem per halitum exposcunt: hac ratione furunculis bonum est remedium. Porro oleum unguentumq; mastichinum ex Chia conficitur, non admodum sanè ex Aegyptia. Cæterum similis est & ipsum mastichæ facultatis.

Melanthium.
Melanthium exalfacit atque desiccatur tertio ordine. Videtur etiam tenuium esse partium: hoc enim nomine catarrhos sanat in linteo admotum, atque assiduo olfactum. Quinetiam si intro in corpus sumatur, uel maxime flatus extinguit. Unde constat essentia ipsam esse subtilis, & ad unguem a caliditate elaborata. Propterea sanè etiam amarum est. Ostensum uero in quarto horum uoluminum est, quod quum ad extremam tenuitatem atque elaborationem terrena pertingit substantia, amara proueniat qualitas. Itaque mirum non est si lumbricos interimat non esum modo, sed etiam foris impositum. Siquidem & id præstare posse saporem amarum monstratum est. Nec sanè etiam mirandum si lepras, elauos, myrmecias eiciat, et præsertim qui in superioribus libris comprehensorum haud est immemor. Sic uero etiam orthopnoeam iuuat, & mensis prouocat, qui utique ob crassitatem aut uiscositatem retenti fuerint. In summa uero, ubi sectione, extersione, desiccatione, exalfactione est opus, præstantissimum id remedium est.

Melilotum.
Melilotum mistæ facultatis est: habet enim quiddam adstringens: sed & digerit & concoquit: copiosior enim in eo est substantia calida quam frigida.

Mel.
Mel desiccatur & exalfacit ordine secundo. Est autè simplicis, quoad fieri potest.

C tum facultatis, tum temperamenti, extergentis, ut nobis appellare mos est, medicamentorum speciei existens. Porro coctum minus acere absterforiumque redditur: itaque ad sinuosorum ulcerum glutinationes eo utuntur. Ceterum si quod mel amarum est, ceu Sardoum, clarum est & ipsum mistae esse facultatis: tanquam si nostrum quispiam ei absinthium admiscuisset. Sed & Sacchar, ut uocant, quod ex India atque felici Arabia conuehitur, in calamis, ut aiunt, concreuit, & ipsum mellis est species, minus certe nostrate dulcius, sed ad similes ei vires obtinens, quod ad abstergendum, desiccandum, & digerendum attinet. Porro quatenus nec inimicum stomacho est ceu nostras, nec situm afferens, eatenus ab illo substantia differt.

Melissophyllum. Citrigo.

Melissophyllum marrubio simile est facultate, sed plurimum ab eo uincitur: quamobrem nec utitur eo quispiam. Superuacaneum siquidem foret praesente marrubio, cuius tantus est ubique terrarum proventus, uelle uti melissophyllo: ceterum si cui forte ad manum quandoque marrubium non fuerit, illo uti liceat, modo non exciderit quanto ab hoc exuperetur.

Mespilum.

Mespilum, alij tricocum nominant, quod tria intus in uniuersum gerat grana, quorum unum quodque arboris est semen, ceu ea quae in malis inueniuntur, ipsius mali: & nuclei, ipsius uitis: & ficus, minuta illa grana quas cenchramidas Graeci uocant. Arboris huius fructus admodum acerbus est, uixque edi possit, uentrem strenue coercens. Quin & in germinibus & folijs acerba haec qualitas non pauca reperitur.

Medion. Trifolium odoratum.

D Medij radicem contra atque semen ipsum temperatam esse contigit: nam illa quidem austera est, & fluxiones cohibet cum alias, tum uero etiam profluuium multum bre quod uocant. At semen tantum abest ut tale quid efficiat, ut etiam menses cieat, nimirum tenuium partium, & incidendi facultatis.

Mecon. Papauer.

Papauer alterum rhozas nuncupatum est, quod scilicet celeriter flos eius defluat. Alterum domesticum, quandoquidem colitur. Quin & altera duae sunt species syluestris papaueris: alterum uelut incidentem calicem sustinens, alterum longiora quam illud calicem obtinens, totum autem procerius ac squalidius. Ab hoc succus defluit: atque hinc est quod hanc speciem quidam rhoxada nominent. Porro omnium facultas refrigeratoria est. Ceterum satiuui semen, quod & thylacite cognominant, medioeriter somnum conciliat, uisu candidum: proinde panem ipsum inspergunt, ac melle maceratum edunt. At eius quod primo loco recensuimus, cuius florem celeriter decidere posuimus, ualidius semen refrigerat: itaque nequaquam eo quis innoxie solo uti possit, sicut satiuo siue domestico melli admiscens. Admodum uero si ita sumptum sit, somnum conciliat. Ceterum pusillum eius inspergunt ijs quae ex melle conficiuntur bellarijs, atque iurijs, panibusque. Porro tertio loco dicti semen atrum etiam medicamentosum est, admodum refrigerans. At quod quarto loco positum est, omnium est medicatissimum tum in semine, tum in caliculis, tum in folijs, tum in succo. Valide enim refrigerat, ad stuporem usque & mortem perducens. Sed medici, quod probe eo utantur, medicamentis miscentes, frigiditatis uehementiam retundunt. Est enim ex quarto & ultimo refrigerantium ordine. Porro quo pacto maxime ex methode componendis medicamentis agit, quae post hoc opus a nobis exponetur.

Mecon ceratit. Papauer cornutum.

Nominatum quidem sic est a semine leuicem inuersione habente, uelut & scenu graecum: ut bouis cornu esse uideatur simile. Vocatur porro a quibusdam paralijs, quandoquidem ut plurimum iuxta mare nascitur. Vini habet incidendi, & abstergendi. Itaque radix herbae in aqua decocta ad dimidium, hepaticos affectus adiuuat. Porro folia &

A lia & flores sordida admodum & contumacia ulcera iuuant: sed ea resicere oportet ulceribus iam purgatis. Adde enim abstergere ualent, ut & purae quoque carnis non nihil eliquent. Hoc uirium robore non sordem duntaxat, sed & crustam ulceribus detrahit.

Mecon Heracleia. Papauer Herculeum.

Vocatur uero & aphaodes, hoc est spumofum: eo quod totum candidum est & spumofum, exile. Semen habet pituitam expurgans.

Melea. Malus.

Malus non omnis eiusdem naturae est, uelut nec eiusdem fructus. Quippe quaedam mala dulcia sunt, quaedam austera, nonnulla acida, alia extreme exoluta & aequa: & sane in istis aqueum exuperat: ut temperies eorum sit tum humidior, tum frigidior: in acerbis autem terrenum frigidum. In austeris uero tum istud, tum aqueum frigidum, sicut in dulcibus aqueum temperatum. Sic quoque succi cortices, foliaque arborum inter sese dissident. Itaque si austeriora sint atque acidiora uulnera, illis glutinare possis, tum in phlegmonarum principio influxionem repercutere, ac stomachum uentremque exolutum, ac languidum roborare: at aquosioribus mediocres phlegmonas incipientes & gliscentes remittere. Sed haec iam ad curandi rationem attinent: proinde ea citius etiam relinquenda. Porro quod plurima pomis omnibus recrementitia frigidaque insit humiditas, uel hinc liqueat, quod eorum omnium nullus omnino succus durare, ac uetustatem ferre possit, uerum acescant corruptanturque uniuersi. Solus enim cydoniorum & struthorum (utpote quae propter uincementem adstrictionem minus ceteris sunt humida) succus coctus cum melle durare potest: tamen si ipse per se non ita durare queat.

Melea persice. Malus persica.

Haec uulgo nunc ab omnibus uocatur Persice tantum, illo uidelicet omisso Melea. Ipsa igitur arbor in germinibus & folijs uincementem habet amaram qualitatem: proinde folia eius trita & super umbilicum imposita lumbricos necant. Alioqui sane etiam digerens medicamentum est. Fructus eius, nempe esculentum hoc persicum, humidior est & frigidior temperie.

Melea armenice. Malus armenica.

Huius uetus nomen desicit. Vocatur enim omnes tum fructum tum arborem precocion. Fructus humidior frigidiorque est, utriusque secundo quodammodo excessu perperius.

Melea medice. Malus medica.

Huius fructus non amplius malum medicum, sed ab omnibus citrium nuncupari adsolet: in semine quidem uincementem habens qualitatem acidam & siccam, ut ipsum tertij sit ordinis resiccantium refrigerantiumque: in cortice uero itidem desiccantem temperiem est sortitus, non parum tamen habentem acrimoniae: proinde desiccantibus secundo excessu, non tamen frigidus est, sed aut temperatus, aut paulo infra. Porro caro eius pariter crassi succi est, & pituitosa frigidaque. Nam & ipsa editur sicut & cortex, semen omne edi ineptum est, tum humidum illud & acidum, de quo primum disserui, & nucleus qui in illo inuenitur, id quod reuera semen est. Hic amarus est, & digerendi uidelicet siccandi que facultate obtinens, secundo quodammodo ordine a temperatis recedens. Folia uero denique exiccandi ac digerendi uim obtinet.

Meum.

Huius radices perutiles sunt, calidae tertio ordine, siccae secundo: proinde uirum nam mensesque ciere uolentes hoc utuntur pharmaco. Sed si plusculum sumatur, capiti dolorem mouet, utpote quum plusculum sit calidum quam siccum: quippe quum humiditatem crudiusculam etiamnum & flatuosam caliditatem ad caput deferat, atque ita ipsum afficiat laedatque.

Milax trachea, hoc est aspera.

Milax trachea clauiculis plena est. Varietate nanque arboribus circunvoluitur sursum deorsum. Folia leuiter acra gustantibus sunt, & alioqui utentibus calida.

Milax lea, hoc est leuis.

C Milax lea quodammodo iam dictæ similes vires obtinet.

Morea. Morus.

Mori fructus maturus quidem uentrem subducit, immaturus uero ubi aruerit, admodum restringit. Itaque ad dysenterias accommodus est, & affectiones coeliacas, & quascunque alias fluentes: contunditur autem, ac opsonijs commiscetur, uelut rhoi fructus: aut si cui ita uideatur, ex aqua aut uino bibat. Porro quod maturorum succus ad stomatica medicamenta sit utilis, propter eam uidelicet quæ inest illi adstrictionem, neminem latet. Præterea ad alia complura particularia, quæ medicorem poscunt adstrictionem competit. At matura mora præter acerbiteriam & acritatem sortita sunt: & tota adeo arbor in omnibus suis partibus mistam aliquam uim obtinere uidetur ex restringente & purgante compositam. Attamen in radicis cortice purgatoria cum quadam amaritudine exuperat, adeo ut & latum lumbricum interficiat. In alijs autem partibus restringens uincit: in folijs tamen & gemminibus quodammodo media utrisque temperies est.

Myagros.

Myagri semen pingue est: nam si tundatur, oleosum quid effundit, quod emplastificam uim obtinet.

Fungus.

Fungus frigida humiditate admodum planta est: quamobrem etiam proxime ad deleteriam & enecantem facultatem accedit: & sanè inter eos sunt qui interficiant, potissimum qui ex natura mistam habent qualitatem putredinosam.

Myle.

Myles radix paruo bulbo similis est facultatis, contrahentis: nam cum farina arina, hoc est lolij, apertam uulnam sanare scribit Dioscorides.

Myosotis. Auricula muris.

D Myosotis, quidam uero myosota: desiccatur secundo ordine: cæterum nullam euidentem caliditatem possidet.

Myrice. Tamarix.

Myrice abstergentis est ac incidentis facultatis, absque perspicua desiccatione: habet uero etiam adstrictionem nonnullam. Has ob qualitates facultatesque admodum prodest leni indurato decocta cum aceto, aut uino, siue radice, siue folijs, siue extremis ramulis. Sanat porro dentium dolores. Cæterum fructus & cortex non pauca sortita sunt adstrictionem, adeo ut gallæ omphacitidi proxima sint, nisi quod acerbitas eius dens est in galla, sed myricæ fructui temperatura inest inæqualis: immista est enim naturæ eius multa partium tenuitas, atque uis abstergentis: quod sanè gallæ non accidit. Attamen ubi galla forte ad manum non erit, eo uti liceat ad omnia ad quæ illa uitimur: in eisdem & cortice. Porro myricæ combustæ cinis admodum desiccatorie facultatis est, plurimam habens abstergentis facultatem, paucillam adstringendi.

Myriophyllon.

Myriophyllon usque eo desiccatorie facultatis est, ut uulnera glutinet.

Myrrhis.

Myrrhis: quidam myrrhan nominant: radicem habet odoris iucundi, & dulcem, quæque menses moueat, tum ea quæ thoracem ac pulmonem degrauant, purgantem. Itaque ex secundo ordine fuerit excoalfacientium, adiuncta quadam partium tenuitate.

Myrrhine. Myrtus.

Myrtus: ex contrarijs substantijs hæc planta constat: uincit tamen in ea frigidum terrenum. Habet uero etiam tenue quiddam calidum. Itaque ualenter desiccatur. Porro tum folia, tum germina, tum fructus, tum succus, non parum inter se in adstrictione differunt. Porro quod ramis & trunco adnascitur tuberosum, quæ quidam myrtada nuncupant, quanto dictis siccius est, tanto & desiccatur & adstringit uehemētius. Quidam id tundentes reponunt, postea uino subigentes in pastillos format. Folia ite arida uiridibus

A dibus plus desiccant: miscetur enim uirentibus humiditas quædam. Porro succus non tantum ex uirentibus folijs exprimitur, sed & fructu. Restringendi uim hæc omnia habent tum foris imposita, tum intro sumpta in corpus, quod scilicet nondum ullam deleteriam aut purgatoriam substantiam habeant admistam.

Moly.

Hoc quidam uocant Peganon agrion, hoc est rutam syluestrem. Nonnulli Harmolan, Syri Besafan, sicut Cappadoces Moly, quia radicem habeat nigram, & florem lacteum: uis eius tenuium partium est, & calida tertio ordine: unde & crassos humores desiccatur ac digerit, & urinam mouet.

LIBRI SEPTIMI FINIS.

CLAVDII GALENI PERGAMENI

DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORVM

FACULTATIBUS LIB. VIII.

Theodorico Gerardo Gaudano interprete.



QUANTVM itaque reliquum est facultatis secundum naturam, id hoc libro dicitur: nec id quidem omne, sed tantum effectricium qualitatum actiones. Nam totius substantie plantarum opera postea per se exponam. Commonefactis itaque lectoribus de ijs quæ supra tractauimus, nempe quod cuiusque simplicis facultatis in maioris minorisque ratione discriminatione quatuor ordinibus notauimus, quodque per perspicuis limitibus cuiusque ordinis latitudinem circumscripsimus, tum quod inueniendarum facultatum ratione quandam ac uiam docuimus, horumque omnium demonstrationes confecimus, ac scopos posuimus, & cuiusque facultatis iudicandi normas tum peculiare, tum communes: sic iam reliqua adijciemus, hortantes, si quis sit qui in superioribus uersatus non sit, ut aut hæc omnino relinquat, aut si a mans laboris est, ab initio prius totum opus perlegat. Siquidem prius quam in illis exercitatus fuerit, obscura omnia & demonstrationis expertia uidebuntur dicenda.

Nardus stachys. Spica nardi.

NARDI spica excoalfacit excessu primo, desiccatur secundo iam completo. Composita est ex adstringente sufficienter substantia, & acri calida non multa, & quadam leuiter amara: ex his constans facultatibus radix & ad iecur, & ad stomachum rationabiliter conuenit tum pota, tum extrinsecus imposita. Urinam ciet, morbus stomachi sanat, in uentre ac intestinis consistentes fluxiones desiccatur, ad hæc & eas quæ in capite & thorace. Valentior est uocata Indica, nigriorque quam Syriaca.

Nardus Celtica, hoc est Gallica.

Nardus Gallica iam dictis similis quadantenus in genere facultatis est, cæterum ad omnia imbecillior, præterquam ad prouocandam urinam. Siquidem calidior illis est, sed minus adstringit.

Nardus orea, hoc est montana.

Nardus montana, quæ & thylacitis, & pyrius nuncupatur, plurima in Cilicia nascitur, sed prædictis debilior.

Narthex. Ferula.

Ferulæ semen excoalfacit & attenuat. Cæterum id quod intus inest, quod medullam uocant, adstringentem qualitatem participat, cuius nomine sanguinem spuentibus & coeliacis conuenit.

Napy.

Napy calfacit & desiccatur ordine quarto.

Narcissus.

Narcissi radix usqueadeo exiccandi facultate pollet, ut & maxima ulcera conglutinet uel ad incisiones usq; quæ circa tendones accidunt. Habet uero quiddam absterforium & attractorium.

Neuras. Poterium.

Neuras, quidam Poterium uocant: desiccandi absq; morfu facultatem possidet, adeo ut & nervos incisos glutinare credatur. Radices eius potissimū eiusmodi uim obtinent: quin & decoctum earum quidam exhibent ijs quibus affecti sunt nerui.

Nerium, aut Rhododaphne.

Nerium, aut Rhododaphne, notus omnibus frutex: foris quidem illitus digerendi uim obtinet. Porro si intrò in corpus assumatur, perniciosus ac uenenosus non tantum hominibus, sed plerisq; etiam pecudibus est.

Nymphaea.

Nymphaea tum radix, tum semen desiccandi uim habet citra morsum. Itaq; uentris profluuiâ cohibet: semenq; siue per insomniâ, siue alio pacto immodice profluens retinet. Iuuat porro etiam dysentericos. Cæterum nymphaea quæ candidam habet radicem, potentioris est facultatis, ut & muliebri medeatur profluuiò. Verum & hæc, & ea quoque quæ atram habet radicem, ex uino nigro austero bibitur. Porro nonnullam habent quoq; & abstergendi potentiam. Itaq; & alphas sanant, & alopecias. Cæterum ad alphas macerantur aqua, ad alopecias pice liquida. Sed ad hæc aptior est ea cuius radix nigra est, sicut ad alia, cuius alba.

Xanthium.

Xanthium uocatur etiam phasganium. Semen digerendi uim obtinet.

Xyris.

Xyris: quidam xyrida: tenuium partium, attractoriæ, digerendi, ac nimirū etiam desiccandi est facultatis cum radix, tum multò etiam amplius fructus, qui quidem & urinam ciet, & lienes induratos sanare potest.

Xiphion. Gladiolus.

Xiphij radix, & maximè altera illa quæ superior est, attractentem, digerentem, & desiccantem scilicet etiam facultatem possidet.

Oë. Sorbus.

Oë arbor, cuius fructus Græcè *oë* uocantur, & à plerisq; *oëa*, hoc est sorba nominantur, adstringentem obtinet qualitatem, sed multò imbecilliorè quàm mespilus: proinde sanè etiam csi iucunda est, minusq; quàm mespilus uentrem constringens.

Oenos. Vinum.

Vinū ex secundo est ordine excalfacientiu: sed quod admodū uetus est, ex tertio: sicut mustum quod uocāt, ex primo. Caliditati eius proportionè responder siccatas.

Olynti. Grossi.

Grossi acrem uim possident propter succū totius arboris communem qui illis inest. Cocti itaq; duros tumores discutunt, crudi uero myrmecias & thymos eijciunt.

Olostium.

Olostium desiccandi uim habet cum adstrictione: quamobrem ipsum ad rupta potui exhibent.

Olyra.

Olyra mediâ tritici & hordei naturam possidet, tam ut nutrimentum, quàm ut medicamentum. Ex illis igitur de istis colligito.

Onagron.

Onaeron aut onathera, aut onathyris: huius radix arefacta uinosum quiddam redolet. Sed & facultatis uini est maximè.

Onosma.

Onosma, uel osmas, uel phlonitis, uel ononis, ex acri & amara constat substantia: proinde quoq; creditur foetus necare & eijcere, folijs eius in uino potis.

Onobrychis.

Onobrychis.

Onobrychis rarefaciendi digerendiq; uim obtinet: proinde folia eius uirentis etiamnum, illita ad morem cataplasmatum, phymata digerunt: arefacta uero si cum uino bibantur, strangurias sanant. Quinetiam sudores elicit cum oleo inuncta.

Ononis.

Ononis radicem habet tertio quadantenus ordine excalfacientē. Radix eius maximè est utilis, habens quippiam & absterforium & incisoriu. Itaq; non tantū urinas prouocat, sed & lapides confringit. Eadem facultate & crustas detrahit. Vtunt porro ea quoq; & ad dentiū dolores: collui uidelicet eam in oxycrato coctâ præcipientes.

Oxos. Acetum.

Acetum in primo horum commentariorum mistæ esse substantiæ, nempe frigide paniter & calidæ, eiusq; utriusque tenuium partium, demonstratum est. Cæterum calidam frigida exuperat. Porro magnam desiccandi facultatem obtinet, adeo ut sit tertij ordinis desiccantium iam completi, utique quum ualidum extiterit.

Oxyacanthos.

Oxyacanthos. Hæc arbor ut piro syluestri similem habet speciem, ita & uires nō dissimiles: quin & ipsi fructus: piri quidem syluestris, prorsum atq; absolute amarus est: cæterum oxyacanthos & tenuium est partium, & paulum quiddam incisuum obtinet. Porro arboris huius fructus, piri syluestris fructui similis non est, uerum myrtus, scilicet rubens & rarus. Habet uero & nucleos. Porro non efus tantum, sed & bibitus affectus omnes fluxionum, quos *ῥοῦδεις* Græci uocant, cohibet.

Opus, siue succus.

Opus, siue succus cyrenaicus quidem omnes & caliditate & tenuitate exuperat, ac proinde etiam omnium maximè per halitum digerit: quanquā sanè & reliqui admodum calidi sunt & spirituosi: siquidem plurima eorum pars essentiæ aeriæ est & ignea. Porro complures habentur succi. Quauis nanq; radice incisa aut caule, quod ex uulnere crassum ac lentum effluit, succus est: cæterum specialius, & uelut per excellentiam quandam Cyrenaicum ita nuncupant, & Medicum, & Syriacum.

Origanus.

Organus, heracleotica quidem efficacior est onitide: sed agrestis, quam quidam Panaces heraclium, alij Conylen cognominat, ualentior utraq; est. Omnes uero incidendi, extenuandi, calfaciendiq; facultatē possident: hæcq; tertio excessu obtinent. Porro ea quam Tragoriganū appellitant, assumpsit etiam adstrictionis quippiam.

Orobos. Erum.

Orobos desiccatur quidem excessu secundo intenso, calfacit uero primo. Porro quatenus amaritatis est particeps, eatenus incidit, extergit, atque obstructions expedit. Cæterum si sumatur copiose, sanguinem per urinas euocat.

Orobanche. Eruangina.

Orobanche sicca frigidaq; temperaturæ est in primo ordine.

Oryza.

Oryza habet adstrictorium quippiam: quare mediocriter uentrem sistit.

Orchis. Testiculus canis.

Orchis: nuncupatur & herba hæc Cynos orchis. Radici eius bulbosæ ac geminæ uis inest humida & calida: ac gustantibus dulciuscula est. Cæterum maior radix multam uidetur habere humiditatē excrementitiâ, & flatuosam: quapropter epota uentrem excitat. Altera uero, minor uidelicet, econtra: nimirū admodum elaborata: ut sit eius temperamentū ad calidius & siccus uergens. Itaq; hæc radix tantū abest ut ad coitū stimulet, ut etiâ planè cōtrâ cohibeat ac reprimat. Eduntur bulborū more tostæ.

Orchis. Serapias.

Orchis, quem & Serapiada nuncupant, sicciorem facultatem obtinet quàm ut primi ordinis haberi mereatur: quocirca nec perinde ad uenerem accommodus est.

C Oedemata illitus discutit. Ulcera sordida expurgat, herpes sanat. Siccatus multo amplius desiccatur. Nam & putrescentia contumaciaque ulcera sanitati restituit: quippe quum & subadstringens sit: ac proinde etiam ventrem ex uino potus sistit.

Ostris.

Ostridi herba, ex qua fiunt & cacoremata, amara inest qualitas, & obstructions expediendi facultas. Quare & in iocinore consistentes adiuuat obstructions.

Pancration.

P Anacratium. Radix huius scillae simile gustum refert ac uires. Quare ea quidam pro scilla, si ea non adsit, utuntur: efficit enim omnia in genere quidem similiter, sed longe imbecillius.

Paliurus.

Paliuri folia & radix adeo non obscura habent adstringendi facultatem, ut & uentrem fluentem cohibeant: adeoque digerunt, ut & phymata curant, quae quidem non admodum phlegmonode sunt & calida. Fructus porro tantam obtinet incidendi uim, ut & calculos uesicae comminuat, & pectoris pulmonisque excretionibus auxiliatur.

Papyrus.

Papyrus ipsa quidem per se in usum medicinale haud ingreditur. At macerata aut uisita utilis efficitur. Igitur oxycrato uinoue macerata recentia ulcera glutinat, maxime in circulum circumposita: Verum hic quidem est ceu materia quae medicamina fanantia accipiat: at ubi uisita fuerit, medicamen est exiccatorium, uelut & chartae com bustae cinis, nisi quatenus infirmior est quam papyri.

Panax Heraclium.

D Panaces Heraclium. Ex hoc fit uocatus opopanax, radicibus eius & caulibus sed licet excisis. Porro opopanax ipse longe est ad plurimos usus apertissimus, utpote ex calfaciens, emolliens & digerens: ponatur ipsum quispiam in calfaciendo tertij ordinis, in desiccando uero secundij. Cortex radicis exiccatorium simul & excalfacitorium est medicamentum: sed minus quam succus. Quin & nonnullam habet abstergendi facultatem. Quare eo quoque utimur & ad nuda ossa, & ad ulcera maligna & contumacia. Sufficiens enim talia carnem procreant, scilicet abstergendo simul ac desiccando, nec ita magnopere calfaciendo: quae omnia ad carnem generandam necessaria sunt: uelut in libris de curandi ratione ostendimus. Fructus calidus & ipse est, ac mensibus mouendis medicamen accommodum. Caeterum nescio quo pacto nunc omnes ex more non panaces, sed panacea herbam hanc uocent.

Panaces Asclepeum.

Panaces Asclepeum minus est calidum supra dicto panace: quamobrem floribus eius & semine melli mistis, ad ulcera phymata & phagedanas utuntur.

Panax Cheronium.

Panaces Cheronium & ipsum similem praedicto facultatem possidet.

Paronychia.

Paronychia ab effectu nominata est: sanat enim paronychias, & ut refert Dioscorides, fauos quoque. Vis eius est tenuium partium, & exiccatoria, morsu uacans. Talia enim sunt oportet quae paronychias sanant. Porro satis constat tale esse idoneum ad digerendos affectus omnes qui digeri postulant. Talia enim sunt quae quum ex tertio sint ordine excalfacientium & desiccantium, uelut & hoc, essentiae insuper subulis sunt.

Pentaphyllum.

Pentaphylli radix desiccatur uehementer, minimum uero acris est: quare multo est usui: uelut alia quoque omnia quae quum sint tenuium partium, citra morsum desiccant. Est enim haec radix desiccatoria ex tertio ordine, minimum habens euidens caliditatis.

Peplos.

Peplos: quidam uero mecona aphrode: & hic frutex succum habet similem tithymalli, cum in alijs, tum quia purgat ceu illi.

Peplium.

Peplium.

A Peplium: & hic quoque fruticulus succum obtinet sicut tithymalli: nasciturque plerumque ad mare, radicem habens superuacua, ut & peplos: succum uero ualidum, non tamen admodum utile: sed semel utile est & flatuosum, similiter semini pepli purgans.

Peperi. Piper.

Piperis radix uires costo similes pouillimum obtinet. Porro fructus nuper quidem admodum germinantis, longum piper est: quare etiam maturo humidius est: humiditatis eius indicium est, quod facile repositum perforatur, ac non protinus mordicet, sed post paulum incipiat, uerum plusculum duret. Porro fructus qui uelut omphax est, piper album est: nigro quidem acrius. Nam illud iam quasi superassatum est, & superexiccatum. Verum utrumque ualenter tum excalfacit, tum desiccatur.

Persea.

Persea folia adstringentem uim modice participant, adeo ut queant etiam nonnunquam utiliter sanguinis eruptione affectis partibus imponi.

Periclymenos. Volucrum manus.

Periclymeni utilis est tum fructus, tum folia, adeo uehementer incidentis pariter & excalfacientis facultatis, ut si plusculum bibantur, urinam sanguinolentam efficiant: principio quidem urinam duntaxat mouentia: porro foris cum oleo illita excalfaciunt. Iuuant & lienosos difficulter spirantes. Competens potionis mensura est drachmae unius cum uino. Porro desiccatur quoque semen: & quidam aiunt, si copiosus bibatur, sterilitatem bibentibus afferre. Sed & sunt qui certum dierum numerum ad talem potionem praefiniunt, ut Dioscorides, qui septem & triginta eos tradi refert. Hic etiam urinam cruentam reddi a sexto die memorat.

Peristereon.

B Peristereon. Appellata est inde adeo, quod in ea peristera, hoc est columbae uersentur. Vim habet haec desiccantem, ut uulnera conglutinet.

Petalites.

Petalites ex tertio est ordine desiccantium. Quamobrem ad cacoethe & phagedanica ulcera eam adhibent.

Petroselinum.

Petroselini semen maxime usui est, quum tota etiam herba una cum radice simile sed imbecilliore facultate sortitur. Est autem ut gustu acre cum amaritudine, sic & in operibus calidum, una cum incidendi effectu. Hinc menses & urinas affatim prouocat. Est & aphyson, hoc est, flatus extinguit. Fuerit itaque & ipsum tertij ordinis tum excalfacientium, tum desiccantium. Porro Cilices, id modo petroselinon appellant, quod natum est in Amano. Sed id smyrnium potius fuerit, quam petroselinum. Non tamen ita multum a petroselini uiribus abest.

Peucedanum.

Peucedani radice quidem maxime, sed tamen etiam succo & liquore utimur. Sunt autem omnia haec eiusdem specie facultatis: sed ualentior succus, admodum excalfacientis & digerens: quare affectibus omnibus circa neruos consistentibus conuenire creditur, tum morbis in pulmone thoraceque ex crassitudine & uiscositate humorum prouenientibus. Atque in toto quidem in corpus sumpta, sed tamen etiam olfactu prouocant. Porro quod incidat & extenuet, saepe etiam dentium perforatorum dolores cauitati impositus protinus sedauit: quia uidelicet tenuium est partium, & excalfacientius. Quinetiam lienes induratos iuuat, nempe incidendo, digerendo atque extenuando crassos humores, sed & radice ad haec ut liceat, quae & squamas celerrime ab ossibus detrahunt, quia uidelicet ualide desiccatur, minus tamen quam succus excalfacientis. Et ulceribus contumacibus remedium est optimum arida illita: ipsa enim expurgat, carnem inducit, & ad cicatricem perducit, excalfaciens quidem ordine secundo iam completo, desiccans uero tertio iam incipiente.

Peganon. Ruta.

C Ruta agrestis ex quarto est ordine excalfacientium: domestica uero ex tertio. Est autem non solum gustu acris, sed & amaro. Ex quo sane etiam digerere atque incidere crassos lentosque humores potest. Ob eandem uim & urinas mouet. Quin & tenuitum est partium, flatusque extinguit. Quare ad inflationes competit, ac ueneris appetitum cohibet: digeritque atque exiccat sane strenue: est enim eorum ex numero medicamentorum quae ualenter desiccant. Porro quod superius moly & befanum nomina diximus, & ipsum utique fuerit ruta syluestris.

Pissa. Pix.

Pix sicca quidem desiccet & excalfacit secundo a mediocribus siue symmetris excessu: ac plus desiccare potest quam excalfacere. Humida uero e contra, plus uidelicet calfacit quam desiccet: habetque nonnullam partium tenuitatem: quo & asthmaticos & purulentos adiuuat. Satis est autem cyathi linxisse mensuram mellis mistae. Sed & abstergendi quandam uim habent, atque concoquendi digerendique: ueluti & in gustu leuem amaritatem & acrimoniam. Sic leprosos ungues eximunt mistae cum cera: lichenasque detergunt: concoquunt item duros & crudos tumores omnes cataplasmatibus inditae. Ad ea omnia humida ualentiore est. Arida uero pix tamen ad haec quidem deterior est. glutinandis tamen uulneribus magis congruit. Ex his itaque clarum est, humidae picis calidam humiditatem affatim esse admistam.

Pisselaeum.

Pisselaeum ex humida pice efficitur, genere quidem illi simile, sed essentiae tenuioris.

Pistacium.

Pistacium. In Syria ubertim haec planta nascitur. Fructus eius quodammodo tenuioris essentiae est, subamarum quid & odoratum habens: obstructiones itaque liberat, sed maxime iecoris, ueruntamen etiam thoracis, pulmonisque.

Pityides.

D Pityides: nominat ita fructus pityon, hoc est picearum. At quidam per abusum similiter quoque pini fructum nuncupant. Mistam uim obtinent, utpote adstringentes, & acrimoniam quandam cum amaritate possidentes: quamobrem thoracis pulmonisque exspuitionibus conferunt.

Picea.

Piceae cortex uicentem habet facultatem adstrictoriam, usque adeo ut & intertrigines bellissime sanet, & uentre porus sistat: sed & ambusta cicatrice includit. Porro redae cortex illi adsimilis est, sed uiribus tamen moderatioribus. In folijs arboris utriusque, ut quae multo sunt cortice humidiora, uis inest ulcerum glutinatoria. In cono, quamquam his similis sit, ualidior tamen facultas est tum in cortice, tum in folijs, adeo ut dictorum nihil probe efficere queat, uerum molestam quamquam habeat mordacitatem. Porro fuligo quae ex dictis colligitur, ad pilos superciliorum accommodata est, itemque ad angulos oculorum erosos, lippientes, ac lachrymantes.

Pityusa.

Pityusa: & hanc quidam speciem putant esse tithymalli, quod succum habeat ut illae, quodque similiter illis purget: caeteraque omnia uiribus illis est adsimilis.

Platanus.

Platanus humidioris frigidiorisque essentiae est non ita multo quam symmetra. Proinde folia uiridia trita & illita, non obscure phlegmonas nascentes adiuuant. Cortex autem & pilulae magis desiccantem uim obtinent, ut ille quidem in aceto coctus ad dentium adhibeatur dolores, pilulae uero cum adipe ad ulcera ambusta. Sunt autem qui cortice combusto medicamen desiccatorium & abstergitorium efficiunt, ut cum aqua lepras sanet: per sese autem illitum, ob humorem nimium, uetera & sordida. Vitandus est puluis folijs arboris insidens: alioqui si spiritu atrahatur, arteria offendit, ualenter desiccans & exasperans: uocemque laedit, sicut sane etiam uisum & auditum, si in oculos aut aures incidit.

Polygonon.

Polygonon. Seminalis.

A Polygonon uti adstrictionem quandam obrinet, ita sane uincit in eo aqueum frigidum: ut uidelicet secundi sit ordinis medicamentum refrigerantiu, aut etiam quodammodo in initio tertij: proinde sane quibus stomachus aestu feruet, foris frigidum illitum prodest, uelut etiam erysipelata & calidas phlegmonas iuuat. Porro tale quum sit, & fluxiones repercutit, & hac ratione uidetur esse exiccatori. Quare cum herpetum, tum ulcerum, tum aliorum bonum est remedium, tum etiam efficacissimum in inflammationis partibus. Est & cruentorum uulnerum glutinatorium. Sed & aurium ulceribus prodest. Ac si uel plurimum insit puris, hoc tamen etiam desiccet. Eisdem ob facultates sistit profluuium muliebre, ac dysenteriam, & sanguinis eiectiones, & undecumque aliunde immoderatus quippiam feratur. Refert Dioscorides, quod & urinam prouocet exhibitum stillicidio & stranguria affectis: non tamen exacte dispositionem discriminat, in qua ipsum dari expediat. Porro mas ad omnia dicta quam foemina ualidioris est effectus.

Polygalon.

Polygalon modice austera folia obtinet: uidentur autem si bibantur lac generare. Itaque superauerit in eo calidum ac humidum.

Polygonatum.

Polygonatum mistam habet tum facultatem, tum qualitatem: habet enim adstrictionis pariter & acrimoniam quippiam, nec non fastidiosam quandam amaritatem explicatu difficilem. Quocirca nec admodum est usui, sed tantum quod radicem eius quidam uulneribus illinunt. Sunt etiam qui nauos in facie illo detergant.

Polemonium.

B Polemonium, quidam philetarium, quidam (uelut Cappadoces) chiliodynastion: tenuium partium est, & desiccandi uim obtinet: quamobrem quidam radicem eius cum uino ad ischiadicis, dysenteriam, lienemque induratum potui exhibent.

Polium.

Polium amarum est gustantibus, & modice acre: obstructione itaque liberat uiscera omnia, urinamque & menses ciet: ac uiride etiamnum magna uulnera glutinat, & maxime species eius fruticosa: aridum quum fuerit, rebellia ulcera sanat illitum: & magis hoc praestat quod minus est.

Polium minus.

Polium minus, quo etiam utimur ad antidotos: nam & acrius & amarius est hoc quam maius, adeo ut ex tertio sit ordine desiccantium, ex secundo autem completo excalfacientium.

Polycnemon.

Polycnemon desiccet & excalfacit secundo excessu. Itaque & ipsum ulcera glutinat.

Potamogeton.

Potamogeton adstringit & refrigerat similiter polygono: sed essentia eius crassior quam polygones est.

Polypodium.

Polypodium dulcem simul & austeram habet uicentem qualitatem: ut facultas sit admodum quidem desiccantis, citra morsum tamen.

Prasium. Marrubium.

Prasium sicut gustu amarum est, ita si quis utatur, conuenientem huic saporis actionem possidet, iecur ac lienem obstructione liberans, & thoracem pulmonemque expurgans, ac menses promouens. Sed & illitum detergit ac digerit: ponatque ipsum quilibet in caliditate quidem secundi ordinis iam completi, in siccitate tertij medijs aut completi. Succo eius ad aciei oculorum claritatem utuntur cum melle. Quinetiam & per nares aurium purgat, & ad aurium dolores inueteratos adhibet, utique in quibus obstructionem distijcere, meatumque ipsum & ramos meningum seu membranarum expurgare est usus.

Propolis.

Propolis extergentis non ita ualentis est facultatis, ceterum admodum ualenter attrahentis: est enim essentia tenui; porro exalfacit ordine secundo completo, aut certe tertio incipiente.

Parmice.

Parmices flores quidem ciendæ sternutationis uim obtinēt; unde & herbæ [nomen obuenit. Sugillata] & reliquas ecchymoses digerit: est enim temperies eius calida & sicca, uiridis etiamnum ordine secundo, siccatæ tertio.

Ptelea. Ulmus.

Ulmī folijs quandoq; recens uulnus glutinauimus, cōfidentes adstringentē partem & abstergentē inesse illis facultatē. Cortex amplius etiam subamarus est & adstrictorius. Itaq; cum aceto & leprā sanat. Porro uiridis etiamnū ac recens si uulneribus uinculi uice circumligetur, ea glutinare potest. Radices eandē uim obtinent; nam & decocto carū quidā perfundūt fracturas, quæ topico siue callo inducto opus habent.

Pteris. Filix. Thelypteris.

Filix radicem habet maximē utilem; latum enim lumbricum interficit, si quis eam quatuor drachmīs in melicrato ebeat. Ad eundem modum partū uiuum quidem necare, mortuum autem eijcere mirum non est. Est enim amara, paulum habens adstringentis. Quamobrem ulceribus imposita uim habet ualenter desiccandi: non tamen mordax est. Similem ei uim habet Thelypteris nominata.

Pycnocomum.

Pycnocomi radix, fructus, folia, omnia digerendi attrahendiq; habēt facultatem, utpote quæ & gustu sunt acria: folia itaq; phymata & furunculos discutunt: fructus ualentior est, & hæc quidem efficere potest mistus alicui digerentium cataplasmati, cuiusmodi est quod ex hordeacea farina conficitur: palos & alia id genus infixæ ad extimam cutem elicit. Porro radix ad supradicta quidem deterior est & infirmior, ceterum bilem flauam expurgat.

Pyrethron.

Pyrethri radice potissime utimur causticam urentem ue facultatem obtinēte, qua utique etiam dentes refrigeratos mitigat: & ad rigores ante periodum cum oleo confricatur. Ad hæc stupidos quoq; quos *vapores* uocant, & resolutos adiuuat.

Pyros. Triticum.

Triticum ut alimentum quidem quam habeat naturam, nō est huius instituti exponere, ut medicamentum uero foris impositum primi est ordinis exalfacientium: non tamen nec resiccare, nec refrigerare manifestō potest: habet uero etiā quiddam lentoris, obstruentisq; naturæ. Porro quod ex eo conficitur amyllum, eo tum frigidius est, tum siccius. Quod uero ex pane sit cataplasma, uim habet magis digerentem quam quod ex tritico: nimirum quū & salem, & fermentum panis adiuncta habeat: quippe quū fermentum uim habeat attrahendī digerendiq; ea quæ in alto resident.

Rhamnus.

Rhamnus desiccatur & digerit excessu secundo, refrigerat in primo completo, aut secundo incipiente: proinde herpes sanat, & erysipelata non magno pere calida. Ceterum ad hæc teneris utendum est folijs.

Rhaphanis. Radicula.

Raphanis exalfacit quidem excessu tertio, desiccatur uero secundo: agrestis autē in utroq; efficacior est. Quin & semen ipsum planta efficacius est. Facultas ei inest digerendi. Itaq; ad sugillata, & alia id genus liuida ob talē facultatē accommodata existūt.

Rheum. Rha.

Rheum: quidam id Rha nuncupant: mistam habet tum temperaturam, tum facultatem: habet enim quiddam terrestre frigidum, ceu indicio est adstrictio: & adiuncta est quædam caliditas: siquidem si plusculū mandatur, subacre cōspicitur. Quinetiam

etiam acriæ cuiusdā substantiæ subtilis est particeps: quod indicat tum laxitas, tum leuitas: uerum & opera: ob id enim non tantum conuulsis, sed & ruptis, & orthopneæ prodest. Sic quoque liuentia & lichenas sanat illitum cum aceto. Porro quod adstrictionis opera haud instrenua sunt, hinc discere liceat, quod sanguinem expuentibus, cœliacis, & dysentericis conferat: nec enim reluctatur terrestri frigido tenuæ acrium: imo eo quod deducat, & in altū perducat, ualentioris effectus causa existit.

Rhetina. Resina.

Resinæ omnes desiccant & exalfaciunt. Ceterum inter se discrepant, quod plus ac minus habeant in gustu quidem acrimoniæ, in facultate uero caliditatis: tū quod alia plus, alia minus sortitæ sunt partū tenuitatis: præterea quod nonnullæ adstrictio nis sunt participes, alię nequaquā. Primas meruit omnium non iniuria lentiscina. Eam uocant mastichen. Nam præterquā quod pauca ei adest adstrictio, adeo ut stomachi uentrisq; & iccoris imbecillitatibus, & phlegmonis conueniat, insuper illi inest mordacitate uacans desiccatio. Minimum enim acris est, & maxime tenuium partium. Inter alias præfertur terebinthina, manifestam quidem, non tamen similiter atq; mastiche adstrictionem possidens: ceterum adiunctam habet amaritudinem quamdam, per quam magis etiam quam mastiche digerit. Ob eandem qualitatem inest & absterfio, tanta quidem, ut & psoras sanat. Quinetiam quæ in profundo resident, ceteris resinis magis attrahit, nimirum quū illis maiorem habeat partium tenuitatem. Attamen pinea, & hac etiam magis strobilina, acriores quidem ea sunt, sed non magis tamen digerunt neque attrahunt. Mediæ inter has sunt picea & abietina, terebinthina quidem acriorcs, minus tamen quam aut pinea, aut strobilina. Habet porro etiam emolliens quiddam terebinthina. Secundum locum habet in emolliendo lentiscina, sicut & cyparissina acrimoniæ.

Rhodos. Rosa.

Rosarum uis atq; facultas superioribus libris pluribus uerbis exposita est, nempe quod ex aquea substantia calida mista duabus alijs qualitibus, adstringenti uidelicet & amara, composita sit. Quinetiam cuius sit naturæ utraq; amara scilicet & adstringens, in horum commentariorum quarto declarauimus. Flos earū magis etiam ipsius rosæ adstringit, ac proinde sanē etiam exiccatorius est.

Rhodia rhiza. Radix Rhodia.

Rhodia radix, ea uidelicet quæ in Macedonia nascitur, tenuium partium, & digerentis est facultatis. In calfaciendo uero secundi ordinis censenda est, aut certe tertij incipientis.

Rhododaphne.

Rhododaphne tota sua essentia uenenū est, nec tantū homini, sed plerisq; pecoribus. At temperie sanē tertij est ordinis exalfacientium, incipientis utiq; primi autem desiccantium.

Rhœa. Mālum granatum, siue punicum.

Mālum granatum omne adstringentem qualitatem obtinet, non tamen in omnibus ea exuperat. Sunt enim inter ea quædam acida, quædam plus dulcia quam austera. Et sanē quæ ab unoquoq; eorum procedit utilitas, secundum uincem eueniat qualitatem necesse est. Dictum autem in quarto horum commentariorum est super dulci sapore, austero, & acido. Itaq; ex illis de mālorum punicorum differentia liceat colligere. Porro succi ipsius acini tum adstringentiores, tum exiccantiores sunt: his etiam magis putamina uocantur autem Sidia. Ad similem illis uim habent Cytiani: sic enim eorum appellantur flores.

Rhus.

Rhus fruticosa planta adstringit, desiccatur. Nam & coriarij ad desiccandum & adstringendum planta utuntur: ac proinde *Bypode-Luxi* Græce, Latine *Excoriaria* appellata est. Porro medicis in usu sunt in primis fructus eius & succus multum austere qualitatis. Consentaneus est usus particularis ipsi gustus sensui. Fuerit itaque & hoc medicamen ex tertio ordine exiccantium, ex secundo uero refrigerantium.

Rhypos. Sordes.

Sordes in gymnasiolorum statuis, in quibus largum oleum inhæret, digerendi emolliendiq; uim obtinet. In palaestris autem, quantum accepit pulueris, tantum etiam diuersa est. Hanc sordem πῆμυ Græci uocant: prior cruda phymata digerit, secunda optimum est phlegmones mamillarum remedium. Siquidem feruorem earum ueluti igneum extinguit, & quod affluit repellit: denique & quod continetur, halitu digerit. Constat enim ex puluere, oleo, sorde humana, & sudore. Ac puluis quidem emplastice uim habet, & refrigeratorem, repercussoriamq;: oleum uero emollit: porro sudor & sordes digerentia sunt. Cæterum quæ à statuis corraditur quæ puluerem non habeat, & ab ære æruginē quandam sumpserit, non iniuria acrior est: porro huius mentionem modò fecimus, quod maxima sui parte ex planta originem fortitur. Sed & ubi de ijs quæ ab animalibus proueniunt uerba faciemus, eius tum quoque meminisse necesse erit propter sudorem.

Sagapenum.



Agapenum liquor est calidus, & tenuis partium, sicut & alij liquores. Sed & absterfionem quandam possidet, qua oculorum cicatrices expurgat atq; extenuat. Quin & suffusionibus & hebetudinibus oculorū, quæ ob humorum proueniunt crassitiem, non malum est medicamentum. At ipsa planta ex qua prouenit, ferulæ assimilis, imbecilla & inutilis est. Sanè ipsa primū sagapenum appellatur. At liquor eius abusiue hoc nomen obtinet, ceu alia quoque multa ex nominis defectu per abusum nuncupamus. Perfectius nanq; foret ipsum cognominare non sagapenum, sed sagapeni succum.

Sampsychon. Meurana.

Sampsychon tenuium partium, & digerentis est facultatis: desiccatur enim & excalfacit ordine tertio.

Saprotes ξύλων. Caries lignorum.

Caries lignorum, & maxime quæ particeps est adstrictionis simul & absterfionis, uelut ulmus, expurgat impletq; ulcera humida.

Sarcocolla.

Sarcocolla lachryma est arboris persicæ: mista uim habet ex emplastice quadam substantia, & pauca amara: itaq; citra morsum desiccatur, ac proinde glutinare ulcera ualeat.

Satyrium. Triphyllon.

Satyrium aut triphyllum humidum & calidum temperatura est: quamobrem gustu quoq; apparet dulce. Attamen recrementitiam & flatuosam humiditatē possidet. Quocirca ad uenerem incitat. Hæc uero & herbæ ipsius radix præstare potest. Porro ut quidam aiunt, ex uino nigro austero potum sanat opisthotonon.

Selinon. Apium.

Selinum usqueadeo calidum est, ut & urinas & menses cieat: flatus quoq; discutit, & magis semen quam herba ipsa, sed & oreoselini & hipposelini similis uis est: uetum hipposelinon imbecillius est, oreoselinum ualentius.

Seris. Cichorium.

Seris holus est subamarum, & magis quod agreste est, quod ob id ipsum picrida, hoc est amarā quidam nuncupant, quidam uero cichoriū appellant. Est autē ea sicca, frigidaq; temperatura, utriq; secundo excessu: porro domestica magis etiam q; agrestis refrigerat. Sed & humiditatis multæ admistio siccitatem extinguit: uerum utraq; adstringentis qualitatē est particeps, uelut & chondrilæ: nā & ipsa est sereos species.

Seriphum.

Seriphum: dictum sanè de hoc est & in sexto libro in sermone de absinthio. Est enim absinthio tum specie, tum gustu simile: attamen discrepat, gustu quidem, quandoquidem non æquē ut illud adstringat, plusq; excalfaciat, amaritatemq; quam cum cum salfedine respiciat, tum quod stomacho infestū sit, magisq; absinthio lumbricos necet,

necet, siue foris impositū, siue intrò in corpus assumptum. Et sanè calfacere ipsum in secundo ordine intenso censendum est, excicare in tertio.

Seseli.

Seseli, & radix quidem, sed & fructus usqueadeo excalfacit, ut admodū urinā mouere queat. Sed & tenuium est partium, ut & comitali morbo & orthopnoeis cōpetat.

Sesamon.

Sesamon non parum in se continet uiscosum & pingue: quare emplastice est & emolliens, ac modice calidum. Eiusdem facultatis est quod ex eo conficitur oleum: & herbæ quoq; decoctum similem uim obtinet.

Sesamoides.

Sesamoides magnum, quod & anticyricos helleboros appellatum est, propterea uidelicet quia semen eius ut helleborus expurgat: hoc & reliqua facultate helleboro simile est. Nam & in abstergendo, excalfaciendo, desiccandoq; simile illi uim obtinet.

Sesamoides album.

Sesamoidis albi semen nonnullam item amarā qualitatem continet: sed multum amarum est: excalfacit itaq; rumpit, & extergit.

Sideritis.

Sideritis habet quidem etiam abstergendi quandam facultatem, sed plurima eius pars humida est, & mediocriter frigida: pauca uero inest adstrictio: quare phlegmonem sedat, & glutinat. Quidam etiam uocant Achilleon Sideritū, quæ propositæ quidem, quod ad iam dicta attinet, uiribus est non dissimilibus, cæterum adstrictione exuperat: quare ad sanguinis eruptiones, dyenterias, & muliebri profluuium congruit.

Sicyos. Cucumis.

Cucumis esculentus, pepōn quidem, hoc est maturus, tenuioris essentia est: qui imaturus est, crassioris. Sed & abstergendi & incidendi facultas eis inest: quare & urinam mouent, & corpus splendidum reddunt, ac magis quoque si quis semine arefacto contusoq; atq; cribrato uice pulueris absterfionij, siue συμματος utatur. Superat in eis humida frigidaq; temperies, non tamen magnopere, sed quasi in secundo censetur ordine. Attamen si quis aut semen, aut radicem arefaciat, haud etiam humidatē fuerit naturæ, sed iam desiccantis, idq; in primo quodammodo ordine, aut etiam secundo, sed incipiente. Est & in istis maior abstergendi facultas, quam in fructus ipsius carne.

Sicyos agrios. Cucumis agrestis.

Cucumeris agrestis tum fructus ipsius succus, quem uocant elaterium, tum non minime radicis & foliorum ad medicationes perutilis est. Elaterium itaque menses cieat, & fætum interimit appositum, ceu alia omnia amara & subtilium partium, maxime si quam habeant caliditatem, uelut nimirum elaterium: summe siquidem amarum est, leuiter calidum: ut ex secundo sit ordine excalfacientium: porro tale protinus quoq; digerendi uim possidet. Sic igitur eo angina laborantes inungūt quidam cum melle aut oleo uetere. Bonum item est regio morbo affectis fusum cum lacte in nares. Sed & dolores capitis sanat hoc usu. Atq; elaterium quidem cuiusmodi est: at radicis succus, ut & foliorum, licet elaterio similem uim habeat, imbecilliorē tamen. Sed & ipsa radix ad similem facultatem possidet: abstergit nanq;, digerit, atq; emollit. Porro cortex ea potentius desiccatur.

Silphium. Laserpitium.

Silphij liquor calidissimus est: uerumenimvero & folia, & caulis, & radix sat strenue excalfaciunt. Sed omnia flatulentæ magis essentia sunt, ac proinde coctū difficilius: foris tamen imposita corpori, efficaciora: & omnium potissimum liquor, admodum trahentē facultatem possidens. Attamen & excrementis amolendi, & liquandū uim quandam propter propositam temperiem obtinet.

C *Sifon.*
Sifon calidus & subamarus gustu est: quare & urinam mouet & concoquit, mensesque prouocat, omnesque uiscerum obstructions dissicit.

Sion.
Sion quantum gustu odoratum est, tantum etiam excalfacientis facultatis est particeps. Sed & digerit, & urinam mouet, & calculos renum frangit, & menses euocat.

Sifaron.
Sifari radix cocta stomacho grata est, & urinam mouet, secundo ordine excalfaciens, adiectam habens amaritatem quandam cum leuicula adstrictione.

Sifymbrium.
Sifymbrium tenuium partium, digerentis, excalfacientis, & resiccantis facultatis est & temperaturæ in tertio ordine. Sed & semen eius tenuium partium est, & calidum. Quocirca ipsum quidam cum uino exhibent singulamentibus, & tormina patientibus.

Sifymbrium.
Sifymbrium, quod quidam cardamine uocant, quandoquidem cardamomo simile quiddam gustu præfert: quum siccum est, tertij est ordinis excalfacientium & desiccantium: quum humidum & uiride, secundum.

Scandix.
Scandix ex agrestium olerum genere est, subacre & amarum, adeo ut in siccando & excalfaciendo aut secundi sit ordinis intensi, [aut tertij incipientis:] urinam ualenter ciet, & uiscera obstructione liberat, ex dictis qualitatibus constans.

Scilla.
Scilla admodum incidentem facultatem obtinet, non tamen admodum calidam. Sed secundum hoc eam quispiam secundi ordinis censeat excalfacientium. Præstat autem aut assam, aut lixam fumere: sic enim uirium eius uehementia exoluitur.

D *Scolymos.*
Scolymi radix copiosam urinam graueolentem elicit, si quis eam in uino coctam bibat: ac proinde graueolentiam sanat tum alarum, tum totius corporis. Atque hoc sane medicamento ex tota inest essentia, nimirum quum succus sit purgatorius. At quæ secundum qualitates editur actio, calidum in secundo ordine completo, aut tertio incipientem, medicamen indicat, siccum uero in secundo.

Scordium.
Scordium: ex uarijs id tum saporibus, tum facultatibus constat: nam & amarum quidem obtinet, & acerbum & acre: & maxime scorodo, hoc est allio, assimilis eius est acrimonia: unde sane, mea sententia, nomenclaturam sortitum est. Expurgat igitur simulque excalfacit uiscera: tum menses urinamque prouocat. Præterea coeuisa ruptaque & laterum dolores ab obstructione & frigore natos sanat epotum: denique uiride quidem illitum magna uulnera coaglutinat, sed sordida purgat, & coturnacia ad cicatricem perducit illitum aridum.

Scorodum. Allium.
Allium desiccatur & excalfacit quarto excessu. Porro ophioscorodon agreste allitum est, domestico ualentius, ceu reliqua agrestia omnia.

Scorodoprasion.
Scorodoprasion sicut gustu & odore mediam scorodii, hoc est allij, & prassij, id est porri, qualitatem possidet, ita & uiribus.

Scorpioides.
Scorpioides excalfacit ordine tertio, desiccatur secundo.

Smilax.
Smilax aut Cactus arbor est uenenosæ facultatis.

Smyrna. Myrrha.
Myrrha secundi ordinis est tum excalfacientium, tum desiccantium. Itaque capitum uulneribus illita glutinare ea potest. Inest & amaritas non pauca, per quam foetum & lumbricos tum enecat, tum eicit. Adest hinc ei & abstergendi potentia. Sic igitur ocularibus

A ocularibus miscetur facultatibus, utique quæ ad ulcera & crassas cicatrices præparantur. Eadem de causa inditur & medicamentis, quæ ad tussim ueterem & asthma, siue anhelationem exhibentur: non tamen arteriam exasperat sicut abstergentium nonnulla. Verum adeo moderatam obtinet absterfionem, ut nonnulli eam arteriæ quæ uocantur medicamentis commisceant, tanquam sufficienter excalfaciens & desiccans medicamen: scilicet absterfionem proficiscentem ab amaritudine nihil uerentes.

Smyrna boice. Myrrha beotia.
Smyrna boice uim habet excalfaciendi, fundendi, emolliendi.

Smyrnium.
Smyrnium quidam hipposelinum agreste cognominant. Ex eodem genere & ipsum tum apio est, & petroselino. Fueritque apio quidem ualidius, imbecillius petroselino. Menses itaque & urinas mouet, calidum siccumque tertio ordine. Cilices petroselinum nominant quod in Amano nascitur. Sed & ipsum smyrium minus est petroselino smyrioque acre: proinde sane uulneribus imponi potest, quia uidelicet sine molestia desiccet. Sed & digerere quæ indurata sunt potest. Reliqua uis eius apio & petroselino similis est. Quocirca et femine eius utimur ad menses, urinas, & asthma, siue anhelationes.

Sonchus.
Sonchus ubi adoleuerit, ex spinosis plantis est. Cæterum uiridis etiamnum & tener est ut perinde ac cætera olera. Temperamentum eius quodammodo mistum est: constat enim ex aquea terreaque essentia, utraque leuiter frigida. Nam & adstrictionis cuiusdam est particeps: & siue cataplasmatibus in niorem illinatur, siue edatur, manifeste refrigerat: postea uero quam plane resiccatus fuerit, terrestre eius temperamentum redditur, modicam habens caliditatem.

B *Sparganium.*
Sparganium & ipsum desiccantis est facultatis.

Spartum. Genista.
Sparti, quo & uites alligant, tum fructus, tum uirgarum succus non instrenue trahentis est facultatis.

Staphilinus. Pastinaca.
Staphilinus fatius imbecillior, agrestis ad omnia potentior est. Urinas mensesque prouocat cum herba quidem tota, tum maxime semen ac radix. Habet porro etiam absterfiorum in se quippiam: quamobrem uulcerum phagedænica quidam folijs eius cum melle, quo pura reddant, illinunt.

Stachys.
Stachys: frutex ille marrubio similis, gustu acri & amaro, tertij est ordinis excalfacientium. Quamobrem rationabiliter menses prouocat. Sed & abortum affert, & secundas eicit.

Stæbe.
Stæbes fructus & folia maximo sunt usui, adstringendi uim habentia mordacitate expertem. Sed & desiccatur euidenter in tertio fere ordine incipiente: quamobrem decoctum eorum dysentericis iniicitur, & auribus pure fluentibus. Tum uulnera magna coaglutinat. Euidentius hæc præstat cum uino atro austero. Valenter enim desiccatur omnes præter naturam humiditates. Præterea folia uiridia si illinantur, uim habent erumpentis sanguinis suppressendi: denique & oculorum ex ictu suffusiones illita iuuant.

Stæchas.
Stæchadis gustu quidem qualitas amara est, & mediocriter subadstringens, cæterum temperies composita, nempe ex terrena essentia frigida exigua, unde sane adstringit: & extenuata altera terrena copiosiore, a qua utique amara est. Ob utrorumque uero conuenientiam & coitum, obstructione liberare, extenuare, extergere, roborareque tum uiscera omnia, tum totum corpus est nata. Supra nanque ostensum est, quod quæ ex eiuimodi essentijs constant medicamina, dictos effectus reddere possint.

C

Stratiotes.
Stratiotes aquaticus quidem humida & frigida facultate est, terrestris uero non nihil habet adstrictionis: proinde sanè & ulcera glutinare potest, & ulceribus esse utilis. Sunt qui eo & ad sanguinis eruptiones utantur, & ad fistulas.

Struthion.
Struthij radice potissimū utimur, utpote gustu acri, & calida siccatq; tēperamento, ex quarto quodāmodo ordine exalfaciētiū. Sed & abstergit & irritat: proinde quoque sternutationē prouocat, ceu cætera omnia quę calida sunt tēperie, & gustu acria.

Styrax.
Styrax exalfacit, emollit, cōcoquit: quamobrē tussibus, catarrhis, pituitæ destillationibus raucedinibusq;, quas κορυζας ἢ βράγχους uocat, prodest. Tū menses seu potū seu admotū prolucit. Combusti eius fuligo, thuris fuligini quodāmodo est similis.

Syca. Ficus.
Ficus aridæ uim habent exalfaciēdi ordine primo etiā completo, aut secundo incipiente: habent uero etiā partium tenuitatē quandam. Ex istis duobus idoneæ sunt quę tubercula dura concoquant: statim uero etiā ea digerunt. Atq; ipsæ per se illitæ eiusmodi uim obtinent. Sed & decoctū earum eiusdem utiq; naturæ est. Verum ubi magis concoquere consilium est, miscenda est farina triticea: ubi uero plus digerere, hordeacea: pants horum in medio. Sed hæc magis sunt propria tractatus de medicamentorum compositione, & rationis curandi: uerum in præsentiarū hæc de ischiadibus nouisse sufficiat. Porro scire oportet, quod quę pinguiores sunt, magis possunt concoquere: quæ uero gustu aciores, magis tum extergere, tum digerere. Cæterum quod ex ijs plurimū in aqua coctis efficitur, simile est melli non solum consistentiā, sed & facultate. Porro ficus uirides comestæ propter admistā humiditatem facultatis sunt imbecillioris: subducūt tamen alium utraq; tum humidæ, tum siccæ. Porro ficus caprifici acris & digerentis facultatis sunt: sic etiā domesticarū grolli, Græcè uocant δλωθρος: inest enim illis nonnihil etiā succi ex ficu arbore.

Syce. Ficus arbor.
Ficus arbor calidæ tenuiumq; partium temperaturæ est, ceu indicant tum liquor eius, tum foliorum succus. Valenter enim eorum uterq; calidus est. Itaq; non mordicat tantum, aut uehementer abstergit, sed & ulcerat, & ora uasorum referat, & uerucas quas myrmecias uocant, eiicit. Sed & purgare potest. Porro ficus agrestis, quæ erineum Græcè, Latine caprificū nominant, tum opus, tum succus ad omnia quam fatiua ualentior est. Sed & cradæ earum adeo sunt calidæ, tenuiumq; partium, ut carnes bubulas duras, si coquendis adijciantur, friabiles ac teneras efficiant.

Symphytum petraeum.
Symphyton petraeū ex contrarijs constat uiribus: habet enim secandi uim quampiam, qua collectū in thorace pulmoneq; pus expurgare potest: habetq; etiā quædam contrahendi uim, qua eiectionibus sanguinis auxiliatur, & tertia ad eas inest humiditas quædam nō immodice calida: per quam gustantibus dulce apparet, & odoratu iucundū. Mansum sitim extinguit, & arteriæ asperitates sanat. Porro secundum omnium dictarum uirium misionem simul digerere abunde potest, simulq; corpora contrahere cōstringereq;: proinde enterocœlijs imponitur, & ad conuulsa & rupta cum oxymelite bibitur. Porro qui ipsum in uino decoctum ad muliebre exhibet profluuium, utuntur tanquam desiccante & contrahente. Qui uero ad nephritin, tanquam expurgante & incidente.

Symphyton magnum.
Symphyton alterum, puta magnum, similem dicto uim habet: non tamen gustantibus dulce est, aut odorantibus odoratū. Sed his sanè à modò scripto diuersum est. Cæterum quatenus uiscositate quandam & mordacitatē obtinet, scillæ simile est: utitorq; ad omnia ad quæ iam dicto.

Spondylon.

A

Spondylon.
Spondyli fructus acris & secantis est facultatis: itaque ad asthma & comitialent morbum aptum est medicamen: prodest & aurigini. Et radix, nimirum ad similes facultatis, ad eadem accommodatur. Sed & insuper fistularum callos tollit: cæterum imponere eam oportet circumrasam. Porro floris etiā succus ad diuturniora auritū ulcera conueniens reponitur.

Schinos. Lentiscus.
Schinos: frutex hic ex aquea essentia leuiter calida, & terrena frigida non pauca compositus est. Desiccatur igitur secundo ordine completo, aut tertio incipiente: in caliditate & frigiditate differētia quodāmodo est medius & symmetrus. Similem omnibus sui partibus adstrictionem obtinet in radicibus, ramis, extremis turionibus, germinibus, ac folijs: præterea fructu, & cortice: ac si succum ex folijs eius uiridibus exprimas, similis hic ordinis est, moderate adstringens. Itaq; bibitur & per se, & cum alijs medicamentis, quæ dysenterias & alui affectus sanant: quin & ad sanguinis expuitiones, sanguinisq; ex utero eruptiones, tum sedis uuluaq; procidentias idoneus est, utpote ad hypocythida nonnihil prope accedens.

Schinu anthos. Schini flos.
Schinu anthos modice calfacit, modiceq; etiā adstringit: nec plane à tenuitatis natura alienus est. Quocirca his de causis urinā mouet, mensesq; ciet adhibitum siue in fomentationē, siue in potionem: prodest & iecoris & stomachi, ac uentris phlegmonis. Magis eo adstringit radix. Quod uero florem uocat, calidius est. Porro in omnibus sui partibus, in alijs magis, alijs minus, gustantibus apparet adstrictio: proinde de medicinis quæ hæmoptoicis, siue sanguinē reiicientibus exhibentur, cōmiscetur.

Schœnos lea. Iuncus leuis.
Schœnos lea, quædam oxyfchœnos, alia oligofchœnos nuncupatur: gracilior duriorq; oxyfchœnos, crassior laxiorq; oligofchœnos. Fructus oligofchœni somnum affert. At oxyfchœni duæ sunt species: altera sterilis, cuius quidē in medicina nullus usus est: altera uero semen fert: conciliat uero & huius semen somnum, sed minus quam oligofchœni: quanquam tamen hoc caput tentet. Vtrunq; si frictum cum uino bibatur, uentris fluxus desiccatur, & muliebre profluuium rubrum sistit. Ex quibus clarum est, quod composita eorum temperies est, ex terrena uidelicet essentia leuiter frigida, & aquea leuiter calida: ut & inferna desiccare possint, & sensim frigidus ad caput uapores submittere, quibus somnolentos efficiant.

Terminthos. Terebinthus.
Terebinthi tum cortex, tum folia, tum fructus adstrictorium quiddam obtinent. Sed & secundo ordine exalfaciunt. Itaque quod etiā desiccet manifestum est: recentes quidem etiamnum humiditq;, modice: sicci uero, ordine secundo. Cæterum fructus aridus propinquus est etiā tertio ordini desiccantium. Est enim adeo calidus, ut mandentibus protinus eius caliditas percipiatur. Itaque etiā urinam prouocat, & lienibus prodest.

Teulon. Beta.
Beta nitrosæ facultatis particeps est, qua tum digerit, tum extergit, & per nares purgat. Cæterum cocta nitrositate omnem exuit, fitq; facultatis aphlegmantæ, hoc est phlegmonis aduersæ, leuiter digerentis. Porro ad detergendum digerendumq; ualidior est beta alba. Nam nigra adiunctum habet adstrictionis quippiā, & magis in radice quam alijs partibus.

Teucrium.
Teucrium incidendi & tenuium partium facultatis est: quare lienes sanat. Ponatq; ipsum quispiam in tertio exiccantium, secundo uero calfacientium ordine.

Tephra. Cinis.
Combustorum lignorum reliquæ sic nuncupantur, compositæ ex contrarijs tum

Pp

C qualitibus, tum substantijs. Habet enim in se partim terrenū, partim uelut fuliginosum, Græcè æthalodes, siue lygnyodes, id est fuliginosum, siue quomodoctiq; quis appellare uolet: atq; hæc sanè partes sunt tenues, quæ maceratis aqua cineribus & percussata una asportantur atq; abeunt. Quod uero reliquum est, terreum est & infimum, in cinerem calida facultate deposita. Sed non omnis cinis eadē temperatura præditus est, sed pro combustæ materiæ diuersitate uariatur. At nescio quo pacto Dioscorides adstringendi eum habere uim prodiderit, quū ficulneus eiusmodi omnis qualitatis sit expers, utpote quū & ipsa arbor nulla sui parte acerbam qualitatem præferat, ceu quercus, ilicx, arbutus, fagus, lentiscus, hedera, & hoc genus alia: uerū plena succo ualido tota sit, eoq; acri & calido. Ergo ex acerbis utiq; lignis factus cinis, non parum adstringit: meminiq; me quandoq; quū aliud ad manum nō esset medicamen, sanguinis suppressisse eruptionem. Verum nullus unquam ad tale uū ficulneo auideat. Siquidem hic acrimoniæ multum aduentisq; facultatis obinet, mixtæ absterfioni: & utroq; differt ab eo qui ex quercinis lignis conficitur, tum quod in eo fuliginum multo est acrius, tum quod in illis terrenū quodammodo subadstringens est, in hac abstergens, ueluti in cinere tithymallorum. Est & calx cineris quadam species, cæterum tenuioris essentia quam qui ex lignis fit: nimirum quanto lapides exactius torreni ut cinis fiant postulant: non tamen multum reliquum in se habet uelut naturæ igneæ, quod uocant *εμπυρνωμα*. Proinde elota medicamen est citra morsum desiccās, magisq; si bis ter ue lauetur. Cæterum si marina aqua abluta sit, admodum digerit. Dicitur porro de ea ubi de metallicis sermo habebitur.

Telephium.

Telephium exiccandi & detergendi facultate est, nō tamen insigniter calida: uerum in hoc forsitan quispiā ipsum secundi esse ordinis censeat. Desiccatur tamen secundo ordine intenso, aut certe principio tertij: proinde ad putrida ulcera conuenit, & uutiliginem utranq; sanat cum aceto.

Telis. Fœnumgræcum.

Fœnumgræcū calidū est secūdi ordinis, desiccatur primo: proinde feruētes phlegmonas irritat acerbataq; quæ uero minus sunt calidæ, & magis duræ, eas digerēdo curat.

Tithymalli.

Tithymalli omnes uincem habent acrem calidamq; facultatem: inest uero & amaritas. Validissimus itaq; eorum est liquor: secundum locum tenent fructus & folia. Sed & radix dictarum facultatum particeps est: sed non ex æquo. Sanè ipsa cum aceto decocta dolores sanat dentium, maxime qui illis erosio proueniūt: at liquores, ut qui ualentiores uim habeant, in foramina quidem ipsa dentium induntur: cæterum si aliam corporis partem contigerint, continuo adurunt, ulcerantq;: proinde foris illis cera circumlinitur: quippe quum ex quarto sint excalfacienuū ordine, quem esse adurentium posuimus. Sic pilos quoq; succus inunctus tollit. Porro quū uehementior sit, oleo miscetur: & si id identidem ac sæpe fiat, tandem prorsum pilorum radices adustæ corrumperunt, corpusq; depile reddetur. Eadem facultate uerrucas, quas acrochordonas nominant, & myrmecias, & pterygia, siue oculorum ungues, & thymos auferunt: detergentq; lichenas & psoras: quia scilicet & abstergendi facultas inest propter amaritudinem. Præterea ulcerum phagedanica, anthracodes, & grangrande, quia ualenter tum excalfaciunt, tum desiccant, si in tempore & moderate utare, iuuare aliquando poterunt. Verumenim uero & fistularū callos eximunt. Cæterum hæc omnia genere quidem similiter, imbecillius tamen & folia, & fructus præstare possunt. Quibus sanè & ad pisces in aqua stagnali capiendos uti assolent. Celerrime namq; ab illis in uertiginem acti, ac semimortui redditi, ad aquæ superficiem feruntur. Porro quū septem sint eorū genera, ualentissimus est quē characian nominant: quum utiq; etiam quidam marem cognominat: & fœmina nuncupata myrfinites: & qui in petris nascitur ad modum arboris: deinceps qui phlomo adsimilis est: &

est: & cyparissias: deinde paralius siue marinus: denique helioscopius. Proportione uero comprehensæ illorum facultatis & cinis & lixiuium erit.

Tragacantha.

Tragacantha similem gummi uim obinet, emplasticeam quandam, & acrimoniam hebetiorem. Et sanè similiter illi desiccatur.

Tragion.

Tragij folia, fructus, lachrymaq; trahentis digerētisq; sunt facultatis. Est uero & tenuium partium, & facultate in principio tertij ordinis calida: stipites & hærentia corporibus extrahit, lapides frangit, menses mouet drachmæ pondere potum: porro in Creta sola nascitur, lentisco adsimile. Cæterum alterum tragium hoc minus, cuius folia scolopendrio similia sunt, uisitur quidem multis in locis: sed non parum habet facultatis adstringentis: ut & ad fluxionum affectus conueniat.

Tragoriganum.

De tragorigano in sermone de origano supra est dictum.

Tribolos.

Tribolus ex humida essentia modice frigida & sicca non mediocriter & ipsa frigida componitur: in terrestri tamen superat terreum frigidum: quod adstringens ostendimus: in aquatico uero aqueum. Propter utrunque itaque & contra phlegmonarum generationes, & omnino contra omnes influxus congruit. Porro terrestris ipsius fructus quum tenuium sit partium, potus lapides in renibus comminuit.

Tripolium.

Tripolij radix gustanti acris est, & facultate calida in tertio excessu.

Triphyllum.

Triphyllum: quidam asphaltion, quidam oxyphyllon, nonnulli minyanthes, sunt & qui cnicium uocent: prima quidem tria ab accidentibus fructici, reliqua duo nomina haud scio unde. Vis plantæ est calida & sicca ut bitumen, cui odore est similis, utrinque tertio ordine. Proinde pota laterum dolores ab obstructione naros iuuat, & urinam mensesq; prouocat.

Trichomanes.

Trichomanes eadem præstat quæ Adiantum.

Trychnon. Solanum.

Trychnon quidam præposito strychnum uocant. Esculentum quidem quod in hortis nascitur, notum est omnibus: utunturq; ad omnia ea quæ refrigerari adstringitq; postulant. Potest enim hæc duo ordine secundo. Cæterorū non esculentorū unū quidem nuncupatur alicacabum, fructū habens rufum, acino uuæ tum figura, tum magnitudine adsimilem: quo & ad coronas utuntur: alterum uero fruticosum, a conciliando somno hypnoticū: & tertium, quod insaniam afferat, manicum appellat. Alicacabum igitur in foliorum facultate hortensi solano simile est, fructum habens ciendæ urinæ idoneū: proinde compluribus facultatibus compositis quæ ad iecur, ad uescicam, & renes accommodantur, adiungitur. Solani uero hypnotici cortex radice si cum uino bibatur, somnum accersit drachmæ pondere sumptus. Sed & cætera quoq; papaueris succo persimilis est, nisi quod hæcenus imbecillior est, quod ipse tertij habeatur ordinis refrigerantiū, quum hic positus sit in quarto. Huius solani semen urinam ciendi potestatem habet. Cæterum si plus duodecim corymbis hauseris, dementia quoq; adsciscet. Porro quod reliquum est ex propositis solanis, ad medicaciones quæ intro in corpus adhibentur, inutile est. Nam si quatuor eius drachmæ offerantur, mortem inferent: si pauciores, saltem insaniam. Vna certe innoxie sumitur, cæterum nec ipsa utile quid obinet. Verum si foris corpori emplastri modo illinatur, ulcera cacoethe, & nomæde, siue pascentia curat. Sed ad talia radice cortex præfertur, desiccans secundo ordine iam completo, & tertio incipiente, refrigerans secundo incipiente.

Hyacinthus.

HYACINTHI radix bulbosa est, ordinis primi in desiccando: secundi uero completi, aut certe tertij incipientis in refrigerando. Itaq; pueros diuissime seruare impuberes illita creditur. Fructus leuiter extergit & adstringit: quamobrem & ipse regio morbo laborantibus exhibetur in uino, ordine quidem tertio quadantenus desiccans, ceterum in medio consistens caliditatis ac frigiditatis.

Hydnon. Tuber terra.

Hydna omnibus nota sunt. Substantiam habent uincensentem terrestrem quidem, sed tamen cum pauca quadam tenuitate mistam.

Hydropeperi.

Hydropeperi a locis in quibus nascitur, & a similitudine qua illi cum pipere in gustu est, nomen sortitum est. Ceterum non usque adeo calidum est quam piper. At tamen herba ipsa etiamnum uiridis cataplasmaticis in modum imposita fugillata & uires mores induratos digerit.

Hyoscyamus. Altercum.

Hyoscyamus cui semen atrum est, insaniam ac soporem affert: sed is cui semen mediocriter flauum est, propinquam ei facultatem possidet. Verum utriusq; fugiendi sunt ut inutiles & ueneni, seu deleterij. Ceterum cuius semen ac flos candidus est, ad sanationes uel maxime idoneus est, ex tertio quodammodo ordine refrigeratum. Porro flos eius quidem cui semen est nigrum, mediocriter purpureus est: eius uero cui est subflauum, leuiter mali colorem refert.

Hypericum.

DHypericum calfacit & desiccatur, essentia tenui, adeo ut & menses & urinas prouocet. Sed ad haec totus sumendus est fructus, non tantum semen. Porro cum folijs illitus uiridis ad cicatricem ducit cum alia, tum etiam ambusta. Ceterum si sicca cotur sa inspergas, sanabis & mollia nimis, humidaq; & putredinosa ulcerum. Sunt & qui ischiadicis bibendum exhibeant.

Hypecoon.

Hypecoon refrigerandi uim habet ex tertio ordine refrigerantium, ut parum ab sit a papauere.

Hypoglosson.

Hypoglosson inde adeo nuncupata est, quod summis corymbis uelut ligulae quaedam exeunt. Ceterum radix & succus fruticis emolliendi uim possident.

Hyssopum.

Hyssopum desiccatur & excalfacit ordine tertio: sed & tenuium est partium.

Phaci. Lentis.

LEntes ualenter adstringunt: mediu tenent caliditatis & frigiditatis: desiccant tamen in secundo ordine: ipsum itaq; earum corpus desiccatur & sistitur uentrem: ceterum decoctum prouocat: proinde etiam prior aqua abijcitur, ubi retentionis causa adhibentur.

Phacos. Lenticula palustris.

Lenticula palustris humidam frigidamq; temperaturam est, utrinq; ex secundo quodammodo ordine.

Phaleris.

Phaleridis tum succus, tum semen, tum folia potari utiliter creduntur ad uesciculas dolores, ceu in sese habeant tenue quiddam & calidum.

Phalangites.

Phalangites. Sic appellata est, quod morsus a phalangijs auxiliatur: est autem facultatis tenuium partium, desiccantis: quamobrem & tormina patientibus succurrit.

Phlomis. Verbascum.

Phlomos, quidam per litteram & scribunt, & proferunt. Quaedam folijs alba est, quaedam uero nigra. Et alba quidem mas est, cuius folia angustiora: foemina, cuius maiora: & praeter has est alia phlomos agraria cognominata: flores habet aureos & luteos

Aleos, siue melizontas. Sed & alia praeter has est, quam proprie phlomida nominant, & thryallida. Priorum itaq; duarum radix acerba gustu est, & fluxionis affectibus praedest. Sed & ad dentium dolorem eam quidam colluunt. Attamen folia digerendi uim habent: sic & aliarum folia, & maxime eius quae aurei coloris flores obtinet, aut etiam pilis flauescens. Omnium enim folia desiccandi & detergendi uim possident.

Phoenix. Palma.

Phoenix arbor adstrictoriae facultatis omnibus sui partibus est particeps. Igitur ramorum succus austerus est, ex aqua substantia tepida & terrea frigida consistans. Similis facultatis est encephalos quem uocant, hoc est cerebrum siue medulla, esui aptus. At fructus eius, & maxime dulcis, non paucam obtinet caliditatem. Ceterum quum edendo sit, multo est usui, non tantum foris impositus, ubi quid roborare & desiccare, con trahere, stipare, densareq; consilium est: sed & tanquam cibus sumptus & simul cum alijs, & per se. Porro quod elaten uocant, nempe tenerum illud palmae germen, eandem cum cerebro eius facultatem possidet. Quod uero uelut decoctum eius est, ad stringentem & ipsum qualitatem habet: uerum plus quam dicta omnia exiccatur: utpote quod & essentiae consistentia illis siccius est, & nimium habet humiditatis. Itaq; iure utuntur illo ad ulcerum putrescentia, miscentq; medicamentis articulos plus iusto laxatos contrahentibus: ad haec facultatibus hepaticis & stomachicis, seu intro sumantur, seu foris admoventur. Sed & radix plantae desiccatoriae citra morsum facultatis est, adiunctum habens & ipsa adstrictionis quippiam.

Phorbion.

Phorbij semine ad leucomata, hoc est albugines, cum melle applicant. Sed & spicula extrahere creditur. Porro & ipsa herba idem praestare uidetur. Ex quibus constat quod tenuium partium, & attrahendi detergendiq; potentiam obtinet.

Phu.

Phu: odorata quodammodo est huius herbae radix, nardo uiribus similis, sed tamen ad plerumq; infirmior: urinas mouet plus quam aut Indica, aut Sirica nardus, perinde ut Gallica.

Phycos. Alga.

Phycos humens etiamnum & uirens ex mari exemptus desiccatur & refrigerat ordine secundo: habet enim quiddam modice acerbum.

Phyllitis.

Phyllitis quum qualitatis sit acerbae, non absurde diarrhoeas, siue profluvia & dysenterias pota iuuat.

Phyllon malathru. Folium malabathri.

Folium malabathri nardo similem uim possidet.

Chalbane. Galbanum.

Albanum succus est plantae ferulaceae molliendi & digerendi ui. Fueritq; sanum ex tertio ordine excalfacientium incipiente, aut secundo completo: in desiccando uero ex secundo incipiente.

Chamaedris.

Chamaedris uincensentem habet qualitatem amarum: est & quodammodo acris. Quo circa merito lienes colliquat, & urinas ac menses prouocat: crassitudinem humorum incidit, & uiscerum obstructions purgat. Ponatq; eam quispiam in tertio ordine excalfacientium & desiccantium: plus tamen calfacit quam desiccatur.

Chamaecissos.

Chamaecissi flos qui sit admodum amarus, iecur obstructione liberat, daturq; ex co xendice laborantibus.

Chamaelea.

Chamaelea uincensentem habet qualitatem amarum: quamobrem admodum fordida ulcera, & quae maximas habent crustas, cum melle purgare potest.

Chamaeleuce.

Chamaeleuce calidae facultatis est tertio quodammodo ordine, sicca primo.

Chamaeleon.

C Chamaeleonis radix, nigri quidem, letale quiddam obtinet: quam obrem foris uti- que usus eius ad psoras adhibetur, & lichenas, & vitiligines, & in summa qua deter- sionem postulant: praeterca digerentibus & emollientibus pha- macis comiscetur: & phagedaenica ulcera sanat illita. Est enim sicca tertio ordine, calfacit uero secundo ordine absoluto. Porro albi chamaeleonis radix potui datur cum uino austro men- sura oxybaphi. Exhibent sane etiam aqua inter cutem laborantibus, ad similem haben- tem temperiem ipsius nigri radici, nisi quatenus illa acrior est.

Chamaepitys.

Chamaepitys gustu quidem amarum saporem validiorem acri obtinet, effectu uero expurgat abstergitque uiscera plus quam calfacit: proinde auriginosis, & omnino quibus facile iecur obstruitur, bonum est remedium. Quin & menses ducit tum pota, tum apposita cum melle. Sed & urinae mouendae medicamen est. Sunt autem etiam qui eam exhibent decoctam in melicrato ijs qui coxendicis doloribus torquentur. Herba porro ipsa uiridis uulnera magna conglutinat, & ulcera putrescentia sanat: praeterca uberum durities discutit. Est enim in siccando ordinis tertij, in calfaciendo uero secundi.

Chamaesyce.

Chamaesyce absterge di simul & acrem uim possidet. Itaque acrochordonas & myr- mecias caules eius teneriores in modum cataplasmatum admoti, quibus ex eis profluit liquor, auferunt. Cum melle uero crassas oculorum cicatrices detergunt: sed & he- betudinem uisus a crassitie natam adiuuant, sicut sane & suffusionum principia.

Chelidonium.

D Chelidonium extergentis admodum & calidae facultatis est: sed & succus eius ad acuendum uisum commodus est, utque in quibus crassum quiddam in pupilla colligitur digestionem atque discussionem indigens. Vbi sunt radice eius quidam ad auriginem ab obstructione iecoris proficiscentem, in uino eam albo potui exhibentes. Similiter mansa confert dentium doloribus. Porro chelidonium minus quum acrius sit maiore, celeriter illitum cutem exulcerat, unguibusque scabros efficit. Succus eius per nares pur- gat, utpote admodum acer. Itaque haec herba quarti ordinis fuerit absoluti etiam, idque tum in calfaciendo, tum in siccando.

Chondrila.

Et hanc quidam serin nominant. Est enim eiusdem ferè cum illa facultatis: nisi quod gustu amariuscula est, ac proinde facultate siccantiore.

Chondrus.

Chondrus est sane nutrimentum optimum, sicuti & triticum: sed huius instituti non est de nutrimento distinguere: uerum ut medicamen emplasticae facultatis est, temperie tritico similis, plus tamen illo uiscosus: quare sane etiam illo plus nutrit. Estque ceu maria quaedam idonea excipendis aceto, marina aqua, muria, & id genus alijs ualenter desiccantibus: proinde quidam ex genere admodum exiccantium esse & hoc semen autumarunt. Ceterum chondrus ex numero est potius concoquentium, ut & triticum, quae minime profecto desiccant. At ob exiccantium medicaminum admissio- nem, quum quod ex illis compositum est, exiccatorium sit, medicorum complures in errorem inducti sunt, ut falso putarent desiccationem chondro acceptam ferendam, ijs quae admista erant praeteritis.

Chrysome.

C Chrysome: uocatur & chrysites. Radix uiuicentes habet acrem simul & adstringentem qualitates: quare non admodum multi usus est. Vbi tamen est decocta in melicrato in peripneumonijs, & morbis hepaticis siue iecorarijs: sed & menstruae purgationis prouocandae uim quandam obtinet.

Pseudodictamnium.

P Pseudodictamnium imbecille dictamni uim habet.

Psyllium.

Psyllium.

A Psyllium semen habet admodum utile, ex secundo refrigerantium ordine: in de- siccando uero & humectando medium quodammodo est & symmetrum.

Ocimon.



Cicum ex secundo est ordine calfacientium: habet autem recrementum humiditatem: proinde nec commodum est quod in corpus sumatur. Cate- rum foris illitum, ad digerendum & concoquendum idoneum est.

Ocimoides.

Ocimoides quidam philitarium cognominant. Radix superuacua est. At semen tenuium partium, & desiccantis citra mordicationem facultatis est.

LIBRI OCTAVI FINIS.

CLAVDII GALENI PERGAMENI

DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORUM

FACULTATIBUS LIB. IX.

Theodorico Gerardo Gaudano interprete.

PROOEMIUM.



QUOTQUOT plantarum partes sunt, & fructus, & succi, atque liquo- res, supra dicta sunt omnia. Nunc autem de reliquis medicamentis, quae metallorum genere censentur, quaeque ipsius terrae propriae sunt, differere propositum est: post quae deinceps non nihil tractabitur de par- tibus animalium, utique quibus ceu medicamentis ad curationes uti- mur. Ceterum praestare mihi uideatur, communiter de illis omnibus praefari, quo uidelicet tum clarius intelligi possint, tum quae dicenda sunt, distin- ctè ceu in articulos inaudiantur. Nam si quis in omnibus sequatur scriptores siue medi- camentorum, siue materiarum, siue illorum preparandorum, in multis profecto tur- pissime hallucinabitur, & ea quae praefinite ac determinate a me posita sunt, perperam accipiet. Ceterum quum duo sint capita communis orationis iam proponendae, alte- rum est, An sponte nascentium medicaminum quae combusta sunt, calidiora arbitra- ri oporteat, an frigidiora. Alterum de medicamentis adstringentibus, quorum in gene- re esse supra ostensum est tum austera, tum acerba. Itaque super his quidem in quarto horum commentariorum uerba fecimus, sed & modo commemorare satius fuerit, me- dicamentis adstringentibus & facultatem & qualitatem inesse cum acris pugnan- tissimam. Adstringunt enim Acacia, Balaustrum, Hypocystis, Cyuni, Galla, Rheon, Rhus, Omphacium, Mespila, Corna, Malicorium, Myrta. Acra uero sunt Euphor- bium, Allium, Cepa, Porrum, Napy, Piper, Gingiberi, Smyrnum, Origanum, Pule- gium, Calamenthe, & Thymus. Reuocandum itaque in memoria duntaxat qualem cuiusque dictorum percipimus sensum, & protinus sequetur qualitatis eorum diuersi- tas, quam in quarto libro exposui una cum alijs omnibus gustus differentijs. Sane contrahunt constipantque atque condensant substantiam nostram adstringentia: ac pro- inde in quamuis corporis nostri partem extrinsecus imposita, continuo illam rugo- sam & contractam efficiunt, contra quam acra, quae imposita cuti perspicuo eam ex- calfaciunt, atque in molem attollunt, rubente colore: ac si diutius immorentur, etiam ulcerant. Haec itaque euidenter apparent tum incidere, tum excalfacere, tum etiam a ui- cinis partibus ad sese sanguinem attrahere: at adstringentia refrigerando, contrahen- do constringendoque in illis etiam contentum repellere. Facultas itaque aduersissima est adstringentibus cum acris: nec quae in gustu apparet qualitas, simile quippiam obtinet. Quid ergo nonnullis in mentem uenerit, ut piper, allium, atque adeo acra omnia ad- stringere dicerent, sane cogitatione assequi nequeo. Nam si ut haec adstringere dicti- tant, ita Rhoon, Balaustrum, Omphacium, Mespilum, & quoquot eius sunt generis,

C acria cognominarent, diuersa ac cōmutata in nominibus cōsuetudine: ignaros profecto illos uocum, & earum significatuū, non tam en gustandi aut olfaciendi carere iudicio dicerem. Nunc uero quū res duas & olfactu, & gustu, & effectibus suis cōtrariam inter sese naturā ostentantes, una appellatione nuncupent, admiranda profectio hominū aut stupiditas est, aut demētia, aut simul utraq; perinde enim faciūt atq; illi qui & ignis, & niuis eundem esse sensum aiunt. Atque adeo in quendam quondam incidi, qui prę tam aliena atq; absurda usurpandorū uocabulorū cōsuetudine diceret nihil prohibere quo minus diceretur nix eandem igni habere tum qualitātē, tum facultatē: quia uidelicet & hæc quandoq; uisa sit pedes diutius per eam ambulantium adussisse. Sane non paruo tempore opus est, ut illis hominibus sordem animi expurges. At quibus non in tam profunda ignorantia caligine degere contigit, ac quartum horum cōmentariorum perlegerint, his quæ iam dicta sunt, memoriæ causa repetita sufficiūt, quod distincte nomina de quaq; propriarū rerum ita inaudiant, quemadmodum Latinis efferre Græcisq; mos est. Transibo uero ad secundum scemma siue speculationē, haud etiam de nomine & significato eius habendum, uerū de rei natura. Nam pleriq; existimant cōbusta omnia seipsis effici frigidiora. Alij econtra, cōbustorum omniū augeri caliditatē existimant: utriq; sanē errantes. Conspiciuntur enim liquidō quædam calidiora reddita & ad gustum, & ad tactū, & cam quæ in usu cernitur facultatē: uelut supra dicebam de acribus & adstringentibus. Quædam contrā ab uisione minus apparent calida; idq; clare discernimus tum tactū, tum usu. Dico autem usum, ceu antē dixi, quū cuti imposita alia calidiorē rubentiorēq; partem efficiunt, alia exanguē & frigidam: & alia molem attollunt, alia contrahunt. Igitur acria multū caloris amittunt uisita. At quæ eiusmodi non sunt, assumunt. Sane cōbustorū omnium nullum planē est frigidum. Relinquit enim in illis uelut *μπύραμα*, hoc est ignitio quædam: nam ita uocabat Aristoteles: atq; id est quod per ablutiones detergitur, ex combustorum substantia subtilissimum: quod ubi cum aqua abierit, quod uisita liquum est, substantia terrena est. Siquidem humidum omne combustio absumit, reliquum autem terrenum est unā cum empyreumate ab Aristotele uocato. Hoc ergo ubi per lotionem ablatum ac semotum fuerit, aqua in qua medicamen ablutum est, calidam adsciuit facultatem, eamq; tenuium partium: quod reliquum uero est, terrenum est, desiccare citra mordacitatē potens. De his quidem & supra diximus: cæterū nihil deterius est in memoriā nunc ea reuocasse, ut refricata illorum memoria, simul quæ dicenda sunt, exactius quis assequatur.

De terræ differentijs.



Vum duæ sint res quæ terræ uocabulo significantur, necessarium duxi prius eas distinguere, ut clariora sint quæ dicenda ueniunt. Altera sanē Græcis pariter Latinisq; consueta est. Siquidem ubi triticum, hordeum, aut aliud quodpiam seminum, quæ cerealia nuncupantur, semināt, medicocriter humidam esse terram oportere aiunt: at ubi uites, ficus, oleas, aut aliam quamuis arborem plantant, fugiendam præcipiunt tum eam quæ uliginis planē expers sit, & arida, tum quæ humida sit & lutosa. Nam lutū uocant terrā humido maceratā. Tum qui de colendis agris seu georgica conscribunt, in regionū differentijs aram terrā, argillosam, arenosamq; discriminantes efferunt: sed & pinguem terram uocant, ex qua lutū sit uiscosum ac lentū. Alteram uero contrā quā hanc dispositam, quæ lutum efficiat, pinguitudinis expers, & friabile, ut sic dicam. Atq; hoc est unum terræ uocabuli significatum, omnibus usitatum. Alterum est solis philosophis usurpatum, quū aiunt elementa corporū esse terram, aquam, aërem, & ignem. Corpus nanq; extremē siccum ac frigidum terram nuncupat. Secundum hos ergo nullum compositorū corporū terra censetur elementaris: aiunt tamen ea plerumque habere terræ, puta Adamantē, & saxa: & quāto corpore fuerint duriore, tanto magis ea dicūt esse terrea, contrā q̄ agricolæ. Haud enim quo durior sit corporū cōsistentia, eo plus

A eo plus terream esse dicitant, uerum lapides & petras planē ad agriculturam esse ineptissima contendunt. Cæterum eam esse terram dicunt exactissimam, quæ quamlongissime recessit a saxi consistentia: quippe quum & argillosam & arenosam ad pleraque damnent inutilem. Secundum itaque significatum quod a philosophis celebratur, tribus finientur generibus terræ differentiæ. Siquidem unum eius genus latens est, alterum corpus metallicum, tertium uero terra quæ colitur: facta apud eos differentia de metallicis corporibus quæ fundi possunt, uelut ære, stanno, plumbo. Hæc enim quidam aiunt non terræ, sed aquæ plus continere. Attamen cæteri homines omnes eam duntaxat terram nomināt, quæ humido macerata lutum efficitur: de qua utique & ego nunc statui differentias exponere, id modo præfatus, quod proposita sectio corporum terrenorum in lapides, metallicā, & terram quæ colitur, absq; corporibus quæ proprie physica seu naturalia nominantur, dicta est. Nam si ea accedant, tum ligna omnia, & fructuum partes complures, uelut etiam animalium essentia, esse terrena dicentur: fructuum quidem partes, ut nuclei oliuarum, & acini uuarum, putamina nucum, & conorum, & eius generis multa alia. Animalium uero, ossa, cornua, dentes. Verum de plantarum partibus, quæ terrenæ utiq; sunt & duræ, partim iam supra dictum est, partim etiam nunc dicetur. At de his quæ animantium sunt infra tractabitur, ubi prius terræ species absoluero. Licet enim ea tibi aut differentias, aut species, aut etiam appellare genera. Dico autem hæc, lapides, metallicā corpora, terram in lutum solubilem. Ac primum omnium dicam ab Latinis nuncupatæ terræ differentias, quæ commune hoc habet, ut addita aqua continuo soluatur, & fiat lutum. Nam quod a philosophis sic appellatur, non habet omnibus cōmune, sed illis tantum consuetum ac celebratum significatum.

De differentijs nominatæ passim terræ.



Erram uisitate Latinis uocari dixi, quæ iniecta aqua statim soluitur, & fit lutum. Huiusmodi ergo est quam homines ad culturam elaborant, differentias habens quædam sanē secundum propria rationem, dum pinguis est & uiscosa, quæ utiq; omnino & atra colore est: alia uero friabilior, & pinguitudinis expers, quam uocat argillam, quæ sanē quodammodo candidior est. Atq; hæc contrarijsimæ sunt differentia. Alia harum in medio sunt, alteri atq; alteri magis accedentes: atque adeo quædam etiam quæ ex æquo ad unguem in medio, pari interuallo ab utraq; distant. At alia sunt terræ differentia ex diuersi generis corporum nata cōmitione: qua ratione lapidosa & arenosa habentur: atq; admistam talium substantiā segregant largæ aquæ affusione ac maceratione, dum totum humidum efficiatur. Quum enim id effectū est, id quod defertur atq; inest lapidosum atque arenosum, id omne subsidit, & terra exacta supernatat. Tale quiddam & in lemnia terra uisitur, quam cognominant quidam milton lemniam, id est rubricā lemniam, & alij quidam sphragida lemniam, hoc est sigillum lemnium, ob impressum uidelicet illi sigillum Dianæ sacrum. Siquidem hanc terram sacerdos cum patrio quodam honore sumens, haud maceratis animalibus, sed tritico atq; hordeo piamenti gratia terræ redditus, in urbem cōportat: quam deinde aqua maceratā, atq; in lutum redactam, ubi ualenter cōturbauit, paulumq; inde quiescere siuit, aqua quæ supernatat, aufert, & mox quod sub ea est lutū tollit, ac reliquū duntaxat quod ad imū subsedit, lapidosum scilicet & arenosum, relinquit ut inutile ac superuacaneum. Porro lutum illud pingue usq; eo desiccatur, dum mollis ceræ cōsistentiam accipiat: huiusq; exiguis acceptis particulis, sacrum Dianæ signum imprimat. Ac postea rursum in umbra siccandum reponit, donec omnem planē humiditatē amittat, fiatq; illud medicis omnibus cognitū medicamen lemnia sphragis, siue sigillum. Sic enim quidam illam cognominant ob impressam illi sphragida, hoc est sigillum: ceu etiam nonnulli ob colorem lemniam milton siue rubricam appellant. Verū ab ea differt,

De terra Samia.



C T Samiam ne lauari quidem opus est: utimur autem altera eius specie magis, quam Samium altera cognominant, ad sanguinis exuptiones undecumque natas, uelut etiam Lemnio sigillo. Eadem uiuuant sanguinis ex utero profluvia, & uocatum fluxum muliebrem. Quin & prosunt exulcerationibus dysentericis antequam putrescentia euadant ulcera. Nomias id genus affectus appellare medicis mos est, ab eo quod putredo depascit, & ad uicinas partes serpat, quod Graece dicitur *νεμεδοξ*, una cum primu uitiata & ipsas corrumpens. Tamen etiam in istis quandoque sum usus Lemnia, & palam profuit tum per sedem infusa, tum epota, utique antea: quod facere solemus ulceribus melicrato priore ablutis, posteriore uero muria. Inijciebatur ergo per succu arnogliffa: bibebatur uero ex oxycrato aquoso. Sed nec paru efficacioribus uidetur esse uirtus Lemnia terra quam samia: quare nec ea quae iam phlegmone tentari coeperint, uim eius perferunt, sed clare irritantur, atque exasperatur, potissimum si uir sit habitus mollioris, quem malacosarcon Graeci uocant. At Samia adeo non exasperatur ulla sic affectarum partium, ut etiam mitigetur maxime quae humidiores sunt & laxiores, uelut ubera, testes, adenes. Idonee autem utaris terra eiusmodi, si ubi ad leuorem redegeris per aquam, tantum admisceas olei rosati boni, quod mistione sua medicamentum a resiccatione prohibeat: sed & commodum utileque est, ubi sic praeparatum fuerit, ad alias quoque phlegmonas calidas, & bubonas incipientes, & fluxiones podagricas, & summatim ubi refrigerare statutum est mediocriter cum mitigatione ac lenitione: ut euidenter appareat uim Samiae mediocriter esse refrigeratoria. Quin & magis quodammodo aerea est eius essentia collata ad Lemniam: cuius argumentum est & leuitas. His itaque notis & omnem aliam terram medicaminosam aestimato. Dico autem notas consistentiae tum leuitatem, tum grauitatem, praetereaque in gustu asperitatem ac leuitatem, ad haec tenacitatem, & abstergerendi potentiam. Tenax enim & uiscosus est Samius aster, quum & Lemnia sphragis eiusmodi paululum quiddam habeat. Absterforiam quoque facultatem moderatam obtinent & Selinusia terra, & Chia: quam obrem mulieres quaedam ad faciem ipsarum utuntur. Ostensum autem est in tertio libro de ratione curandi, quicquid leuiter absterget, producenda ulcerum carni esse idoneum. Id autem si etiam desiccet, cicatrici inducenda habile est. Porro omnium ex his aptissima sunt & ad ulcera quae in summa cute consistunt, & ad ambusta, illa quae cum citra morsum exiccant, tum neque manifeste exalfaciunt, neque refrigerant. Quocirca terra Selinusia & terra Chia pulcherrima sunt ad ambusta ulcerum remedia. Exponunt enim ea moderatissime extergentia medicamina absque insigni aut calfactione, aut refrigeratione: quod utique inest tum Selinusiae, tum Chia, tum Samiae terrae. Ostensum est autem quod & huius species est Aster quem uocant, reliqua terra hoc praestans, quod uiscosum quiddam ac tenax obtineat. Quocirca quod cum ad alia ulcera, tum ad ambusta pertinet, alijs terris quae tenacitatem non habent, conferendus non est. Siquidem substantiam tenacitatis magis reddit emplasticam, quam ut sinat abstergere: scilicet ubi nulla utique alia adsit acrimonia uiscoso tenacique corpori, ut in uisco cernere est. Attamen Chia & Selinusia terra inferiores sunt Samia ad phlegmonas in mamillis, testibus, atque inguinibus incipientes: tamen ubi inopia est aliorum quae summum profunt, nec ipsae plane ineptae sunt & incommodae. Porro Cimolia quam missetae sit facultatis, partim refrigerat, partim etiam digerit, sed leuiter: proinde dum lauatur, hanc facultatem deponit atque exiit. Absque eo secundum utraque agit facultates, ceu alia quoque compositorum medicamentorum plurima digerentia pariter & repercutientia. Porro utraque facultatem facile indicat dum illi miscentur humores naturae contrariae. Nam si mista sit repercutientibus refrigerantibusque: lutum quod ex ipsa & illis conficitur, refrigerans repercutiensque efficit. Sin digerentibus, & ipsum digerens. Sic ambustis conuenit. Atque idiotae quidam protinus aceto maceratam illinunt. Sed in

A Sed in tali usu non impense acere sit acetu oportet. Ac si tale sit, aquam miscere praestat. Et illud mihi semper memoria teneto, ceu commune omnis terrae leuis. Omnes enim ambusta iuuant, continuo illitae ex aceto aut oxycrato, nimirum bullas existere prohibentes. Caeterum contemplandum insuper est, corporis curandi quae sit natura siue habitudo, durane an mollis: id in uniuersum praec oculis habendo, corpora mollia ualentium medicaminum uim haud posse perferre, dura uero posse. Sed haec huius instituti non sunt, uerum copiosius exponentur tum in tractatu de componendis pharmacis, tum in libris de facile parabilibus. Praesens autem narratio a principio id studuit, ut generales inueniret facultates. Quibus animum intendens quispiam complura habiturus est ad particularis usus copiam, utique si utendi eorum uiam ac rationem insuper adiunxerit atque edidicerit. Quare immorandum non est. Verum quod antea dictum est, nunc in memoriam reuocare oportet, nempe terram ipsam expertem mistionis substantiae generis alterius, uim habere citra morsum desiccandi. Atqui quum nullum reperire corpus queas mistionis ad unguem experts, inspicienda item est eorum quae illi accidunt commistio, idque secundum leuitatis & grauitatis differentias, easque quae in gustu uisuntur. Nam si qua eluceat adstrictio, tantum assumpsit frigiditatis, quantum habet & adstrictionis. Sin etiam acrimonia quaedam adpareat, tantum inesse scito caliditatis, quantum & acrimoniae. Similiter in leui & graui uidentur, quum leuitas illi inde proueniat, quod larga & copiosa in tota eius temperie aerea insit substantia: grauitas uero quanto maior sit, tanto itidem syncerior terra existat. Terrae proprium est, quod igni admota non fundatur aut liqueat: id quod accidit plumbo, stanno, argento, & auro. Itaque quum terram audis ab argento nominari argyriten (nam ita nuncupant quidam illas quae ex metallis sumuntur) haud putes per totum terrae immistum esse argentum, aurum, aut ferrum, sed contingere, coniunctasque esse paruis terrae particulis immistas particulas paruas, in chrysite quidem, quae ab auro dicitur, auri: in argyrite, quae ab argento, argenti: in siderite, quae a ferro, ferri: easque ab igne in fornacibus suas, coire adinuicem. Eundem in modum quae uirtum continet terra, arenosa est. In arena enim potissimum eiusmodi substantiae frustula reperiuntur saepenumero parua. Et qui earum rerum periti sunt, conspectis arenis talibus haud difficulter cognoscunt, quantum ex eis colligi queat uirtu. Sed & auri quoque frustula exigua frequenter non paruo numero in quibusdam inueniuntur arenis. Verum non ex quauis arena, qui negotio huic sunt dediti, aurum uirtumque extrahunt, sed eas eligunt arenas quae quamminimo impendio plurimum congerunt. Siquidem post multos sumptus quos in fornacibus instruendis facere necesse est, si paulum modo colligeretur substantiae, damnosum id ipsis esset. Itaque quum in plurimis arenis auri uirtumque frustula parua contineantur, qui talia callent, non ad quauis accedunt. Ad eundem modum neque aes, aut argentum, aut ferrum, aut stannum, plumbumue ex quauis terra colligunt. Nec tamen ubi dictorum quodque ab admista terra separauerint, quae reliqua est, alijs terris est similis (quas passim sic ab omnibus nuncupari proposui, quae communem habent notam, quod irrigatae facile soluantur in lutum) nam terrae quae in metallis est, reliquiae lapideae sunt, nec macerari rigariae possunt. Dico autem rigari, per totam substantiam humectari: madescere uero, extrema tantum superficie madesieri, haud etiam in altum penetrante humore: illud *νεμεδοξ*, hoc *βριχεδξ* Graeci appellat. Sic fit cadmia, quam uocat, lapidea, nec ipsa rigari potis. Sed de talibus corporibus infra differetur. Nunc rursum ad medicaminosam terram reuertor, quae proinde quod aqua irrigata facile in lutu soluitur, terra appellatur: quia uero ea utimur uelut alijs medicamentis, idcirco non iniuria Graece pharmacitis, Latine medicaminosa sola uocatur, nempe quia aut sola est eiusmodi, aut euidentiore uim medicaminosam possidet. Id quod sane uerum est. Nominatur autem ampelites, non quod uitem in ea ferere praestat, sed quod uitu circumlita interimat nascentes in ea uermes, quos scripas apud nos uinitores

C uertantur nugas. Itaque de ijs lapidibus primum differam, qui mortarij aut cotis attritu in liquorem succum ue soluuntur.

Ciferis. Pumex.

Ceterum si pumex inter lapides recenseri potest, & ipse eiusdem est facultatis, quod certe ad abstersionem attinet, uelut etiam figulina testa, ac multo magis ea que fornacium est. Sed Smiris acrimonia quiddam obtinet: proinde causticis & delicantibus facultatibus additur, eis que curant gingiuas laxas, ac mollitie fluidas. Pumex autem si comburatur, haud erit inferior eisdem ad usus Smire.

De lapidibus qui in spongijs reperiuntur.

Lapides qui reperiuntur in spongijs, frangendi uim obtinent, non tamen ita ualida ut lapides in uestica comminuant: & qui id scriptum reliquerunt, mentiti sunt. Verum qui in renibus consistunt rumpunt, uelut qui ex Cappadocia conuoluntur, quos in Argeo nasci aiunt. Soluuntur autem hi in succum colore lacteum: ex quo liquet, quod extenuandi uim obtinent absque ut insigniter exalfaciant.

Ostracites.

Porro ostraciten uocatum lapidem predicare quosdam audio quasi desiccandi ualenter facultatem obtineat, temperatam ex adstrictione & acrimonia, uelut Geden nomine pupillas expurgare, & uberum testiumque phlegmonas sanare, ex aqua uidelicet inunctum. Attamen Cotis Naxia ramentum mammas uirginibus suo tempore prohibet tumescere, & puerorum testes, tanquam uidelicet particeps facultatis refrigeratoria.

Ophites.

Sed ophites quem uocat lapis extergendi confrigendi que uim possidet, eum etiam uitrum. Admodum enim ipsum ex uino albo ac tenui epotum lapides uesticae conterit atque confringit. Verum ipsum in lapidibus quispiam forte non numeret.

Iaspis uiridis.

D Proprietatem nonnulli lapidibus quibusdam testimonio suo adscribunt, qualem reuera habet Iaspis uirens, nempe stomachum adhaesu uentrisque os adiuuans. Ac nonnulli quoque annulis inserunt, scalpuntque in eo draconem radios habentem: uelut rex Nechepsus memoriae prodidit in sexto & decimo libro. Sane huius ego quoque lapidis abunde feci periculum. Torquem enim ex huiusmodi lapillis confectum a collo suspendi, ita ut lapides os uentris contingerent. Apparebant autem nihilo secius prodesse, etiam si sculpturam non haberent quam scripsit Nechepsus. Porro lapidem omphacitum uir fide dignus reuera iuuare morfos a uisera suspensum retulit. Sed eiusmodi facultates extra usum sunt methodo constantem: uelut etiam quum Hieracites & Indicus profluentem ex haemorrhoidibus sistunt sanguinem.

Sapphyrus.

Sed & Sapphyrus ictos a scorpione iuuare creditur.

Aphrofelinus.

Et aphrofelinus quem uocant, comitiali morbo uexatos: non tamen nos experti sumus. Sunt uero & alij lapides nonnulli, qui aduersus quaedam suspenduntur. Ceterum quidam characteres quosdam & literas inscriptas habent: sicut qui haemorrhoidibus congruit Hieracites: cuius nos fecimus periculum. Sed non est nunc tempus de illis differere, quae sola experientia fidem habent, ac non rationali quadam methodo in usum ueniunt. Aliud de his tempus erit & locus. Nunc autem ad id quod toto opere propositum fuit, reuertor.

Dioscoridis Thytes.

Omniun dictorum lapidum ualentissimam uim habet is qui ex Aethiopia affertur, quadantenus subuiridis, ut Iaspis quem uocant. Soluitur hic lapis in succum colore lacteum, gustu uero acrem, ac proinde illum nemo ocularibus miscet facultatibus,

A tatibus, nec fluxiones repercutientibus, neque ulcera sanantibus: sed tantum ad purgandum, & abstergendum quae pupillam offuscant absque phlegmone: ex quibus sunt cicatrices recentes, quas attenuare potest: sed & oculorum ungues (Graeci presyrgia uocant) utique si non admodum duri fuerint.

Iudaicus.

Est & alius lapis uiribus ualentioribus in Palaestina Syria proueniens, colore candido, specie concinna, lineas habens ceu torno ductas. Appellatur cum a loco in quo nasci consuevit, Iudaicum: utunturque ad uesticae lapides, in cote soluentes, & ex aque calidae tribus cyathis potui praebentes. Sane in quibus nos experti sumus, proficit nihil, quod ad lapides uesticae pertinet: uerum ad eos qui in renibus haerent, efficax est.

Pyrites.

Vnus eorum qui ualidam facultatem possident, est & pyrites quem uocant, quo utimur digerenti emplastro admisto: adicitur ei & schistos: ab hoc medicamine & pus saepenumero, & consistentia grumosa in spatijs intermedijs musculorum nata, per halitum digesta sunt. Ceterum ubi in usum uocantur lapides, admodum uelementer contuli, atque ad leuorem redacti sint oportet, similiter atque ea quae in ophthalmicas facultates admiscuntur. Etenim nisi pollinis instar comminuantur, adeo ut in profundum corporum quibus applicantur subeant, assimililes manent istis marinis, ac fluuialibus arenis, quae & ipsae communem omnium lapidum uim possident. Siquidem exiccant tumentem ab aqua inter cutem carnem, uidelicet laborante in eis exalfactis decumbente. Non tamen ad aliud quippiam eis utimur tanquam praedictis, puta ad ophthalmicas & sistentes tum sanguinem, tum muliebre profluentium facultates, praeterea ad glutinanda ulcera, cicatrice claudenda, carne implenda. Nam qui ex eis acres non sunt, ad haec omnia sunt utiles: uelut & acres, quorum posterius mentionem faciam, ad detergendum abstergendumque, tum detrahendum, extenuandum, digerendum, ualenterque siccandum, & colliquandum.

Phrygius.

Huius facultatis habetur & phrygius quem uocant. Sed eo semper utor combusto quidem ad ulcera putrida, idque aut ipso per se, aut ex aceto, aut cenomite, aut oxycrato: ad oculos uero medicamentum siccum efficiens: quod multi nunc acceptum a me obtinent. Miscuntur ei & alia quae piam. Dicitur autem de ipso in opere de componendis pharmacis: nunc satis est de generali eius facultate explicuisse: ualide enim desiccet, habens quiddam adstrictionis simul & mordicationis. Dicitur uero superius est, ea esse omnia optima medicamina, plurimique usus, quae mistas in sese haec facultates habent, nempe repercutientem, & digerentem.

Ageratus.

Est autem lapis ageratus quem uocant, quo utuntur coriarij, facultatis mistae, adstringentis scilicet, & digerentis. Sed de sola adstringente considerandum. Iuuat quidem euidenter columellas phlegmone grauatas: non tamen apertam gustu adstrictionem praefere aut acrimoniam conspicitur.

Assius.

Est & alius lapis in Assio proueniens, quem ob id ipsum Assion cognominant, non durus ut petrae. Siquidem color illi est pariterque consistentia ceu tophi, friabilis & laxus. Innascitur ei quiddam farinae tenuissimae simillimum, qualis in molarum partibus adherere uisitur. Appellatur hoc medicamentum petrae assiae florem. Est uero & subtile partium, ut sine morfu nimis molles carnes ac fluidas eliquet. Petra uero in qua nascitur, tamen uim habeat illi similem, actionis tamen uehementia inferior est. Hoc enim ea potior est flos, non tantum quod magis colliquet ac digerit, & uelut sale condita seruet, sed & quia haec praeter absque uehementi mordicatione. Habet & salfedinem quandam in gustu hic assiae petrae flos: ut coniectura sit

C illum nasci ex eo quod ros ex mari in petram residens, postea à sole desiccetur.

Gagates.

Est & alius lapis colore atro, qui ubi igni admotus fuerit, persatibilem bitumini odorem exhibet: quem Dioscorides nonnullique alij in Lycia inueniri prodiderunt, ad fluuium nomine Gagaten, unde & ipsi lapidi nomenclaturam inditam dicunt. Ego tamen cum fluuium non uidi, tamen si parua nauicula totius Lyciae littora legerim, quod uidelicet quae in ea sunt inspicerem. Crustaceos uero lapides, & qui in ignem additi exilem flammam ederent, complures ex Coele Syria asportauit, natos in colle mari mortuo, quod uocant, circumdato, qua orientem spectat, ut & bitumen est: et ratque lapidum odor similis bitumini. Vtebarque eis ad tumores in genu diuturnos, & aegre curabiles, mistis uidelicet facultatibus quae ad hoc symptoma probatae fuerant. Planeque uisum est mihi euidentiore earum facultate reddidisse. Miscui uero ipsum & Barbaro quam uocant: & palam medicamentum effectum est exiccantius, adeo ut & sinus contraheret, nedum cruenta uulnera glutinaret, ad quae competere maxime creditur. Est & alius lapis, cuius meminit Nicander hunc in modum.

Si lapis uratur candenti Thracius igne, &
Post madefiat aqua, flagrabit totus: at idem
Mox oleo affuso penitus restinguitur: adfert
Thracius hunc ad nos pastor de flumine, nomen
Cui Pontus.

Verum nullus eius in medicina usus est: neque Nicander praeter graueolentiam, quae suffitu feras fugat, quicquam ei adscripsit.

Magnites, quae & Heraclaea. Magnes.

Ex lapidibus unus est & magnites, & heraclea quam uocant, ad similem haematiti uim obtinens.

Arabius.

D Attamen arabius quem nominant, lapis elephantini similis, desiccantis abstergentisque facultatis est.

Alabastrites.

Et alabastrites uocatus uinguis in medicinae usum ingreditur combustus. Quisdam eum bibendum dant stomachicis.

Smiris.

Sed & smiris quod multam abstergentem habeat facultatem, clarum est uel ex eo quod dactyloglyphi, hoc est qui annulos exculpunt, eum in usum illo utantur. Quin etiam quod dentes pueros efficiat, experti sumus.

Haematites, Galactites, & Melitites.

Porro talium quoque unus est haematites quem uocant, à coloris similitudine id appellationis sortitus: sicut & galactites, quando & ipse in succum solutus, lacti similis conspicitur. Huic autem colori ad similem succum efficiens melitites à mellis similitudine, quod gustu representat, nuncupatus est. Porro ostensum in quarto horum commentariorum est, quod succus omnis dulcis à temperato calore talis euerniat, adstringens uero à frigore. Habebit ergo lapis haematites tantum frigiditatis, quantum habet adstrictionis: melitites uero calorem temperatum: mediam autem utrisque temperiem galactites. Merito itaque ausi sunt medici ocularibus facultatibus lapidem miscere haematitem. Ac solo eo uti possis supercilijs exasperatis, si quidem cum phlegmone aspera sint reddita, ex ouo ipsum diluens: ac si magis, etiam per decoctum foenigræci. Sin uero citra phlegmonem, ex aqua. Incipito uero semper à modice humido per specillum infundens. Vbi autem quod uires eius ferat conspexeris, magis ac magis crassum efficiet: ac tandem adeo crassum facies, ut specilli cuspide inungas secundum subiectionem aut euerisionem superciliij. Hic idem lapis similiter in cote contritus, sanguinis expuitioni competit, omnibusque ulceribus.

A bus. Porro siccus si ad tantum r edactus fuerit leuorem, ut pollinem tenuitate aequet, reprimit excrescentia. Atque eo nullus solo atque per sese utitur. Ego uero, uti proposito sui, usus sum facultate eius ex gustus qualitate comperta, quum mox experientia periclitari uellem, nunquid recte coniecissim. Et ipsa quidem oculorum ulcera solus per se cicatrice includit, ut paulo ante comprehensum est atritus, ceterum aut affusus, aut inunctus. Nam & id experientia exploratum habeo.

Schistos.

Huic lapidi persimilem uim obtinet, uerum infirmiore, is qui uocatur schistus, ac post eum galactites: at melitites caliditatis etiam non nihil, ut dixi, adiunxit: ut itaque unusquisque leuiter ac sensim ab haematitis facultate recedit, ita ad oculos in usum ducitur: est tamen mitior. Porro mitiora remedia partibus etiamnum phlegmone afflictis semper gratiora sunt atque iucundiora: ceterum liberis iam phlegmone partibus infirmiora quam per sanare ualeant. Porro quum lapidibus omnibus commune sit ut desiccet, quotquot ex ijs in succum soluti, aut alioqui ad leuorem triti, nullam continuo qualitatem in gustu obtinent, hos putandum est esse tum infirmos, tum mitissimos, tum minime mordaces. At qui manifestam gustui qualitatem offerunt, hi pro qualitate proportione potentiam possident: ac si quidem adstringant, ad comprimendum, constringendum, spissandum, & contrahendum. Si uero mordicent, ad excalfaciendum, digerendum, & liquandum. Medij eorum sunt qui abstergent citra mordicationem. Igitur haematites, schistos, galactites, ac melitites, in succu soluuntur quo posui modo, ad cotem aut mortarium attriti: quum sint & alij lapides in succum solubiles, ut qui in Aegypto nascitur, quo utuntur ad splendorem linteis conciliandum. Est autem omnium dictorum minime qualitatis particeps, nec adstrictionem, nec morsum, nec absterisionem praeseferens: quocirca hoc ipsum duntaxat lapidi huic inest, quod desiccet uidelicet: proinde cerato cum miscentes, ad cicatricem ulceribus induendam in mollibus corporibus usurpant. Sed & ocularibus miscetur facultatibus perinde ut modo dicti: at quanto est maiore emolliendi uis quam praedicti, quod nullam uidelicet effectricem qualitatem habeat, tanto etiam modorator est, minusque sentiri potest. Hunc lapidem quidam mortuorum, nonnulli graphida nuncupant.

Metallica medicamenta.



Metallica medicamenta appellare medicis mos est, quorum generatio in metallis est, siue spontanea, siue per fornacem facta. Et ad haec tertio loco sunt quae rursus homines ex his ipsis praeparant quouis modo, uelut cerussam, psoricum, sandyca, phycum. Deinceps itaque de singulis dicitur ea serie literarum, qua quodque nomen incipit. Verum illud primum de omnibus illis dicemus communi praefatione, qualem de lapidibus paulo ante habuimus, & his etiam superius de terra medicaminosa. Nam uti illis id inter sese omnibus commune est, ut desiccet, ita metallicis quoque medicamentis omnibus: est enim essentia eorum terrea, secundum elementaris uidelicet terre significatum nunc loquendo. Sed quemadmodum à nobis ex terra figulina dolia & fictilia, ollaeque, & alia eiusmodi parantur, per ignem, qui torrendo humiditatem absument, durata: eundem in modum in terra, caliditate diutina mistam ex terra & aqua, nonnunquam etiam aere, substantiam uniente temperanteque, ac postea desiccante, metallicorum medicamentorum proueniunt consistentia. Porro locorum in quibus haec proueniunt, natura, prout plus minusque est frigida, alia plus, alia minus congelat ac cogit. Quemadmodum itaque in terrae differentijs plurima inest essentia terrae elementaris, paulum uero aeris: ita in metallicis multum immixtum est igneae substantiae. In medio eorum sunt lapides. Proinde pleraque metallicorum medicamentorum alia semel aut bis, alia uero frequentius lota, idonea sunt ad desiccantes sine morsu facultates. Atque haec sunt communes rationes quas praescire oporteat. Deinceps uero dicentur

C quæ cuique singulatim sunt propria, idq̄ iuxta literarum, à quibus appellationes incipiunt, ordinem.

Hales. Sales.

Sal partim ex mari prouenit, in salinis uidelicet, quas Græci uocant halas, cuius & inter marina medicamenta mentionem facturi sumus: partim ex terra effoditur, Græci *ὄγκυρος ἀλάς* nominant, cōmuni metallicorum genere comprehensus, Vtriusque uis adsimilis est, siue fossilis sit, siue ex mari oriundus. De quibus & supra uerba fecimus libro quarto, eo loco ubi falsum ac falsuginosum saporem ab amaro distinximus. Ac nunc quoq̄ dicitur, quod aphonitri quidem amarus est & abstergens: falsus uero tanto in abstergendo inferior est, quantum accessit adstrictionis. Est enim ex duabus qualitatibus mistus, abstergente uidelicet, & adstringente. Porro quod magis gnopere uterq̄ desiccet, supra monstratū est: cæterū utriusq̄ in medio est spuma litri.

Armeniacum.

Armeniacum uim habet extergentem cum leuicula acrimonia, & leuissima adstrictione. Itaque tale quum sit, ocularibus miscetur facultatibus. Etriso per sese quoque ad pollinis leuorem redacto utuntur sicco ad pilorum in supercilijs incrementum, nempe ubi præ humorum acrimonia partim excidunt, partim uero nec crescunt, nec aluntur. Siquidem depastis his acrimonijs, in bonum naturæ habitum pars reducitur. Cuius quum alia sint munera, tum etiam producendi, incrementum præbendi, ac roborandi qui in supercilijs sunt pilis: quippe quum prima & ex professo quædam sint medicamentorum opera: quædam uero mediante natura, quæ animantium corpus dispensat, eduntur, uelut quæ in his ipsis calliblephara nuncupant. Ipsa enim partes oblatas mediocriter desiccant, pilos corruptentem humiditatem absumendo: quæ ubi abolita est, tum natura ad proprias redit actiones, nimirum sublatis quæ hæctenus impedimento fuerant.

Arrhenicum. Auripigmentum.

Arrhenice, siue arrhenicum (utroq̄ enim modo appellat) facultatis est causticæ, siue urentis, idq̄ tam combustum quam ustionis experts. Cæterum id constat ustione reddi tenuiorum partium. Vtuntur porro eo ceu adurente ad denudandam pilis partem quamuis. Verum si diutius inhæreat, nec cuti etiam ipsi parcat.

Aphrolitrum.

Aphrolitrum ab aphonitro differt. Litri enim aphros, hoc est spuma, medicamentum est exiccatorium, aspectu triticeæ farinæ similis. Etenim alba est, non ut alia petrae flos, cinericea. Aphonitrum uero farinæ speciem non habet, neque solutum est, sed congelatum & coactum: quo qui in balneis sordes exterunt, quotidie utuntur: ea detergendi facultate, ut non modò sordes extergeat, sed etiam pruritus sanet, nempe digerendis quæ ipsum excitant saniebus. Non abs re itaque medici ex eo multa digerentium medicaminum præparant. At spuma litri, eiusdem quidem cum litro tum naturæ, tum facultatis est, cæterum essentiæ tenuioris. Dicitur tamen paulò antè est, aphrolitrum in medio consistentem habere facultatem aphonitri & salis. Aphonitro enim sola inest uis extergendi, falsi uero etiam adstringendi multò magis, ac extergendi.

Gypsus. Gypsum.

Gypsum & ipsum ad communem omnium terrenorum lapidosorumq̄ corporum facultatem, qua desiccare dicta sunt, insuper hoc adiunctum habet, quod est facultatis emplasticæ. Vnitur enim ipsa ad sese, & cogitur lapidescitq̄ macerata. Quæ obrem siccis medicamentis, quæ ad sanguinis accommodantur eruptionem, utiliter commiscetur. Nam ipsa per sese lapidosa sit coacta ac congelata: proinde rigare diluereq̄ illam excogitavi tenui alboq̄ oui liquore, quod ad ophthalmias utile est, ad misto quod in farina triticea est pollinis tenuissimi, qui in parietibus molarum det.

A det, Excipere uero quod sic maceratum est, tenellis leporis pilis, aut qui perinde sunt molles, expedit.

Gypsum κεκαυμένον, hoc est deustum.

Gypsum combustum non æquè emplasticam uim habet, cæterū tenuiorū est partium, & ualentius desiccet. Quin & percussoriū est, maximè si maceretur oxycrato.

Diphriges.

Diphriges mistam habet tum qualitatem, tum facultatem. Habet enim in sese quiddam & mediocriter adstringens, & mediocriter acre: quamobrem ulcerum rebellium optimum medicamen est. Conuexi autem & huius medicamenti uim ingentē ex Cypro Solis, ubi metallum ab urbe abest quasi triginta stadijs. Proiectum enim erat in medio spatio ædium quæ ante metallum extructæ erant, & uici qui ei subiacet. Cæterum præfectus ac procurator metalli, id quod post cadmiam reperiretur, esse dicebat inutile, itaque abijci non secus atque ustorum in foco lignorum cinerem. Verum hoc mihi multò utilissimum factum est medicamentum, tum ad putrescentia oris ulcera, siue per se, siue cum melle cui detracta sit spuma: tum ad anginam, uidelicet ubi iam per adstringentium medicaminū auxilium constitit quod influebat. Præterea columellam ubi præsecuissem, ipso solo & statim, & usque ad cicatricem sum usus: ac frequenter exactè oclusam effecit cicatricem tum huius particulæ, tum omnium adeò exulceratorum. Sic in ulceribus omnibus pudendorum, atque ani. Vfus autem similis est ut in oris ulceribus: siquidem eæ partes eisdem ferè medicamentis gaudent, nimirum calidæ similiter ac humidæ. Verum hæc oratio iam tractatum de componendis medicamentis attingit. Ea itaq̄ ommissa, ad id quod propositum est pergamus, uniuersalem medicamenti cuiusq̄ facultatem exponentes, sicut sanè diphrigis diximus. Adijciam uero huic qui de illo habetur sermone, rem non modò de diphrige scitu utilem, sed & de lemnia sphragide, & pompholyge, & opobalsamo, & lycio Indico. Nam etiamnum adolescens didici hæc ita præparare, ut à ueris natiuisq̄ nihil differre uiderentur. Nam qui me docebat in genti mercede, homo curiosissimus erat, non in his tantum, sed & alijs similibus. Itaque in Lemnum, in Cyprum, in Palaestinam Syriam eo studio nauigauit, ut medicamentorum istorum cuiusq̄ uim magnam, quæ in omnem uitam meam satis forent, reponerem. Sed & lycium Indicum cum aloë Indica id temporis commodum accipere contigit, quum à Palaestina iter reflecterem: quum persuasum haberem, eo ipso quod à camelis cum tota sarcina aduectum esset, proculdubio esse Indicum: quodq̄ adulteratum haud nosci ab ijs qui portassent posset, propterea quod materia, ex qua id præparatur atque adulteratur, illis in locis haud nasceretur. Porro satis uisum est mihi, quibus rationibus ea adulterantur, haudquaquam adscribere, utpote quum homines scelerati in lucro ponant talia posse discere. Nec enim necessarium est cum uetorum ac germanorum notis ac indicijs, adulterandorum nosse compositiones, quum nihil ad ea discernenda conferant: imò optem, si queam, quæ à maioribus me perperam conficiendorum atq̄ adulterandorum medicaminum proditæ sunt compositiones omnes prorsum delere atque extirpare.

Thion. Sulfur.

Sulfur omne trahendi uim possidet, estq̄ temperamenti calidi, atque essentiæ tenuis, adeò ut ad multa uenenatorum animalium resistat. Siquidem ego aduersus turturum marinum & draconem sæpenumero eo sum usus: & quum id piscatores quosdam docuissem, reuerso post aliquantum temporis magnificè medicamentum hoc commendarunt. Vfus eius est ut & siccum ictui inspergatur, & cum salina mistum: nam quū & hoc excogitassent, ab experientia comprobari reperi. Sed & urina maceratum idem effecturum excogitauit. Docebam enim piscatores medicamenta maximè parabilia: dixi q̄ pulchre illos & cū oleo ueteri, & melle, & resina terebinthina usuros. Et sanè horum omnium experientia iudicium præstitit. Quin & psoras

C & lichenas, & lepras non raro hoc medicamento cum resina terebinthina sanant. Extergit enim omnes id genus affectus, absque ut in profundum repellat, quum alia multa medicamenta quæ illos curent, mistam habeant potentiam, nempe ut digerant pariter & repercutiant.

Ios. Aerugo.

Aerugo gustantibus acrem qualitatem offert, digerens, detrahens, & liquas non teneram modo, sed & duram carnem. Porro supra dictum est, nonnullos eius generis medicamenta, epulotica, hoc est quæ cicatricem inducant, appellare, quum ipsa tenuissimum pollinem tritis per specilli cuspidem contigerint ulcera excrecentia, ac postmodum contracta reperiant; tamen illos haud lateat, si paulo plus impositum foret, sese ulcus non contractum, sed erosum inuenturos. Siquidem colliquat & digerit carnem, quum medicamenta epulotica contrahant, consistant, constringant, & calli in morem illam indurent. Quin & gustum mordicat ærugo, non tantum ipsa ulcera. Quod si pauculum eius cerato non pauco admisceas, id quod ex ambobus mistum est, citra morsum extergit. Dictum uero supra est de talium medicamentorum natura, tum ut sese quidam fallunt, ex talibus compositionibus aut sarcoticam, aut epuloticam adscribentes facultatem medicamenti quibus minime oportet, utpote quum ipsa id præstare nequeant, uerum ea quæ ex ipsis composita sunt.

Cadmia.

D Cadmia fit ubi in fornacibus æs paratur, nempe tota terra ex qua æs generatur, in fornacibus in altum egerente uelut fuliginem quampiam, & fauillam, siue utcumque appellare libebit. At si non terram, sed lapidem nuncupare uelis, ex quo in fornacibus secernendo partim fit æs, partim cadmia, partim diphryges, nihil sanè retulerit. Sed & in argenteis metallis efficitur simili secretionem siue generationem, aut quomodo documque uocare uoles. Quin & ex pyrite lapide in fornacibus usto fit cadmia. Cæterum absque fornace in Cypro cadmia inuenitur: ac iure quispiam illam lapidem nuncupet. Itaque in Solis, quo tempore ego in insula peregrinabar, paucissimam etiam reliquam quum erat cadmiæ quæ in fornacibus prouenit. Verum lapidibus qui in montibus & riuis reperiebantur, à metallis præfecto acceptis, eos in Asiam Italiamque portari ad amicos: à quibus summam inibam gratiam, quod se uel maximum munus accepisse dicerent, ut quæ alia omni cadmia multo esset præstantior. Et talem certe mento quis lapidosam uocet cadmiam. At eius quæ combusta est, aliam botrytin, aliam placitin medici nuncupant. Botrytin quidem, quæ in editionibus domorum, in quibus fornaces extractæ sunt, uariis colligitur. Placitin uero, quæ in inferioribus. Ac liquet sanè botrytin partium esse tenuiorum, crassiorum uero placitin, utranque autem ut desiccandi, ceu alia metallica omnia, & lapidosa terrenaque. Porro præter desiccandi facultatem mediocriter item extergit. At tamen quæ in fornacibus colligitur, igneæ facultatis aliquid habeat necesse est. Merito itaque lauantes eam, medicamentum efficiunt mediocriter tum desiccans, tum extergens absque mordicatione, utile ad ulcera carnis impletionem poscentia, & in oculis, & in toto corpore. Porro ulcera magnopere humida aut putrescentia in corporibus impendio mollibus, quæ uia sunt eunuchorum, puerorum, ac mulierum, eiusmodi cadmia adiuuat. At in durioribus & compactioribus, quæ ualentius desiccant requiruntur. Itaque illud semper memoria tenendum, sermonem ad temperatam & mediam excessuum naturam in his quæ ita simpliciter efferuntur, referendum: puta quum dicimus medicamentum aut ulcera carne implere, aut cicatrice claudere, aut aliud quiduis eius generis præstare, ad quam utique & nos respicientes, leuiter desiccatoriam absterforiamque cadmiæ inesse facultatem dicimus. In caliditatis autem & frigiditatis differentia, temperata quodammodo existit cadmia, nempe neutrum insigniter efficiens.

Cinnabari.

Cinnabari modice acris facultate obtinet. Habet uero & adstrictionis quippiam.

Ciferis. Pumex.

A Pumicem si inter matallica recenscas, calumniabuntur quibus animus prurit acculandi libidine: & si inter lapides ponas, lapidem esse negabunt: ac multo minus terram esse concedent, nec marinorum haberi quodpiam uolent. At qui alicubi tamen de illo dicendum est: quippe qui in sarcotica indatur medicamenta, & ea quæ dentes extergunt, partim uisionem non expertus, partim etiam uisus, quando uidelicet, alijs omnibus combustis similiter, substantia efficitur tenuioris. Cæterum uisione quiddam acquirit acrimonia, quam rursum lotionem exiit. Videri autem poterit splendorem conciliare non tantum facultate, sed etiam asperitate: uelut etiam si simitum, aut testam, aut hoc genus quippiam tritum admoueas. Quæ certe & ipsa splendorem afferunt, forte utroque, tum quia detergen di habeant facultatem, tum quia asperitatem. Eundem in modum cornua deusta dentes splendidos efficiunt.

Conia. Lixiuum ex cinere.

Lixiuum. Abluto cinere sit lixiuum. Cinerem autem, ustorum corporum reliquias Latini nuncupant, siue natura sint lapidea, siue arborum animaliumue particule. Fit ergo lixiuum pro eius quod eluitur natura: eius quidem quod empyreuma, siue igneam naturam habet acerrimam, ipsum quoque acerrimum est: eius quod tale non est, etiam moderatius. Quare & septicis uocatis facultatibus commiscetur, utpote causticam caliditatem possidens, sed propter substantia tenuitatem citra dolorem adurens.

Cyanos. Cæruleus.

Cyanos siue masculino, siue foemino genere pronuciare uelis: hoc medicamentum acris facultate est tum detrahendi, quam *καθαρτικόν* uocant, tum digerendi, potiore quam Cinnabari. Inest quoque ei nonnulla adstrictio.

Lepis, id est squama aeris & ferri.

Squama alia est aeris medicamentum, multo utilissimum: alia ferri & stomomatidis. Quædam uero nominant & helitin lepida siue squamam. Omnes sanè uehementer desiccant. At inter sese diuersæ sunt, tum quod alia magis, alia minus exiccat: tum quod alia crassioris, alia tenuioris sit essentia, quodque plus minus uel adstrictionis sint particeps. Helitis certe principem in desiccando locum obtinet. Nam & subtilissimæ omnium substantia est, nimirum quæ & æruginis non nihil assumpserit. Maiorem obtinet adstrictionem squama ferri, & hac etiam maiorem stomomatidis: quamobrem ad contumacia ulcera meliores sunt quam squama aeris. Detrahit & liquat carnem potentius squama aeris, & hac etiam ualentius helitis. Omnes autem squamæ non infrenue mordaces sunt. Ex quo clarum est, quod essentia ipsarum consistentia non admodum tenuis est, sed potius crassa. Siquidem inter ea quæ eandem uim obtinet, minus est mordax quod est tenuius: ceu superioribus libris ostendimus.

Lithargyros.

Lithargyros desiccatur quidem uelut alia omnia metallica, lapidea, terrenaque medicamenta, uerum omnium id efficit moderatissime: & secundum alias tum qualitates, tum facultates quodammodo in medio est, neque manifesto exalfaciens, neque refrigerans: modica tamen adstringendi abstergen dique facultas ei inest: quamobrem inferior est & sarcoticis medicamentis, quæ mediocriter extergentia ostendimus, & contrahentibus atque adstringentibus. Cæterum ad intertrigines femorum utilis medela est: quandoquidem utriusque iam dictæ facultatis leuiter est particeps. Iure itaque medij ordinis in metallicis habebitur. Proinde ea frequenter utimur ceu materia miscentes quæ ualentem facultatem obtinent siue mordicantem, siue adstringentem, sicut in liquecentibus ad pleraque medicamenta ceram adhibemus tanquam materiam, quia scilicet & ipsa quodammodo medium tenet eorum quæ ualentem facultatem possident.

Nitrum.

Nitrum dictum est supra in medio esse aphronitri & salis uirium: ceterum ustum propius ad aphronitrum accedit, utpote ex uisione tenuius redditum: desiccatur itaque ac digerit: & si intro in corpus sumatur, secat & extenuat crassos lentosque succos potentius multo quam sal. Aphronitrum uero, nisi grauis urgeat necessitas, deuorandum non est, nimirum inimicum stomacho: quandoquidem plus etiam litro incidit. Sanè ad fungos suffocantes rusticus quidam uti eo assolet: & semper profuisse probatum est. Ceterum nitro usto simul & non usto, & multo etiam magis eius spuma in talibus uti consueuimus.

Melanteria.

Melanteria ex medicamentis est multum adstringentibus, cum hoc quod omnia propemodum adstringentia tenuitate exuperet.

Melan graphicum. Atramentum scriptorium.

Atramentum quo scribimus, admodum & ipsum desiccatur aqua solutum: ulcera autem igni ambusta protinus illitum iuuat: at si acetum quoque habeat, multo magis.

Misy.

In metallo Cypri, cuius modo mentionem feci, in montibus Solorum, domus erat ingens, cuius ad parietem dextrum, sed ad nos utique qui ingrediebamur, sinistrum, descensus erat in ipsum metallum, in quo quasdam conspexi in longissimum porrectas ueluti zonas alias super alias, numero tres: infima erat ipsius foreos, super quam erat altera chalciteos, suprema misyos. Ceterum id temporis praefectus metalli, his commonstratis: Sicut, inquit, nunc aduenis in cadmia fornaciarum inopia, ita horum trium admirandas has uides diuitias. Itaque ego ingenti eius accipere pondere, primum quidem in Asiam, deinde Romam attuli, & usque modo habui, elapsis iam annis plus minus triginta. Et forte quadam absolutum fuit hoc opus ad usque octauum librum ante annos uiginti, nec adiectus fuit nonus, partim quod lapides quosdam nondum conspexissem, partim ob alia negocia quae mihi interea temporis obuenerunt. Nunc autem quum nonum hunc librum ceteris adde- re pararem, interea forte fortuna mihi accidit res spectatu longe pulcherrima, ac si quisquam eam studio ac industria magno cum artificio effecisset. Nam quum misy opus haberem ad medicamen quodpiam praeparandum, bolum eius accepi, quantum ferè plena manu teneas, qualem sanè consistentiam misy non admodum solet habere, quum in parua frustula diuidatur. Miratus itaque insolitam eius condensationem, bolo fracta, extimum quidem misy circumquaque reperi eius quod intus erat uelut efflorescentiam. Porro sub eo, inter chalcitum uidelicet & misy, quiddam erat medium uergens ex chalcite ad misy, ex dimidio iam commutatum: principio enim bolum fuerat chalciteos, ceterum quod in alto erat, perfecta erat chalcitis, nullam dum alterationem experta. Hoc igitur ubi uidissem, cogitatione repetens & in metallo ita super chalcitum nasci ipsum misy, ut arugo super aes, in mentem subijt in spere quod seruabatur adhuc apud me reliquum ipsius foreos, nunquid & ipsum uel iam accepisset mutationem in chalcitum: & quadam certe apparuit suspicio, ut uideretur & ipsum forte longo tempore mutationem in chalcitum posse accipere. Itaque mirum non est, tria haec medicamina eiusdem genere facultatis esse, sicut dico & chalcitum, & misy, tenuitate & crassitudine inter se diuersa. Crassissimum enim est inter ipsa sori, tenuissimum misy, mediam utriusque facultatem habet chalcitis. Adurunt uniuersa haec tria, & escharas quas uocant efficiunt. Attamen etiam si urant, non nihil quoque adstringunt. Ceterum misy ad motum corporibus duris minus chalcite mor- dicat, tamen ea non minus sit calidum: uerum id habet beneficio tenuitatis. Porro quum utraque haec in decoctionibus fundantur, & magis chalcitis quam misy, sicut tamen non liquefcit, nimirum quod lapidosius sit ac uehementius compactum, sicut

A rursus misy quia à congenito calore elaboratius est, ac proinde siccus chalcite, idcirco merito quoque acrius liquefcit.

Molibdæna. Plumbago.

Molibdæna similem lithargyro uim possidet, tantum à media temperie ad frigiditatem paulum quid recedens. Sed nec abstergentis facultatis est particeps. Vtraque autem haec medicamina liquari possunt, ac non ut lapides, & cadmia, & arena liquantur tamen etiam admista aqua, sed diutissima coctione. Porro ceu in Cypro Cadmia, quae in montibus & riuis nascitur, accipiebam, quae & ipsa lapidis, ut dixi, species est: ad eundem modum Molibdanam cum multis alijs proiectam conspexi in uia quae ad Ergasteria ducit à Pergamo. Vocatur autem Ergasteria pagus quidam in quo & metalla sunt, inter Cyzicum & Pergamum, quadringentis & quadraginta stadijs distans à Pergamo.

Molibdos. Plumbum.

Plumbum facultatis est refrigeratoria. Siquidem non modo multam habet substantiam humidam à frigore congelatam coactamque, sed & aëriam, paucam autem terream. Igitur quod plurimum habet essentiae humidae à frigore coactae, indicium tibi esto, quod ubi ad motum est igni, celeriter fundatur fluatque. Quod uero & aëriae sit particeps, hoc habeto signum. Omnium quae nouimus, unicum plumbum tum mole ipsa, tum pondere augetur, si condatur in aëdibus subterraneis aërem habentibus turbidum, ita ut quaecumque illic ponantur, celeriter situm colligant. Tum etiam plumbea statuarum uinacula, quibus earum pedes annectuntur, saepenumero creuisse uisum est, & quadam adeo intumuisse, ut ex lapidibus dependere crystalli modo uerrucae. Atque haec probabiles quidem sunt humiditatis eius frigiditatisque notae, prius quam experiaris: ceterum scientificae & certae per experientiam cognoscuntur. Praeparato igitur mortario, simulque pistillo, utrisque ex plumbo, infunde quemlibet liquorem, itaque terito ut & pistillus, & plumbeum mortarium succum quendam reddat: id quod ex utroque constabit, multo erit frigidius quam liquor ipse fuerat. Licet autem & aquam, & uinum tenue aqueum, & oleum iniicere, aut quiduis eiusmodi. At si etiam plus efficere succum uoles refrigeratorium, oleum omphacinum sit, aut rosaceum, aut melinum, aut myrtinum. Porro si succo qui proueniet uti uoles, optimum habebis remedium & ad phlegmonas in sede cum ulcere aut rugis, & ad eas quae in pudendis, testibusque & uberibus consistunt, similiter aduersus ceteras omnes fluxiones incipientes, quae aut in inguina, aut in pedes, aut in alium quemuis articulum decumbunt. Sed & ulceribus rebellibus uale est. Nam ad caneros eo utens uirtutem medicamenti mirabere. Quod si celeriter multum succi plumbei uoles colligere, conare in sole terere, aut quocumque certe modo aëre excofacto. Multo autem utilissimum habebis medicamentum, si ad usum refrigerantium succorum quoptiam teras, ceu semperuiui, cotyledonis, intybi, lactucae, chondriles, psillij, omphacis, portulacae. Porro si qua horum non facile in succum soluantur, uelut portulaca, misceto illis aliorum succorum quempiam, uelut omphacis: qui & ipse per sese praedicto mortario inditus medicamentum efficit refrigeratorium longe pulcherrimum. Quin & in laminam diductum plumbum ipsum per sese athletarum sese exercitantium lumbis insternitur, ubi ueneris somnijs uexantur scilicet: nimirum haud obscure eos refrigerans. Sed & bractea tenuis probe ganglio illigata plane ipsum dissipat. Illigabit autem probe quisquis ab Hippocrate didicerit in ipsam noxam potius firmandum, quam hinc uel inde. Mirum ergo non est, si plumbum crematum, ac rursus ablutum, refrigerantis efficiatur facultatis, quum ante lotionem mista fuerit. Et hoc ipsum medicamen, nempe plumbum combustum, bonum est ad ulcera rebellia. Vbi uero lotum fuerit, multo optimum medicamen est & ad ulcerum impletionem, & ad eadem cicatrice obducenda. Conuenit & Chironis quae uocant ulceribus, & caneros omnia

C bus, tum ipsum per sese, tum medicaminum ad cicatricem perducentium, quibusdam commistum, quale est quod ex Cadmia conficitur. Cæterum soluendum est principio, si copiosa sit sanies, quotidie: si minus, tertio aut quarto quoque die. Verum foris spongiam imposito aquæ frigidæ: quæ si desiccetur, rursus mergatur. Sed hæc fusi-
 us quàm pro instituto diximus, plusculum sermonis affinitate prouecti. At tempus iam est sequentia deinceps persequi.

Ostracon. Testa.

Testa desiccandi uim possidet, atque abstergendi, maximè quæ ex fornacibus est, quod uidelicet testa sit. Quocirca Emplastrum quæ uocant Hephæstiada, ex hac præparata uidelicet, optimum est medicamen inducendæ cicatrici.

Pompholyx. Spodium.

Pompholyx fit & in aris fornace, uelut & Cadmia, fitque & dū in fornacibus Cadmia uritur, ut in Cypro. Quū enim præfectus ad aris fornacem instructas res nō haberet, præcepit ex ipsa Cadmia præparari (presentibus atque inspectantibus nobis) pompholyga, uidelicet minutis Cadmiæ fragmentis in ignem coniectis, qui ante aram iacebat follem. Camera erat incurua, nusquā pertusa, sed integra, quæ egestam ab usta Cadmia fauillam excipiebat: quam ubi collegissent, habebant pompholyga. At quod reflectens in pavementum recidebat, spodos est quam uocant: quæ plurimè ubi æs in fornacibus uritur, colligi assolet. Quidam eam spodium neutro genere pronunciant. Cui uidetur similem habere facultatem quod uocant Antispodium. At ego illo usus sum nunquā, quum large mihi semper pompholyx suppeteret. Nec enim quisquam ubi hæc adsit, spodio uti uelit, nedum antispodio. Est autem pompholyx medicamentum prope omnium quæ circa morsum desiccant, si elota fuerit, præstantissimum: quamobrem ad ulcera cancrosa idonea est, & ad alia omnia maligna. Itaque inditur collyrijs quæ ad oculorū imponuntur fluxiones, quæque bullas siue pustulas in eis natas curant. Præterea ad pudendorum ac sedis ulcera optimum est medicamen, nimirum sine morfu desiccans. Sed non est huius negocij, in istis diuiti-
 us immorari.

Sandarace.

Sandarace urentis est facultatis, ceu Arsenicum quod uocant, Meritò itaque cum digerentibus facultatibus commiscetur, atque extergentibus.

Sandix.

Sandix qua sit facultate prædita, in sermone de psimythio explicabitur.

Scoria.

Scoria omnis resicatorium medicamen est, potissimum autem ferri. Siquidem ad leuorem redigens ipsam in aceto quamacerrimo, posteaque decoquens, ad aures quæ longo iam tempore pure fluxerunt, ea uitor pro medicamento maximè exiccatione, adeo ut mirentur qui præparantem me uident, & ante rei periculum fidem non habeant, aures tale posse ferre medicamen. Porro argenti scoriā proprie helcysma appellat. Verum emplastris quibusdam resicatoriæ facultatis commiscetur.

Stimmi.

Stimmi: ad facultatem desiccantem adiunctam habet hoc medicamen adstrictionem: quamobrem & ocularibus medicinis commiscetur, & illis scilicet quæ confortantur in collyria quæ uocant, & siccis, quæ utique sicca collyria cognominant.

Stypteria schiste, & strongyle, & hygra. Alumen fissile, rotundum, & humidum.

Stypteria: huius medicamenti nomen ab adstrictione deductum est: nam adest illi uehementissima. Cæterum quum sit crassarum partium, tenuior quodammodo est quæ uocatur schiste, hoc est fissile: proxima est strongyle, & astragalote. Admodum autem crassa est tum liquida, tum placites, & plinthites appellata.

Titanos.

Titanos. Calx.

Calx, uiua quidem, quæ *ἄσβησος* Græcè dicitur, uehementer urit, adeo ut crustas efficiat: extincta uero protinus etiam crustam molitur & ipsa: at post diem unum aut alterum minus urit, minusque inducere crustam potest. At uero temporis progressu prorsum nec crustam quidem gignere queat, tametsi etiamnum calcificat, carnemque liquet. Porro si lauetur in aqua, suam mordacitatem exiit, efficitque nuncupatam Græcè *ἄσβησος*, Latine lixiuium. At ipsa absque morfu resiccatur: ac si bis terque, aut amplius abluta fuerit, plane mordacitatis expers constituitur, ac strenue absque mordacitate exiccatur.

Hydrargyros.

Hydrargyros non est ex sponte nascentibus medicamentis, sed ex ijs quæ præparantur, uelut psimythium, ærugo, psoricum, lithargyros. Nullum autem eius feci periculum, neque quod interimat si deuoretur, neque ubi foris admota sit.

Phycos.

Phycos cuiusnam sit facultatis, ubi de psimythio agetur, exponam.

Chalcanthos. Atramentum sutorium.

Chalcanthos, Forte fortuna & chalcanthum in chalcitum transire conspexi. Asportauit enim ex Cypro & huius medicamenti ingentem copiam. Extimum eius omne post annos plus minus uiginti chalcitis effectum est, intima eius parte chalcanthi speciem seruante. Quamobrem & usque in hunc diem quod sic mutatur asseruo, obseruans dum ad imum usque uoluentibus annis procedat mutatio, ceu chalcitidis quod que in Misys: ut est ante positum. Cæterum mirari subit de hoc medicamento, quo pacto uehementissimæ adstrictioni admista est caliditas non instrenua. Cõstat ergo quod omnium maxime condire seruareque carnes humiditas potest, nimirum caliditate humiditatem absumens, atque adstrictione substantiam contrahens atque constipans. Hoc enim opere non nihil etiam humiditatis ipsius exprimit. Constringit uero, desiccatur, atque contrahit in sese totius substantiam carnis. Porro quo tempore in Cypro diuersifabar, hunc in modum medicamentum hoc colligi conspexi. Domus erat magna quidem, sed humilis, ingressui in metallum obiecta. Ad parietem autem domus intratum, qui erat ingredientibus dexter, effossus erat specus in continentem collem, ealitudine, ut tres sese uiri in eo contingerent: tanta uero altitudine, ut uiro summè procero recto liceret incedere. Specus hic decliuus quidem erat, sed non planus, uerum multis locis præruptus. Porro ad finem eius quasi in stadium porrecti, lacus erat aquæ uiridis & crassæ, calore tepenti. At in toto descensu calor similis qualis in primis balnearum adibus percipitur: quas, quod in eis corpora præmolliri soleat, pro malacteria appellare consueuerunt. Aqua uero quotidie guttatim ex pertuso colle destillans, quatuor & uiginti horis totius diei ac noctis colligi assolet ad amphoras Romanas quasi octo. Eam uincti quidam in piscinas quasdam quadratas fictiles in domo ad ingressum posita sitas efferebant, in quibus paucis diebus cõrescebat fiebatque chalcanthos. Mihi uero ubi ad terminum effossi specus descendissem, ubi uidelicet tepida hæc uiridisque aqua colligitur, aris odor uisus est suffocans, & toleratu difficilis, chalcitum æruginemque redolens. Et aqua quoque gustu præferabat qualitate eiusmodi. Eapropter & nudi, & cum summa festinatione amphoras uincti exportabant, nec longiore moram perferre poterant, sed celeriter recurrebant. Accensi autem erant medio crebris in specu intervallis lychni, qui nec ipsi longo tempore durabant, sed celerissime extinguebantur. Hunc ergo specum pedetentim excauatum multis annis, ab ijs tunc didici. Hæc enim, inquebant, aqua uiridis quam uides ex colle in lacum manantem, sensum se ipsa minor effici assolet. At ubi prope adest ut desinat, rursus dicitur, quod conueniens est ipsius collis, per fodere pergunt: euenitque aliquando olim ut subito quicquid perfossum esset concideret, omnesque ad unum occideret, ac totam uiam corrumpere. Id ubi fit, alio foramini fodiendo eoulsque insistent, quoad rursus aqua illis adsit. Hæc habui quæ tibi de chalcantho exponenda censere, & sane fortasse non

C necessaria, cæterum quæ scire præstaret quàm ignorare. Memineris autem, quod ad sinistram manum ingredientibus conspectum nobis dixerim metallum foreos, chalciteos, & misyos: ut ex his conijcere liceat, aquam pluuiam totius collis terram illam coluere atque ablucere: ex qua sponte quidem fiebat fori, misy, & chalcitis: & per fornaces æs, cadmia, pompholyx, ipodium, & diphryges.

Chalcitis.

Chalcitis: dictum de ea est in sermone de Misy: nunc autem tantum dixisse sufficiat, quod mistas habeat adstringentem acremque facultates. Cæterum uincit acris, ut quæ adeo est uehemens, ut carnem urat, uocatamque escharam efficiat. Vstum hoc medicamen minus quidem mordicat, cæterum non minus desiccatur: sed & adstrictio nis non parum remittit. Itaque undequaque melior est chalcitis usta quàm quæ non usta est, nempe partibus tunc quidem tenuioribus, ceu alia omnia combusta, uerum haud assumpta acrimonia, uelut in alijs multis accidit. Didicisti porro, quod usta omnia si lauentur, moderatiora reddantur, minusque mordacia.

Chalcos cecaumenus. Aes ustum.

Aes ustum habet & acrimonia quamdam: sed & adstrictio nis est particeps. Proinde si lauetur pulcherrimum est medicamen inducendis cicatricibus: quanquam id ipsum præstare & antequam lauetur possit, potissimum in carne duriore: alioquin in molliore commodius est quod ablutum est.

Chalcu anthos. Flos aris.

Flos aris tenuioris essentia est quæ aut æs ustum, aut squama. Merito itaque ex eo factis collyrijs extergunt auferuntque superciliorum magnas asperitates, quas uocant sycosas.

Chryso colla.

D Chryso colla: & hoc medicamentum ex ijs est quæ carnem liquant, non tamen ualenter mordicat, quanquam sit facultate admodum digerente desiccanteque. Igitur quidam id modum quod in metallis inuenitur ita nominant: alij uero id quod in aëreo mortario pistilloque aëreo ex pueri urina præparatur, id quod quidam inter æruginum differentias numerant. Satis uero est ipsum præparare tempore æstiuo, aut certe aëre prorsum calido, urinam in mortario terentes. Præstat autem æs, ex quo mortarium pistillumque conficiat, rubrum sit. Nam quo æs mollius fuerit, eo plus circumagendo pistillo deteritur. Hoc medicamentum aptissimum est ulceribus contumacibus, tum per se, tum alijs mistum, ut in opere de componendis medicamentis referetur. Nunc autem id nouisse satis est, quod quanto plus quàm chryso colla metallica desiccatur, minusque mordicat, tanto eam ipsam excellit tenuitate. Ipsam tamen chryso collam illam si uras, multo tenuiore efficiet.

Psimythium. Cerussa.

Psimythium: & hoc medicamen testimonium præbet modo dictæ facultati. Nam si ex acri aceto soluat, gustu tamen neque acere erit, neque mordax, sed emplasticum & refrigeratorium: facultatis ærugini dissimillimæ: tamen & illa conficiatur aceto æs dissolvente. Porro cerussa adusta, in sandyca quam uocant transit, medicamentum seipso tenuius, nondum tamen exalfaciens. Phycos autem seruata cerussæ frigiditate tenuitate assumptis, ut per eam in profundum altumque corporum quibus admouetur, uis eius penetrare ualeat.

Pforicum.

Pforicum. Conficitur hoc medicamen dupla chalcite admixta lithargyro: antequam utriusque aceto acerrimo solutis, sicque in ollam nouam coniectis, quam fimo æstate media diebus quadraginta obrutam sepelies. Hoc medicamen desiccatorium est, si minus chalcite mordax: nimirum quum partibus sit tenuioribus.

Theodorico Gerardo Gaudano interprete.



Nihil eorum quæ nunc dicenda ueniunt, magnopere iuuare poterit eos, qui ea quæ principio huius tractationis, primis uidelicet quinque libris tradita sunt, ignorat: imò quædam fortassis nonnulla occasio erunt illi, qui quum scriptis hic medicamentis uti uolet, rationem tamen ac methodum non habeat. Tanquam itaque illa didiceris, ita tecum uerba facia, repetita totius tractatus summa. Ostensum est, medicamenta, quæ effectibus nominatis qualitatibus agunt, nempe caliditate, frigiditate, humiditate, & siccitate, harum mixture effici acerbam, austeram, saluam, saluginosam, amarum, acris, dulcia, præterea extergentia, repercussoria, attrahentia, emollientia, urentia, septica, crustifica: ad hæc secundum alias actiones magis speciales sarcoptica, synulonica, glutinatoria tum fistularum, tum ulcerum, aut carnis excrescentiam detrahentia. Ostensum quoque est, quo pacto uniuersalis facultas experientia unica demonstratorie inueniatur, nec ea uulgari & quauis, sed quæ cum dictis adhibeatur limitationibus. Cæterum inuenta semel facultate uniuersali, nulla in super experientia opus esse ad particulares actiones, nisi ad confirmationem eorum quæ ratio reperit. Sic ergo nunc quoque iudicium faciamus propositæ materiae, quæ est ea quæ ab animantibus accipitur. In tribus enim libris qui insequuntur quintum, nempe sexto, septimo, & octauo, materiam ad plantas attinentem exposuimus, non sane omnem quæ uniuerso terrarum orbe reperitur, sed quantum nobis experiri eius datum est. In superiore uero qui est totius operis nonus, eam quæ uersatur in terrosissimis ac lapidosis, enarrauimus. Reliquum porro nunc est, ut eam quæ ab animalibus sumitur materiam, diuidamus. Deinde reuertantur quæ in mari, paludibus, aut omnino in aqua nascuntur, quæ quidem neque plantæ, neque terra, neque lapis, neque animal sunt. Ea planè paucissima sunt, & ultimo loco scribenda, postquam uidelicet quæ ad animantium corpora pertinent, absoluerit. In quibus is doctrinae ordo seruabitur, qui in nomenclaturarum primis uisitur literis. Porro sicut in plantarum materia etiam de succis, qui ex ipsis sunt disserui, ita nunc quoque non solum edocebo solidarum in animalibus partium facultatem, sed eorum quoque quæ in ipsis continentur, puta pituitæ, bilis, sanguinis, urinae, stercoreis, & similia. Igitur in ijs quæ superius sunt dicta, haud ita multa particularia eorum quæ in materijs conscripta sunt à medicis, ignota mihi fuerunt: uerum opera dedi, ut ipse per experientiam facultates eorum cognoscerem. Quod si quid ignorabam, planè nec de illo quicquam conscripsi, haud credendum alijs censens, ne de uno quidem eiusmodi, quod certum habeam nonnullos multa mentiri. At in præsentia materia non ita se res habet. Ingenuè siquidem fateor, complura esse tum partium, tum liquorum in animantium corporibus comprehensorum, quorum nullius eiusmodi feci periculum, cuiusmodi quidam scriptum reliquerunt. Siquidem quædam eorum abominanda detestandaque sunt, quædam etiam legibus uetita: de quibus haud scio quo pacto scribere relicuit Xenocrati, homini non olim nato, sed proauorum nostrorum seculo, quum imperium Romanum hominibus uelut uetisset. Atque ille sanè, tanquam ipsemet fuerit expertus, magna profecto fiducia scribit, quosnam affectus curare ualeat comsum cerebrum, aut carnes, aut iecur humanum: quos autem capitis, suræ, & digitorum ossa partim usta, partim ustionem non experta: quæ denique & sanguis. Sed hæc sanè tametsi contra leges sunt, non tamen sunt foeda atque abominanda. At potio sudoris, aut urinae, aut mensium mulieris, abominanda detestandaque est: atque horum in primis sterces: quod tamen scribit Xenocrates, si oris ac gutturis partibus

C inungatur, & in uentrem deuoretur, quid præstare ualeat. Scripsit etiam de aurium
 sordibus deuorandis. At ego ne has quidem unquam deuorare sustineam, ne si in to-
 tum quidem morbo deinceps liber degerem. Atque his etiam magis abominandum
 puto sterco. Estque probrum grauius homini modesto audire κοπροφαγόν, hoc est ster-
 coriuorum, quam fellatorem aut cinædum: & inter fellatores magis execramur qui
 phœnicissant, quam qui lesbiantur. Cui non dissimile mihi uidetur perpeti qui men-
 ses bibere sustinet. Itaque horum nemo periculum facere non auerfabitur, hominum
 certe secundum naturam habentium: neque insuper que tamen modestiora uidean-
 tur, tamen etiam fœda sunt, nempe partem aliquam corporis stercore inungi perpe-
 ti, ob affectum scilicet si quem patiat: aut humano semine, id quod γόνον, hoc est
 genituram, appellare solet Xenocrates: summæque diligentia distinguit, quam
 ipsa genitura sola illita, quæ uero ubi ex sinu mulieris post coitum uiri effluxerit. Nam
 ingens sit medicamentorum penuria oportet, ubi quis quod chimethla, siue pernio-
 nes curet, uiri semen conquirere cogitur, quod in mulicris congressu intus non re-
 mansit, uerum effluxit, atque effusum est. Atque pleraque sanæ eiusmodi materiæ
 species est in ijs, quæ de utilitate ab animalibus percipienda, ab illo sunt conscripta.
 Siquidem non quam uim habeat epota urina, aut deuoratum illitum uel oris partibus
 sterco duntaxat hominis enarrat, uerum etiam aliorum cuiusque animatum, atque
 alia etiam non pauca rarorum & paratu difficilium, puta quum elephantum aut equum
 Niloi meminit. Nam bestiam seu feram regiam, quam uocant βασιλικόν θηρίον, ne ui-
 dere quidem unquam contigit: & si uera sunt quæ de illa referuntur, periculosum
 etiam est uel propere accedere ad hoc animal. Non dissimilia ijs quæ à Xenocrate scri-
 pta sunt, & ab alijs prodita sunt de animalibus, ex quibus & ipse Xenocrates pleraque
 exscripsit. Nam unde illi tantarum taliumque rerum experiundarum fuisset copia? Sane
 rex quondam noster Attalus quum ambitiosissime talia ad experientiam conquire-
D ret, tamen pauciora scribere conspiciunt. Porro quidam Ateuisti eandem tractatio-
 nem commendans, enarrandam mihi tradidit: cæterum iudicio meo nec illa quidem
 etiam ita ab illo conscripta est, ut omnia ipse fuerit intuitus, oculisque suis præfens con-
 spexerit. Proinde nec ego basiliscorum, aut elephantorum, aut equorum Niloorum,
 neque alterius cuiusquam, cuius ipse periculum non fecerim, meminero. Porro φιλοσοφία
 ἀγωγίμων, ἀνεροπομπῶν & μισθίων (ex industria enim ipsa illorum nomina recensita)
 planè nec si abunde illa forem expertus, mentionem facere in animum inducere, se-
 cuti nec letalium medicamentorum, aut ut ipsi uocant, παθοποιῶν. Nam illa sanè ridicu-
 cula sunt, cōstringere ac uincire aduersarios, ut in iudicio nihil possint eloqui, aut gra-
 uidæ abortum afferre, aut ut ne unquam deinceps concipiat efficere, & quæcunque
 eius sunt generis. Sanè horum pleraque uel antequam facias periculum, scire licet esse
 impossibilia, quædam uero possibilia, cæterum uitæ mortalium noxia. Itaque ego per-
 deos, admiror, qua cogitatione, quoue consilio ad ea scribenda quidam accesserint.
 Nam quæ uiuentibus dedecori atque ignominie sunt prodita, quo pacto sibi post mor-
 tem gloriæ fore sperarunt? Itaque si regia potestate præditi in hominibus morti conde-
 mnatis illa experirentur, nihil graue committerent. At ubi totam uitam degunt priuati,
 atque eiusmodi potestatis expertes ad ea scribenda accedunt, duorum alterum necesse
 est: Aut enim si experti non sunt, ea conscribunt quæ ipsi ignorant: aut si experti sunt,
 hominum omnium sunt uel impijssimi, qui experiendi gratia hominibus innoxijs per-
 niciosa medicamenta exhibent, ac nonnunquam etiam honestis ac probis uiris. Nam
 quidam medicis duobus ad unguentariorum officinam conspectis, attulit ad eos mel,
 uenditurus scilicet: illi ubi gustassent, de precio disceptant: at hic tanquam illi parum
 offerrent, propere subducit sese: uerum medicorum neuter seruatus est. Itaque non
 minus qui scribunt, quam qui talia perpetrant, immo magis etiam odio digni sunt:
 quanto scilicet minor iniuria ac scelus est, quod solus facias, quam quod cum multis.
 Deinde

A Deinde cum eo qui perpetravit moritur & malorum theorematum experientia: at
 eorum qui scriptis prodidere, immortalis est, malitiæ arma prauis hominibus suppe-
 ditans. Iam igitur nos dicamus de ijs rebus quæ humano generi sunt utiles, utique
 quarum fecimus periculum.

Hæma. De sanguine.

Sanguis: intelligendum uidelicet est animalis secundum naturam habentis: nam is re uera sanguis est. At melancholicus, aut picrocholicus, aut pitui-
 tosus, aut serofus, aut putridus, sanguis est mistus, ex sanguine scilicet uer-
 ro, & succo, aut sanie illi permista. Tum ipsius quoque sanguinis naturalis in
 quoque animali alius est liquidior, alius siccior: hic magis, ille minus calidus. Nam
 frigidus sanguis nullus est.

De sanguine suillo.

Sanguis suillus humidus est, & minus calidus: humano maxime temperie simi-
 lis. Siquidem & carnes suum humanis sunt similes. Comperti enim sunt hospites &
 coqui complures, qui humanas carnes pro suillis uenderent: tamen qui eas edissent
 nullum omnino discrimen percipere potuerint. Quin & ipse narrantes audiui uitros
 nullum dignos sese in diuersorio publico ius esitasse delicatæ cum carnibus suauissimis:
 cæterum quum iam penè saturi essent, inuenisse digiti partem anteriorem, quæ uide-
 licet ad unguem est: quo percussit, ac metuentes eos qui agebant in diuersorio, ne sci-
 licet se quoque uorarent, ceu ei rei assueti, protinus quidem illinc exiere, ac uomitu
 redditus quæ ederant, ita iter denuo ingressi sunt. Sed & in ipso facinore homines ma-
 stantes deprehensos non ita multo post referebant. Itaque iure quispiam existimet suil-
 lum sanguinem humano esse simillimum. Ex tali enim sanguine tum prima constat
 generatio, tum postea nutritio carnibus. Itaque quisquis sanguinem humanum mor-
 bo alicui utilem esse ait, in suillo primò id comprobet: ac si non eandem, saltem simi-
 lem actionem ostendat. Nam etsi aliquatenus inferior sit humano sanguine, saltem
 assimilabile quippiam efficiet: quo cognito, ab humano plenior fore utilitatem sperabi-
 mus. Nam si ne paulum quidem promissis respondeat, non erit cur in humano expe-
 riti oporteat. Quippe similia efficere posse similia, experti sumus. Nam columbæ san-
 guinem Pergameni nostri, atque adeo per totam ferè Asiam qui capitis ossa contra-
 cta perforant, in crassum cerebri inuolucrum effundere assolent. Postea quidam quum
 haberet palumbum, nec esset ad manum columba, usus est palumbi sanguine, & ta-
 men seruatus est homo ille. Et alius turtorem eundem ad usum applicans, nihil ho-
 minem læsit. Siquidem similibus ad eosdem uti affectus, ubi quæ antea expertus sis
 non adsunt, unum est ex confessis, & experientia comprobatis. Et humanæ uitæ ple-
 raque hunc in modum peraguntur.

Hæma peristeras. Sanguis columbæ.

Porro quoniam exempli uice mentionem feci sanguinis columbini, nihil dete-
 rius fuerit iam ipsum sermoni proponere. Siquidem eo ad hyposphagmata in oculo
 lis consistentia quidam utuntur, protinus uidelicet fumentes qui ex animante ma-
 ta effluit. Nam calidum in hyposphagmata affundunt, uenis ad alarum exortus in-
 cis, quod uidelicet ad multos usus idem animal sufficit. Alter pullorum tenero-
 rum extractis pennis (sunt autem hæ molles, & fistulas humore plenas obtinent)
 eum ipsum humorem exprimebat, oculis instillans. At alijs medicis controuersia
 fuit, pulline sanguinem, an columbæ adultæ meningi affundere oporteret: & an ma-
 ris, an fœminæ. Ego uero sexcentos noui eorum quibus Romæ perforata fuere ca-
 pitis ossa, nec quicquam ab usu rosacei citra columbæ sanguinem, offensos. Ver-
 rum id calidum sit æque atque columbæ sanguis, necesse est. Ac fortassis ipsa tan-
 tum caliditatis in contactu moderatione est utilis, haudquaquam eximia & inco-
 Rr 4

Cognita facultate. Adest illi quoque bona facultatis temperatura. Sed quid hoc? Nam & hæc rosaceo inest, præterquam quod leuiter adstringat. Itaque melius inuenire nihil possis in capite perforato, quam ut rosaceo probo utare. Indicaui autem supra, quo pacto oporteat rosaceum, de quo queri non liceat, præparare. Sed & collyria sunt plurima quæ medeantur hyposphagmatis, & maxime quod plurimam recipit myrrham, quale est quod à Damocrate compositum est, quod uocant diasmymon. Secundo sunt quæ habent multum thuris: post quæ sunt quæ ex croco constant. Quin & fœnigræci succus sanguine columbino in hoc utique præstat. Quid ergo moramur aut columbos, aut palumbos, aut turtures? quum omnium medicamentorum paratu facillimum habeamus fœnumgræcum? tum memorata collyria in promptu seruemus? Ad eundem modum nec noctuæ sanguine ad difficulter spirantes egebimus: quanquam sunt qui non sanguinem bibendum exhibeant, sed ipsam iubeant coactam edere ex albo iure. Ac sanguinem quidem alij aquæ, alij uino instillantes exhibent. Et fuit etiam quidam qui immodice hunc sanguinem apud mulierem assidue difficulter spirantem extolleret: & quum rogarem, qualem ab eo sciret curatam spirandi difficultatē, ne id quidem nouerat quod plures essent. Et sanè in muliere quidem est usus, uerum profuit nihil.

Hæma nycteridos. Sanguis uestertilionis.

Sicut nec sanguis uestertilionis: quem scribunt quidam si uirginum uberibus illis natur, plurimo ea tempore ab extuberatione tueri. Est autem & ipsum falsum: ueluti & quod enasci sub alis pilos prohibeat: id quod rectè Xenocrates tanquam mendacium calumniatus est. Verum ipse censet post illius usum aut chalcanthon inspergendum, aut semen cicutæ. Atque ubi hoc factum erit, aut prorsum pilos non produuros, aut certè lanuginosos: ceu leue atque exile medicamentum adderet cicutæ semen, ac non per sese sufficiat strenuè refrigerare partes quibus fuerit impositum. Alij uero & puerorum pudendis sanguinem uestertilionis illinunt, credentes ita diuissime eas partes à pube seruari posse immunes. Atqui non oportebat putare diuissime, uerum perpetuò fore tales: uelut existimant & alas. Ergo ex refrigeratione partis uehementi eiusmodi quippiam posse contingere, non est à ratione alienum. Non tamen adeò frigidæ facultatis est uestertilionis sanguis. Nam in totum nullus sanguis frigidus est. Sunt tamen non pauci qui pro alimento habent sanguinem leporis, gallinarum, & caprarum: uerum leporis & gallinarum complures etiam eorum qui turbes incolunt: at agrestes uentres suos caprarum sanguine unà cum adipe implent, uti Homerus ait solitos sponso Penelopes. Sed nunc non tractatur de ijs quæ ciborum loco sumuntur, sed quæ adhibentur ut medicamenta. Sed quædam sunt, uti supra posui, alimenta simul & medicamenta: quorum hic facienda mentio est quatenus medicamenta, non quatenus alimenta. Etenim qui aqua inter cutem laborantibus sanguinem caprarum cum melle exhibuerunt, eum ut medicamentum, non ut alimentum obtulere: tum qui ad dysenteriam tosto eo, & ad uentris fluxum sunt usi. Videtur etiam mihi quispiam crassam eius essentiam & terream cum caliditate exiccatoriam esse suspicatus, ad hunc usum perductus. Porro galli gallinæque sanguinem quum ab ipsis ad meningum hæmorrhagiam scriptum inuenissem, nec magnum quippiam effecturum speraui, nec ausus sum experiri. Simul enim metuebam, ne curiosus & stolidus uiderer, si tantis, tamque probatis remedijs semel præteritis, considerem sanguinem gallinaceum illis plus posse præstare. Simul uero quum eiusmodi sanguinis eruptio admodum sit periculosa, non est mihi uisum fore honestum, si ad ea quæ inexplorata essent, transissem. Siquidem periculosa est eiusmodi experientia, & quæ solis regibus in homines noxios merito usurpatur. Desperabam uero etiam de sanguine agnorum, quem quidam comitiali morbo mederi potum scripserunt. Itaque nec hunc quidem etiam experimento dare sum ausus. Quod si quis experiri uolet, certo scio damnabit qui talia scripserunt. Siquidem quæcumque potu iuuant epilepticos, ea

Acos, ea facultatis sunt incidentis. At sanguis agninus omnium minimè talis est. Porro quod de hædorum sanguine prodidit Xenocrates, quum existimassem non esse impossibile, ratus ob acetum mistionem posse aliquid efficere, persuasi cuidam in agro degenti, ac rei rusticæ quidem studiose, cæterum primis disciplinis erudito: retulitque se in duobus sanguinem expuentibus usum, nonnullam utilitatem expertum. Cæterum illorum necuter, ex ijs quæ mihi narrabat, neque ex arteria, neque ex larynge aut pulmone expuisse uisus est. Xenocrates igitur in primo libro de percipiendis ab animalibus utilitate, ubi de hædis differit, scribit in hæc uerba. Ad hæmopticos, hoc est sanguinè spuantes, admodum uale. Oportet autem [hædorum sanguini] nondum coëcto plus minus mensura semicotyli tantundem admiscere acetum acris, idque feruefactum trifariam partiri, & in singulos dies singulas partes exorbendas præbere. Itaque liceat tibi forte fortuna in agro deprehento, ubi reliquorum fuerit inopia, hoc uti, quum citra periculum id experiri possis. Vrsorum uero sanguis si abscessibus imponatur, fieri potest ut concoquat. Adijciam uero etiam caprinum, hircinum, taurinum: licetque tibi, si uoles, præteritis decem milibus medicaminum paratu promptorum, quibus coquuntur abscessus, ursos, tauros, ac hircos macerare, quolibet scilicet usu: nec enim quispiam semel imposito in partem medicamēto promissum eius exiget, nec etiam si refrixerit ut iam cogatur.

De sanguine uiridium ranarum.

Porro quum assereret quidam, sanguinem uiridium ranarum, paruarum scilicet, quas quidam brexantes nuncupant, si euulsis ex palpebris pilis inungeretur, ut in posterum ne recrescerent prohibitorum, falsum id comperi factò periculo. Postea uero scriptum à quibusdam reperi illud ipsum, sicut etiam crotonum, quos potius ueteres appellitant Cynorastas. Verum nec hic factò periculo promissa præstitit.

De sanguine Crocodili, & reliquorum.

Cæterum an Crocodili terrestris sanguis uisum acuat, ne id quidem experiri uolui, quum haberem probata acetum exacuendæ medicamina, quæ Græci uocant ὄξυδερκία. Neque an admiscerentur equorum sanguis crustam molliatur, & septicus sit, neque an murium domesticorum sanguis uerrucas, quas uocant ἀκροχορδόνιας, decidere faciat. Nam aliorum fuit mihi magna semper copia & ad hoc pathema, & quod ægrius illo medicabile est, nempe ad uocatam myrmeciam: & cauebam ne præstigiaturæ opinionem merito referrem, quum iam etiā improbi quidam medici ex diuinandi quamquam arte, non ex speculatione medica me in morbis solere prædicere caluniarentur.

Γάλα. Lac.

Lac: bifariam hoc utimur, partim ut cibo, partim ut medicamento. Sed quid ualeat ut cibo, in curandi methodo alibi quoque expositum est: at facultatem eius ceu medicamentum, eam nunc explicabimus: ac primum illud communebo, quod paulò antè de sanguine, quod non de morbido lacte, sed de naturali cuiusque animantis, ea quæ dicenda sunt intelligere oporteat. Igitur lac sanissimum, uelut etiam sanguis, purum synce rumque est, nec amaritudinis, nec acrimoniæ, aut aciditatis, aut falsedinis, aut foetoris participes: sed ut dixerit quispiam, bono odore præditum, aut odoris expers, aut certe exiguum odorem bonum referens. Clarum etiam est id esse debere gustu suaue, paulatim habens dulcedinem, sicut & sanguis integræ sanitatis, ex quo & lacti constat generatio. Tale lac ad acres & mordaces fluxiones est utilissimum, non abluens tantummodo eas à partibus afflictis (est enim id illi cum aqua commune) sed & corpora illinens, ut non in nuda cadat quod defluit. Nec in hoc duntaxat aquæ præstat, uerum etiam quia colluit, utpote extergentem in sese humiditatem continens, quæ uocant serum: id quod colluit, diluitque corpora: reliquo autem quod crassum pingueque est colimitur, non aliter quam pinguedo, adeps, atque oui albumen, & ceratum ex eloto oleo ceraque confectum. Nam & hæc ab acris humoribus natas mordicationes mitigant,

corpora ut delictet oblinendo, ipsa naturæ minimè mordacis. Porro quum lac omnium facillimè alteretur, præsertim si ambiens fuerit calidus, multum à dicta facultate amittit, nisi protinus quis ab uberibus effuso calido etiamnum utatur. Maximè igitur mulieris bene habitæ, & bonam uictus rationem seruantis, lacte utendum (nam id humano corpori est familiarissimum) deinde aliorum animalium, quæ quidem ab humana natura non longissimè absunt: id quod scies ex carniū odore: nam fastidiosus est & iniucundus eorū quæ multū diuersam habent tempericm, ceu canis, lupi, leonis, pardalis, uulpis, hyænæ, ursi, & similibus: non iniucundus autem est eorum quæ non porro absunt, ut suis, capræ, equæ, bouis, ouis, asini. Quocirca etiam homines docti experientia, caprino, ouillo, bubulo, asininoque utuntur lacte, & caseos ex eis conficiunt, excepto asinino. Nam id planè tenue est, & plenum humoris serosi, uelut bubulum crassum, cæterum consistentia mediū caprinum est. At sus crudum aquæ umque lac obtinet. Porro lac omne ex tribus constat essentijs, caseosa, serosa, pingui: hanc plurimam habere conspicitur bubulum: ex quo conficitur & id quod butyrum nominant, concoquentis & laxantis facultatis: quamobrem maximè illo utuntur ad paratidas & bubonas.

Serum lactis.

At serum, ut dictū est, extergendi potentiā possidet, adhibeturque subducendi uentris gratia, ac per clysteres iniicitur, extergens & abluens sine mordacitate intestinorum acrimoniā. Præterea si quis ulcera quæ sanie infestantur acri, uice aquæ sero coluat, optime sanè fecerit. Præterea quæcunque medicamenta digerere solent ecchymomata & atra, ea præstat sero quam aqua diluere. Sic etiam eo utimur ad sugillata & hyposphagmata, peculiaribus ad hæc medicamentis commiscentes. At caseolum illud & crassum ipsius lactis magis illitum adhæret, & eo nomine acrimoniā retundit. Porro ubi aliam quampiam desiccantem facultatem habuerit adiunctam, optimum est remedium dysentericæ, & omnium uentris acrium fluxionum. Eam accipit à lapidibus qui prædecocto ipsi iniiciuntur igniti. Porro eos esse oportet quos uocant *κίνας*. Et lac eousque decoqui debet, dum plerumque serosi in eo humoris absorpta pars fuerit. At nos iniectis ferreis in ipsum cylindris candentibus, eandem, aut etiā meliorem facultatem efficiamus. Nam ferrum adstringentis quoque (ut est dictum) facultatis est particeps: ac proinde cylindros ego coplures effeci huius gratia, ad fines uerum propendentes, quò uidelicet quis manubrio ignitum ferrū facile igni eximat, & sicut cauteriorum, ita horum manubria pannis inuoluo. Porro lac totum ad acres oculorum fluxiones tum per se, tum cum mollium collyriorum quopiā est utile, præterea ad hypopia, & hyposphagmata. Quinetiam palpebris extrinsecus, ubi qui ophthalmia laborant, somno sese dabunt, impositum simul cum rosaceo & ouo, phlegmonas eorum concoquet. Sed hoc esto lac mulieris recens ex mamillis expressum. Intrafundimus ipsum & utero ulcerato tum per sese, tum ijs medicamentis commiscentes quibus misceri potest, utique citra morsum curatibus, & ubi in sede ulcera mitigamus quibus misceri potest, utique citra morsum curatibus, & ubi in sede ulcera mitigamus præ sanie acrimoniā dolentia, aut phlegmonas aut stolidas perpetientia. Sic & ad ulcera pudendorū utimur, & omnia quæ leniri postulant siue ob phlegmonem, siue ob morsum, siue ob malignitatem. Eapropter & cancriolis applicatur ulceribus, medicamentis anodynis commistum, qualia sunt quæ constant ex pompholyge. Et quid attinet commemorare, quòd ore contentum & collutum gargarizatumque uel maximè phlegmonas eius mitigat. Sed & tonsillas, & columellam, & antiadas phlegmonæ affectas admodum mitigat, & proinde & synanchen siue anginam. Atque, ut sermel dicam, medicamentum est leniens (Græci uocant *ἄργυρον*) totam quidem substantiam habens mordacitatis expertem, sed multò magis ubi concoctione moderata potissima pars serosi humoris absorpta est. Sic mihi uidentur etiam medici ad uenena quæ erosione interimunt, lac dari suadere, uelut sunt lepus marinus, & cantharis. Sed & sunt qui exhibent ijs qui aconitum & thapsiam sumperint. Sed hæc ex

hæc ex ratione fecerunt. Alia uero palam mentiti sunt, ut de lacte canino, quòd in palpebris pilos renasci prohibeat, si prioribus euulsis ei loco foret illitum, unde pilorum radices extractæ essent. Ad eundem modum qui scripserunt, quòd celerem pilorum in pudendis exortum reprimat, si quidem foret ante pubertatem illitum, quicquid quòd fetus emortuos eijceret potum, uerū non protulere. Sed & alia quædam præstigiaturis cõtaminata, tum de horū, tum de aliorum quorundam animalium lacte conscribunt, quæ me ab initio dicturum negauit, etiam si experientia didicissem uera dixisse.

Caseus.

Caseus. Sermoni qui habet de lacte, annectendum est de caseo, propterea quòd lac sit coagulatum ac glaciatum: nō tamen uniuersa lactis essentia in caseos cogitur, sed quod crassum est duntaxat, scilicet tenui seroso secreto ac separato. Porro dictum est habere lac in se naturam quandam pinguem & oleosam: eamque plurimam esse posui in bubulo: ac ubi à reliquo lacte sciunctum fuerit, solumque per se constitit id pingue, butyrum appellari. At ubi cum toto lacte coagulatum fuerit, seroso duntaxat humore per coagulationem separato, pinguem caseum effici. Fiuntque hoc pacto casei bubuli quidam adeo pingues, ut ex ijs effluat quiddam ad speciem olei. Porro tum hi, tum reliqui omnes temporis spatio acriores tibi apparebunt, siue gustes, siue olfacias. Itaque quū mihi olim caseus allatus esset bubulus, quem ex odore acrem esse conijciebam, abiecti: & iam à famulis absorptum putabam: cæterum illi talia seruare soliti, longo post tempore ex promptuario proferentes, quidnam de illo fieri iuberem rogant. Quum igitur edendo non esset propter acrimoniā, ludicrū nobis problema extitit, proponentibus cui rei quis illum utiliter posset accommodare. Interea quum ad me arthriticus quispiā in curru cōuectus esset, tophos quos Græci *ωάγους* nuncupant, in articulis habens: subiit mihi crure fuillo salso decocto, caseum eo decocto macerare, ac probe in mortario subigendo unitum, tophis imponere. Et sanè arthriticus ab hoc medicamine magnificè adiutus est. Nam rupta sponte sua cute, absque incisione uidelicet, effluxere quotidie citra dolorem tophorū particula. Vbi autem totus qui apud me erat caseus fuisset absorptus, talem sibi alium comparans arthriticus in posterum seruauit, & postea rursus usus est inueterato: atque ubi tunc quoque idem percipit cōmodum, sæpius deinceps uti perseverabat: & quosdam amicorum similiter affectorū docuit. Atque id quidem nos excogitauimus, cæterum comprobauit atque confirmauit experientia. Porro recentem, qui inueterato contrarij est temperamenti, quandoque homini in agro degenti moderatæ magnitudinis uulnus habenti imposui, antea uidelicet ad leuorem tritum. Extrinsecus autem illi imponebam folia lapathi. Possint uero etiam, si hæc non adsint, folia superponi uitis, aut plantani, aut betæ, aut lactuæ. At ipse quidem caseus uulnus glutinauit, eratque etiamnū mollis. Alius uero qui uocatur & in patria mea Pergamo, & per superiacentem Asiā oxygalactinus, magnum rustici uulnus cōglutinauit impositus. Nam recens coagulatus ac mollis repercutiendi uim obtinet, nimirum leuiter refrigerans. At oxygalactinus præter hæc digerendi insuper leuem quandam uim possidet.

Butyrum.

Butyrum, aut butyrum, utcunque nominare uoles, siue masculino, siue neutro genere, sit quidem, ut supra dictum est, ex eo quod in lacte pinguisimum est. Miror autem quo pacto Dioscorides ex ouillo & caprino confici referat. Ego namque ex bubulo fieri noui, ac proinde nuncupatum esse butyrum existimo. Facultatis est concoquentis, paulum habens etiam digerendi potentiæ, in medijs nimirum corporibus secundum duritiem ac mollitiem. Nam id semper memoria tenere oportet, quicquid simpliciter ac sine addito profertur, de medijs temperatura corporibus intelligi. Nam corporum planè durorum tumores præter naturā hoc nequit medicamen digerere. At quæ in mollibus sunt phlegmonæ, eas & concoquit & digerit perfacile. Nam paratidas & bubonas, et oris phlegmonas, aliaque innumera prorsum illo solo curauimus,

C nimirum puerilibus corporibus ac muliebribus perpetentibus. Sed & gingiuus puerorum dentientium assidue illitum, nihilo imbecillius melle gingiuas extenuat, per quas exitus est dentibus: & alios omnes in ore affectus phlegmonosos, postea quam fluxio restiterit, digerit pariter & concoquit. Proinde cataplasmatis inditur quæ extrinsecus imponuntur parotidibus, hypochondrijs, & bubonibus. Sed & in uentrem deuoratum, & ex eo distributum, magnifice confert expuitionibus ex pulmone, idque in pleuriticis & peripneumoniacis affectibus, cum hoc quod eos etiam concoquat. Atque si solum lingatur, magis quidem concoquit, uerum minus educit: sin cum melle & amygdalis amaris, plus educit, sed minus concoquit.

Pytia. Coagulum.

Coagulum omne acris ac digerentis potentia est, ac nimirum etiam exicatoria: nam necessario id superiora comitatur. Ac leporis quidem coagulum comitali morbum, si cum aceto ebibatur, præterea profluutum muliebre sanare proditum est: sed & lac in uentre coagulatum dissoluere: quod certe & nos experiri sumus, non solum in leporino, sed etiam in aliorum animalium omnium coagulo. Atram leporinum omnium est præstantissimum. Sed & sanguinem in uentre concretum simili modo epotum dissoluit, ac efficacius quidem cæteris, uerum non solum, quod quibusdam scriptum legitur, sed & hoc commune est omni coagulo. Quidam autem sanguinis ex thorace reiectiones leporinum coagulum epotum supprimere prodiderunt: cæterum nec alium quenquam eo usum noui, nec ipse sum auis acris uti remedio ad affectum adstrictionem poscentem. Porro coagulum equinum ad dysentericos & coeliacos peculiariter accommodari scripserunt nonnulli.

Coagulum phocæ.

D At phocæ coagulum eximie aptum esse quidam prædicant, tanquam uires obtineat castorij. Verum quæcunque proditum est quodque coagulum secundum essentia suæ præstare proprietatem, non est nunc tempus exponere.

Chole. Fel.

Hic succus omnium quæ in quocunque sunt animalium, calidissimus esse demonstratus est. Itaque sicuti sanguinem & carnes dissimiliter temperata obtinent animalia, eadem ratione & fel. Quocirca calidissimorum fel, aliorum quocunque animalium fel excellere necesse est: & quæ illis minus sunt calida, proportione & hunc humorem illis in esse minus calidum, quanto scilicet & in alijs sunt inferiora. Didicisti enim quatuor esse uniuersos in uno quocunque animali sanguineo humores, sanguinem, pituitam, & bilem tum flauam, tum atram. Didicisti porro ex more non tantum medicis sed & Latinis omnibus bilem flauam absolute efferi bilem, tanquam subaudituris qui audiunt, coloris cognominationem. Atram uero non simpliciter nuncupari bilem, sed cum adadito, nempe hoc totum, atram bilem. Sed & quod flauam bilem nonnunquam pallidam cognominant, nosti, & quod in uesica iecoris interdum pallidam, interdum flauam in confectionibus animalium conspicimus. Audisti porro flauam tanto esse pallidam calidior, quanto & crassior. Nam seroso recremento flauæ bili commixto di crassam, colore autem flauam. Quin & in animalibus apparet flaua quidem ipsa quæ magis sunt calida: quæ uero minus, pallida. Et ubi calida animalia aut fame, aut sitit torquentur, ad atrum colorem uergit, interim illum habens æruginosum, interim coeruleum, interim isatidis, qui quidem magis est colore brassicæ fuscus. Itaque & tu bilis colori diligenter intendito, quum medicamentum præparabis cui admiscenda est bilis. Miscent autem cycliscis uocatis & trochiscis, qualis est Andronis & Polyidæ & Passionis, & Bitinus, qui tauri recipiunt bilem: nam ubi ea medicamenta præparant quæ sunt utilia ad oculos, hyænæ, galli, perdicis, & aliorum quorundam animalium bilem adhibent. Porro taurorum bilis calidior est & siccior quam bouum castratorum. Nam castratum animal semper simile redditur foeminae, & ipsa quæ sunt ætatis minoris sicut

A sicut hæc humore superant adulta & perfecta, uincunturque ab ipsa caliditate: ad eundem modum bos castratus à tauris. Et quorundam ego taurorum bilem uidi coeruleam, flaua nimirum superaffata: quam sanè in præparandum iniici medicamentum uetui, sumpto illius loco alterius tauri bile mediocriter flaua. Nam ille uinculis uolenter tractus, supra modum fuerat defatigatus. Itaque eo labore quum excandisset, clarum est temperaturam eius fuisse calidior: probabileque est sic uolenter pertractum fuisse, tum etiam esuriuisse: atque ut summam dicam, uelut urina à modica potione modice pallere, & sitim famemque, & multum laboris perpeffis flaua esse conspicitur: impletis uero atque inebriatis albida: ita & bilis colores uariat: ad flauius quidem per exercitia, in ediam, & sitim: ad candidius uero in contrarijs. Scito ergo si præparando medicamini bilem impenfe flauam iniicias, calidius te id effecturum: si pallidam, mediocriter calidum: sin exolutam & aqueam, tanto imbecillius temperie conuenienti, quanto & bilis ad candidius fuerit uersa. Sic qui oclusas hæmorrhoidas taurino felle aperit, ipsi interdum imbecillum, interdum uero supra quam conueniebat acre apparuit. Quamquam nonnulla quoque diuersitas existit pro corpore cui adhibetur, prout scilicet promptiore sensu aut hebetiore fuerit, tum per facile patiens, aut difficile. Verum in ipsa bile non parua uisitur, ut dixi, uarietas. Nam idem homo à pallida minus, à flaua bile plus mordicatur. Liquet itaque uel ex eo quod hæmorrhoidas aperit, quam sit hic humor acris: sed & illis ipsis qui utitur, mordicare percipit. Ac proinde cauemus, ne ad alium morbum aut symptomata bilem usurpemus solam ac per se. Nam propositi cyclisci pauculum bilis accipiunt. Ac quæ ad oculorum acutiem componitur medicamenta, partim hyænæ, partim perdicis, partim galli, partim alterius cuiuspiam bilem accipiunt, admixtum habent tum mel, tum foeniculi succum, tum opobalsamum. Porro animalium quorundam singulariter bilis à medicis extollitur, tanquam aciem exuat oculorum, & suffusionum initia digerat, uelut piscis quæ uocant callionymon, hyænæ, & scorpj marini, tum galli, & perdicis. At suilla adeo omnium imbecillima est, ut ne ulceribus quidem toleratu sit grauis: & apparet omnium bilium maxime aquea, exceptis syluestribus subus, & ipsa quæ degunt in montibus. Nam ut harum caro & calidior & siccior est, ita & bilis. Porro domesticarum suum bile uiuntur quidam ad ulcera aurium, medicamento utique non reprobo: & tu quocunque ubi compositorum nihil adfuerit, uitior: sunt enim innumera. Sed & pro affectus magnitudine alia etiam atque alia alterius animalis bilis potest congruere. Nam ubi ulcus diuturnum fuerit, multamque saniem pusque continet, etiam siccior bilem perferet, puta ouium, quæ paulo est acrior suilla: hac etiam magis caprarum: cui ad similes quodammodo est urorum, & bouum. At taurorum his ualentior est, inferior tamen bile hyænarum: & hæc quoque inferior bile callionymi, & scorpj marini, & marinæ testudinis. Porro hirci agrestis bilem scripsere quidam prodesse lusciosis, siue nyctalope uexatis. Cæterum uolatilium animalium biles omnes tum aciores sunt, tum sicciores quam quadrupedum: & inter ipsas quoque uolucres gallinarum & perdicum biles ad medicina usum probatiores habentur. Miluorum uero & aquilarum impendio acres sunt: sed & erodunt: quamobrem colore uisuntur æruginoso, ac nonnunquam atro. His itaque earum cognitio differetibus atque affectibus, qui plus, qui minus desiccari postulant cognitio, si unam modo quampiam opere fueris expertus, inde ad alias transire poteris per methodum: ut semper quæ comoda sit adhibeatur. Nam quum uelut in coniectura sita sit cuiusque facultatis uehementia, à definito quopiam principio ad materiam exploratam transire oportet: ac à prius explorato, excessus qui in illis consistunt discernere. Sed & notas quasdam luculentas ego exposui tum à bilis colore, tum ab animalium temperie.

Hydras. Sudor.

Sudor. Vnus hic est humorum in animantis corpore proueniens, & eandem habens materiam quam urina, & eundem generationis modum. Siquidem utriusque

C ex bibito humore constat generatio, ex calfacto simul in corpore, & biliosa non nihil substantia adepto. Verum sudor plus est elaboratus, utpote qui ad cutem usque per meatus omnibus quae intersunt partibus, peruenit. Attamen sudores inter sese & urinas differre necesse est, tum pro animalium temperaturis, quae & natura & per aetates non parum a sese inuicem sunt diuersae, & pro ambietis nos aeris temperie. Clarum autem est, etiam si aliquando in sermone omissum fuerit, pro tempore anni, & praesentis constitutione, praeterea pro regionibus diuersitatem effici in animantium corporibus non paruum. Nam compendij gratia uno capite completi eiusmodi omnia soleo, nempe pro cingentis nos aeris temperie ea mutari dicens. Etenim diuersitate regionum quae est in caliditate & frigiditate, hic comprehendit, ut tempus anni, & praesentem praeteritamque constitutionem. Quum ergo sermo fuerit de urinis, aut sudoribus, aut sanguine, aut pinguedine, aut adipe, aut quopiam in corpore nato, diuidentibus uidelicet nobis eas quae in animalibus uisuntur differentias, de sanis corporibus sermo intelligendus est, mediam propriae ipsorum temperaturae constitutionem habentibus. Sic ergo quod & sudor salis & saluginosa uocatae qualitatis est participes, gustus testimonio probatur. Nam saepenumero nolentibus in os defluens, dicta qualitate indicat. Saepemero etiam non obscuram praefert amaritudinem. Attamen color eius naturam designat. Nam sicut urina naturalis modice est pallida, sic & sudor. Verum id facile cognoscet in ijs qui lauantur, quum absque oleo strigili raduntur. Nam sudor in cauo strigilis colligitur, colorem quem dixi simul & gustum praefertens, ac euidenter falsedinem habens, sed obscure amaritudinem. Verum de urina plus etiam quam conueniat medici scripserunt, propterea nimirum quod large ea in omnibus hominibus tum priuatim, tum publice quotidie colligatur. At de sudoribus aut nihil, aut quae curiosa sint potius, & praestigiarum obnoxia, & insuper scripserunt alij super uacanea, quae per aliam fieri possent materiam. Porro sudor etiam in palaestris militem exercitium sordibus, quem quidam curiose Atticam sectantes linguam, Contra salon uocant: confertque tenuibus sordibus ac simplicibus ut tumores praeter naturam per halitum digerant. Nam illa plus repercutiunt, minus autem digerunt: at post adiunctum exercitium sudorem acquirunt multum facultatis digerentis. Ergo in phlegmonas uberum sola haec sordes impositae, efficaciori sunt remedio. Sin sicciores uidebuntur, cyprinum superungito: & si ualde etiam siccae, cyprino item subigito. Praestat autem non siccae, sed molles accipere. Porro si non adsit cyprinum, rosaceum bonum miscuisse sufficit. Hoc medicamentum admodum est utile ijs quibus a partu restringere lac consilium est, eo nomine, quod in mammis coaguletur in morem casei. Hinc orso, ad alios affectus similes uti licebit. Atque ego sane ad bubonem eo uisus, celeriter disparuisse tumorem conspexi.

Urina.

Dictum quidem est de tota eius natura in sermone de sudore, diceturque & nunc, quod quanta est in animalibus bilis diuersitas, tanta ite sit in urinis. Atque omnes quidem facultate sunt calidae, sed plus tamen animalium calidiorum, minus autem frigidiorum.

Urina humana.

At urina hominis omnium prope aliarum urinarum est imbecillima, exceptis porcis domesticis, quibus exesti sunt testes. Nam illorum similis est totius corporis temperatura, temperie hominum, & urina similiter debilis. Verum montanorum aprorum ualida est, ut etiam ex odore apparet, qui utique acerrimus est. Sed & in alijs animalibus ex odore uim eius conijcere liceat. Nam urinas illas degustare plane est abominandum, quum ne pueri quidem urinam uir quidam honestus uita pariter ac moribus ebibere sustinuerit, quum pestiferum aegrotaret in Syria, ubi quum multi urinae puerorum simul & uirorum haussissent, sese hinc seruatos credebant. Caeterum urina hominum, ut si quid aliud, extergendi uim obtinet: quod cum alij multi facis indicant, tum maxime fullones, qui sordida uestium expurgant ea atque extergunt. Hanc

A Hanc eius uim quum & medici conspexissent, pforas & lepras ea detergunt, perfunduntque ulcera tum multa humiditate, tum sordibus & impuritate scatentia, ac multo magis ubi putridum quiddam obtinent. Sed & pudendis, ubi sic afficiuntur, urinam infundunt, & auribus pure fluentibus. Quin & achoras, & surfures ea curant, capiti identidem perfundentes. At nos haec facere odimus potius, quum ad manum sint quae illis conducant alia medicamina. At ulcera digitorum pedis, maxime quae ex illusione atque offensione essent inflata, saepenumero, ubi nimirum phlegmone careret, & ipse curauit, eaque in seruis & hominibus rusticis, quos iter ingredi absque medicis erat necesse. Siquidem linamento (μαύρον Graeci uocant) ulceri imposito, ac insuper linteo circumuoluto, quoties meiendi incesset cupiditas, in digitum digerere urinam praecipui, nec ante soluere quam bene esset curatus. Nam & si quem alium ruri sine medico agentem, urinam ulceribus perfundentem audissem, non uetui, ubi scilicet in partibus thorace inferioribus usque ad imos pedes ulcus constitisset. Siquidem ulcera aut capitis, aut faciei, urina perfundi sine auersabar. Attamen medicamentum quod ex urina pueri conficitur, quod quidam uocant chrysocollan, quia eo ad auri glutinatio nem utuntur, ad ulcera difficilia sanatu optimum esse affero. Fit autem id figura phialae, confecto mortario ex aere rubro, habente pistillum eiusdem materiae, in quod meiente puero pistillum circumages identidem, ut non tantum a mortario quid deradat, sed etiam a sese non nihil deterat: id quod pluribus deinceps diebus peragitur, donec urina crassitudinem assequatur mellis. Faciendum uero id in sole. Nam facilius in aere eiusmodi a mortario quid dederit. Aut si sol absit, calidas esse aedes saltem conuenit. Hoc medicamento misto ijs quae curandis ulceribus rebellibus sunt idonea, utimur, ut dixi, ceu optimo. Nihil enim habet abominandum, perinde ut urina capiti, alterue parti infusa. Nam quid commemorem urinae potum? Scripsere tamen medicorum quidam de subsidente in urina crasso illo uidelicet & albo, dicentes id mederi erysipelatis. Sane ea erysipelata, quae ignea etiamnum sunt, & reuera erysipelata, calidiorum & acrim medicamentorum omnino nullum iuuare potest. Quae uero per refrigerantia refrigere, tum alia multa medicamina digerentia adiuuare ualent. Atque hoc quidem uti licebit, ubi non in facie, aut prope erysipelas constitit, uerum in artuum quopiam, aut dorso, aut uentre. At urinae pueri orthopnoeae gratia ebibere necessarium non est, quum sint & alia medicamina quae huic medeant affectui. Quin quum bibisset quidam, affectu liberatus non est, ut non eximium quid praeter alia possideat.

Sielon. Salua.

Sielon, siue Sialon, siue Ptyelon appellare libet, nihil interest. Verum id sciendum est, uim eius esse differentem tum in animalium speciebus, tum in eorum unoquoque sano & aegroto, ieiuno & sitibundo, aut cibo potuque sumpto. Etenim ut urina & bilis, sic etiam salua sumpto quidem cibo imbecilla est: ualida & acris eorum qui ingenti aut inedia, aut siti premuntur. In medio utriusque est eorum qui probe concoxere quidem, nondum tamen cibum potum ue hausere. Hac ergo salua nutrices pueris lichenas curant, paruorum uidelicet digitorum rigantes, ac deinde cutem affectam confricantes. Idque faciunt subinde, tanto scilicet interuallo, dum saluae uires in lichene perdurent, ac nondum sint extinctae. Sed & triticum mandentes rustici non pauci furunculis imponunt. Nam celeriter eos & digerit, & concoquit: quum si macerarent aqua, non aeque prodesset. Ex quo liquet saluam iuuandi robur adferre. Atque corporibus mollioribus, aut puerorum, panem, non triticum imponunt, ore commansum. Porro omnia sic commansa digerunt & sugillata, caeteraque ecchymomata, maxime ubi panis simul cum pauco radice fuerit commansus. Porro tota substantia uel maxime aduersa est salua bestijs hominem interficientibus, ceu alicubi etiam Nicander poeta refert. Pollicitus autem mihi quidam incantationem sese ostensurum, quae scorpium interficeret: ubi illam semel dixisset, in scorpionem expuit: inde rursus eam obmurmurans iterum scorpionem conspuit: ac ubi tertio dixisset, atque expuisset, mortuus est.

C scorpius. At postea ego absq; incantatione à sola saliuâ occisum uidi scorpium, idq; celeriter à saliuâ esurientiū, aut sitiientiū, tarde autem ab illis qui cibo potuq; fuerant implei: in alijs autem proportione.

De ijs quæ in corpore proueniunt.

Nascuntur in corpore cum alia præter naturam, quorum non est satis honestum meminisse, tum etiam lapis in uesica: de quo scripsere quidam quod lapides uesicæ comminuat. Atq; hoc quidem falsum est experientia iudicatum. Ceterum an renum lapides frangat, omnino experti non sumus, quum suppeterent alia ad hoc symptoma probata medicamina. De pure autem & id genus dicere supersedeo, id illis concedens qui his in rebus mirifici sunt, scilicet quibusdam cum præstigijs. Cæterū ster-
cus unum est inter ea, quæ in corpore proueniunt secundū naturam affecto animali, ueluti & aurium sordes. De utroq; itaq; deinceps disseram.

Copros. Stercus.

Copros, siue copron, siue apopatema appellari uelis, perinde est. Scito autē hanc substantiam uim habere uel maxime digerentem. Verum stercus humanum ob sordem abominandum est. At bubulum, caprinum, crocodilorum terrestriū, & canum, ubi ossibus duntaxat uescuntur, neq; grauitur olet, & multa experientia non tantum nobis, sed & alijs medicis me natu maioribus comprobatum est. Siquidem Asclepiades, cui cognomentū erat Pharmaceon, & alia omnia medicamenta collegit, ut multos impleret libros, & stercore ad multos sæpe affectus uitur, non modò medicamen-
tus quæ foris imponuntur commiscens, sed ijs quoq; quæ intrò in os sumuntur.

Stercus caninum.

D Sanè ego memini me admirandam tum humani, tum canini stercoreis expertum facultatem. Sed prius disseram de canino, quo uū assidue consueuit præceptorum nostrorum quidam, sola ossa canis edenda exhibens duobus continuo diebus, ex quibus durum candidum ac minime foetens stercus proueniebat. Hoc igitur acceptum desiccabat, ut quum postea usus esset, facile ad leuorem posset redigi. Utebatur eo ad anginam, & dysenteriam, & summè inueterata ulcera. Ad anginam quidem, ijs admiscens quæ alioqui huic affectui cōgruebant. Ad dysenteriam, lacti illi immiscens, cui decocto calculos uocatos καλκικας ignitos injeci antè posuimus: aut, ut ego postea ob parabilitatem ad ferrū confugi, id candens lacti probe decocto iniiciens. Uocant autem medici nonnulli lac eiusmodi, nescio quo pacto, schistum. Verum oportebat non hoc sic appellare, sed in quo segregamus ac scindimus (quod σχίζω Græcè dicitur) serum à caseo. Cæterum medicus ille stercus caninum lacti, in quo exincti erant calculi marini, clam injiciebat, & id solum generosissimos quoq; discipulos docebat. In his ergo duobus multum expertus sum stercus caninum ceu medicamentum mirabile, sicut & in ulceribus extreme malignis. Miscui ergo & ad illa paulum quiddam stercoreis canini medicamenti probatis: & manifestò seipso ualentius redditū est medicamen. Et si quando digerere aut desiccare quid opus esset, illis etiam medicamentis admiscui.

Stercus humanum.

Cæterum humani stercoreis hoc habeo experimentū. Assidue quidam à phlegmonis ad guttur existentibus uexabatur, adeo uehementer, ut suffocationis subiret periculum, & sanè ob hoc periculum sanguinem mittere cogebatur. In hunc quum forte quis incidisset, pollicitus est se præbiturum medicamentū experimentum, & se uocari si quādo rursus aliqua in parte gutturis emicuisset phlegmone, ante sanguinis missionem præcepit. Itaq; uocatus, medicamento illito statim hominem curauit. Ut autem iterum profecit, non in ipso tantum, sed & in alijs qui similiter erant affecti: rogatum enim ille & locuples, & in pecuniæ sumptu liberalis. Porro ubi conuentum esset de precio, is qui uendebat: Hoc medicamentum, inquit, per antipathesam quandam uul-

A tatem obtinet. Esse autem eam antipathesam, ut qui curatur nesciat unde conficiatur. Iussit itaq; alii daret qui pro ipso disceret, quiq; iureiurando reciperet, sese nulli eius facturum copiam, priusquam ipse qui dedisset foret defunctus. Itaq; à morte eius qui indicarat, non tantum ille suum hominē, sed & alios sanabat: & mihi ne petenti quidem medicamenti exemplum uolens ac lubens obtulit. Erat autem stercus pueri sic: cum cum melle artico ad leuorem tritum. Uisitabat autem puer, cuius stercus accepturus erat, uti ipse qui medicamentum dederat ostendit, lupinis, illis uidelicet qui ex more edi solent cum pane bene cocto in clibano, modicum salem & fermentū habente. Præbebat autem bibendum uinum uetus: atq; hæc omnia mediocri in quantitate, modò ut perfecte ea puer posset cōcoquere. Itaq; quum primo die eo uictu esset usus, postero tamen die nondum stercus capiebat, sed in eo quoq; die rursus eodem alebat uictu, ac tertio demum sumebat, ac postea arefacto utebatur, similiter ut stercore canino, ut antè dictum est. Dicebat autem illum qui docuerat, fugitantem alios cibos ob foetorem, prætulisse lupinos: sese uero, experimenti gratia, carnes gallinaceas aut perdicum ex aqua, aut tenui iure bene coctas persæpe exhibuisse, & medicamentum nihilo minus operatum. Atque ego sanè hæc tibi de canino humanoque stercore narrare possum.

Stercus lupinum.

At lupinum stercus quidam colicis potandum dabat, non tantum in ipsis paroxysmis, sed etiam in interuallis, si quidem phlegmone uacarent. Quorum ego quosdam uidi non amplius inuadi: & qui erant inuali, non amplius id grauitur passos, sed nec post paucum temporis. Accipiebat autem ille albidius potius stercus, quale ubi ossa ederint solent excernere. Verum illud etiam in eo mirabar, quod uel suspensum euidenter aliquoties iuuisset. Itaq; hic stercus capiebat quod non decidisset in terram: id quod non erat inuentu difficile. Ea enim est luporum natura, quæ canum, ut suspensio altero posteriorū crurum & meiant & cacent in eminenti quopiam ex terra. Itaq; in spinis sæpe æstate stercus lupinum reperitur, & fruticibus, uepribus, herbisq; procerioribus. Inuenitur porro in stercore illorum & nonnihil ossium deuorati animalis: quod ut effugit commansionem, ita & cōcoctionem: quod & ipsum contundens ac conterens, bibendum præbuit colicis: ac si homo esset puritatis amans, miscibat & salis quippiam, aut piperis, aut quippiam eiusmodi. Ut plurimū autem ex uino albo consentitiæ tenuis bibendum præbebat: interim uero etiam ex aqua. Hoc ergo stercoreis quod patientis inguinibus, λεγώνας Græci uocant, applicandum esset, præcepit suspendi ex uinculo confecto ex lana, sed non qualibet, uerum multò præstabat eam esse ouis à lupo laniata, unde quod ad hunc usum accommodaretur, esset conficiendum. Quod si talis non adesset lana, ex pelle ceruina & lorum quod cingeret inguina, & in quo stercus contineretur, parari præcipiebat. At nos ollulam ad magnitudinem maximæ fabæ confecimus, quam experiundi gratia indito stercore quibusdam suspendimus, nec potuimus non mirari, quum plurimos ipsorum uideremus adiuutos: cæterū ad ollulam duas ceu aures affiximus, per quas lorum transmitti posset. Sed hoc quidem obiter dictum esto, si quis inuenietur qui sic suspensis fidem habere dignabitur. Dico autem sic, nam substantia est quæ suspenditur, non uoces barbara, ut quidam facere præstigiatorum assolent: quando & alias expertus sum substantias, quæ in alijs affectibus similiter operarentur. Sed de his non est nunc dicendi tempus. Ad propositum itaque reuertamur.

Stercus caprinum.

Nam humanum, caninum, lupinumq; sterces recensui, alia uero nondum: quorum etiam maior est quam dictorum numerus: & quædam assiduo habentur in usu, quædam rarior. Omnium creberrime utimur caprino stercore (Græci αργαβός proprie nominant) digerentis & acris facultatis: adeo ut & induratis scirrōrum in modum tumoribus congruat, nec tantum lienis, ad quos creberrime medici non pauci huius-

C modi stercora applicant, sed etiam aliarum partium. Siquidem ego eo usus sum ad genu tumorem habens inueteratum & aegre solubilem, iusso fieri cataplasmate ex farina hordeacea per oxycratum indito uidelicet hoc stercore, & mirum est quàm homo ille fuerit adiutus. Erat autem rusticus in quo id factum est. Et iam etiam alius rusticus quum sic usus esset non tantum in genu, sed etiam alijs in partibus ad tumores similes, perinde adiutus est. Nam acrius est medicamentum quàm ut mulieres urbanas, aut pueros, aut omnino qui tenera sunt carne, sanare possit. Sed de particulari omnium medicamentorum usu in opere de componendis illis tractabitur. Quin & ad aquam inter cutem, & ad splenicis uarie caprino stercore utimur. Sed & ustum tenuioris quidem essentiae, uerum haud manifestò redditur acrius: quamobrem sanè ad alopecias congruit, & omnia adeò quae extergentia medicamenta desiderant, ut lepras, psoras, lichenas, & hoc genus alia. Miscetur & digerentibus cataplasmatibus, qualia sunt quae accommodantur ad parotidas & bubonas diuturniores. Est enim uis eius tum uisti, tum non uisti, absterforia, & digerens, nec eam paruam habet digerendi potentiam. Nam medicus quispiam ex ijs qui in agris & uicis medicinam exercent, utebatur eo ex aceto ad uiperarum morsus, & multò sanè etiam magis aliarum bestiarum: ac profectò ex ijs complures seruauit. Et hic ipse quoum medicus ad auriginem potandas ipsas spyrathos ex uino praebuit, & ad profluuium muliebre cum thure apposuit. Quae omnia sanè optimus medicus ignorare non debet: ceterum potiora eligere potissimum ad urbanos & honoratos, alicuiusque existimationis uiros: in quibus equidem ego tali nunquam sum usus medicamine, quàm multò meliorum suppeteret copia. Attamen existit nonnunquam tali usus, aut in itinere, aut uenatione, aut rusticatione, quum scilicet meliorum nihil adfuerit, aut homo rusticus perinde fuerit carnis duræ ac asinus. Nam eiusmodi multos in agris reperias dignos qui bibant spyrathos. Porro quod & supra monui de urinis & bile, & saliuâ, id nunc memoria repute, nempe uniuersalem & comunem facultatē eandem omnibus inesse, uerum pro animalium temperaturis uariam. Nam eorū quae sicciores sunt temperatura, & sterminus exiccantius est: sicut & calidiorum magis etiam excafactorium. Verum nullum omnino sterminus refrigerat, sicut nec ullum humectat. Sed & pro natura eorum quaedunt, multa item fuerit diuersitas. Proinde in hominibus potius quàm alijs animalibus maior est: quandoquidem hoc animal diuersissimis maximeque uarijs cibis utitur. Nam quid simile habent qui allium ac cepas comedunt, & qui cucurbitā, uerbi causa. At caprarum spyrathi pro pastu uario nonnihil item habuerint differentiae, non tamen tantum quantum sterminus humanum.

Stercus bubulum.

Similiter sterminus bubulum exiguam habet differentiam: estque & ipsum facultatis exiccatoriae. Verum attractoriam etiam obtinet, ut monstrat dum apum uesparumque morsus iuuat. Atque hæc ut à proprietate substantiae totius iuuentur, fieri potest. Ceterum medicus quidam medicamentorum peritus, in Mysia quae in Helleponto est, aqua inter cutem laborantes bubulo stercore oblinens in solem exposebat. Atque hic ipse imposuit & partibus rusticorum phlegmone obsessis humidum illud uere colalectum, quum herbam boues pascuntur. Manifestum autem est hoc esse alio modo ratiōibus multò uiribus. Dico autem aliud, quum paleis uescuntur. Nam hoc modicum est inter id quod modò diximus, & quod prouenit ab erui pastu. Liqueat ergo quemadmodum id quod ex pascuo herbaceo prouenit, ad phlegmonas accommodatur, sic istud aqua infestatis esse idoneum. Scire tamen oportet, omnia id genus in edibilia, & qui opus obeunt tam ualidum: in quibus utique Mysus ille medicus & ad choeradas adhibebat, & ad tumores omnes scirrosos, ex aceto in cataplasmatibus sanè mam compositum illinens.

Stercus

Stercus ouillum.

Sed & hic ipse medicus ouium utebatur stercore ad acrochordonas, & myrmecias, & thymos, & furunculos duos, quos clauos nominant, aceto uidelicet diluens. Quin & ulcerum ambusta ad cicatricem illo ducebat, nempe sterminus hoc cerato rosaceo commiscens. Sed & per sterminus caprinum combustum similiter curabat: ceterum pauculū eius multis numeris maiori cerati moli admiscebat. Et in totum studium id illi erat unicum, omnia curare per ea quae in agris facillime parantur: inter quae sunt & herbae, & frutices, & arborum flagra, & germina, & folia mollia, & fructus, & cortices: super quibus copiosius dicitur in facili parabilibus.

Stercus columbinum.

Porro stercore columbarum nomadum (nam sic eas quidam cognominant, à domesticis uidelicet distinguentes) tanquam medicamento excafaciente & ipse ad multa frequenter admodum utor, nempe cum semine nasturtij contusum cribratumque siccum uice napyos ad ea quae rubrificari debent adhibens. Manifestum autem est, quòd inueterata omnia dico in talibus affectibus quales sunt coxendix, hemisrania, scotomata, uertigines, & cephalaea, & in lateribus, scapulis, ceruice, lumbis dolores inueterati, & ad hæc nephritides, & affectus coeliaci, & podagrica arthritides: quando uidelicet in articulis eorum nondum constiterint tophi siue pori. Atque hoc sterminus planè fetidum non est, & maxime arefactum. Quocirca & in urbibus eo uarie utimur, alijs alijs miscentes medicamentis.

Stercus gallinaceum.

Porro quum conspexissem illum in Mysia medicum gallinaceo utentem stercore in eis qui ab esu fungorum suffocabantur, & ipse quoque sum usus in quibusdam urbem inhabitantibus, qui & ipsi fungos esitarant, ipsum uidelicet ad leuorem contritum tribus quatuorue oxycrati aut oxymelitis inspergens cyathis, & palam adiuti sunt, idque celeriter. Nam qui praefocabantur, paulò post uomebant pituitosum humorem omnino crassissimū, & exinde planè liberati sunt symptomate. Est autem hoc sterminus columbino minus calidum. Ceterum Mysus ille medicus dabat etiā bibendum sterminus gallinaceum ijs qui diutino coli dolore fuissent uexati, ex œnometelice. Quòd si hoc non aderat, ex aceto aut uino aqua diluto. Porro memoria tenere oportet communem de omnibus animantibus rationem, nempe tum in ijs quae in corporibus ipsorum continentur tam humida quàm solida, tum in ipsis partibus plurimam esse diuersitatem morranorum quae uocant, & eorum quae in pratis, paludibus, lacubus, & aedibus uersantur. Semper enim quae exercentur, ijs quae non exercentur, sunt sicciora, & quae cibis utuntur calidioribus siccioribusque, ijs quae humidis frigidisque. Nam in columbis (quandoquidem creber nobis earum sterminus est usus) multò semper inferius ac imbecillius expertus sum earum sterminus quae in domibus degebant, quàm earum quae in montibus, quas nomadas nuncupant, Tum gallinarum quoque inueni multò etiam imbecillius earum quae conclusae seruantur, & surfuribus aluntur, non paulò autem ualentius earum quae in agris, atrijs, aut foris pascuntur.

Stercus anserum, & ciconiarum.

Ceterum sterminus anserinum praenimia acrimonia inutile est. Colligo etiam ita esse & accipitrum, & aquilarum. Verum fugienda est materia omnis eiusmodi quae difficulter comparari potest. Qua occasione complures ualidissimas uires talibus materijs testimonio adscribunt suo, ceu non facile redarguendi: uelut qui ciconiarum sterminus comitali morbo mederi scriptitant. Verum quanquam hoc multis alijs quae scribunt, longè sit parabilis, curiosum tamen est, ut taceam falsum esse, quod de illo est proditum. Nam quidam ijs qui talia memorant credulus, epoto hoc stercore nihil aditutus est. Nam & antequam experiare, promissorum prauitatem ac falsitatem ipsi qui talia scribunt detegunt. Nam quum multis modis difficulter homines spirent: nec quod omnibus conferant adscribunt, nec quod his, aut huic. Tamen sunt inter eos

C qui talia scriptitant, qui non simpliciter dyspnœa, hoc est difficilis spirationis, sed orthopnœa talia esse remedia dicunt, nempe ciconiæ stercus, nocturæ sanguinæ, urinam humanâ, & alia his absurdiora: haud sciētes quod pituitosus viscosusq; succus bronchia obstruens pulmonis, huius affectus sit causa, & quod in eo euacuando consistat medela, & quod euacuatur dum per tussim excreat, et quod id fieri nequeat absq; crebro epoto medicamēto acriore. At hi adeo sunt nugaces, aut præstigiatores, aut quo illos digno appellem nomine nescio, ut dicant absurdorum istorū poculorū unum quodq; epotum à dyspnœa liberare: quod fieri nō posset, ne si uel specillum fas esset alicui in pulmonem demittere, quo infixum humorem tolleret, semel duntaxat demisso. Præstabat itaque illis dixisse, non si epotus sit hic sanguis, aut urina, sanare dyspnœan, sed si poterit. Rectiusq; etiam quod non semper & omnino sanabit, ne si uel assiduo poterit, sed quod multos sanauit, multos uero adiuuit quidem, sed morbo prorsum nō liberauit. Sed hos iam mittamus, & quod deinceps est, ad id pergamus. Cuiusq; enim stercoreis acrimoniæ & digerendi uim possidentis, prout aliud alio plus minus ue eius sortitum est facultatis, ita particulares in ipsis proueniunt differentias: ac proinde aliud hoc pathema potius, aliud illud magis curare ualet.

Stercus murium.

Sic enim murium stercus alopecias curare proditum est, & inuentus est quidam medicus, qui ad hoc pathema urebatur composito medicamēto ex murium stercore confecto. Et alius quidā glandem pucro familiaribus rogantibus ut apponeret, præcepit ut ex stercore conficeretur murium. Quo dicto omnes qui audierant in risum soluti sunt, quod quā tot essent quæ apposita sedi ad excretionem excitarent intestinum, ille omnibus præteritis ad muriū confugisset stercus. Nam re uera pudendum est talia etiam experiri uelle, quā omnes ceu curiosum & præstigiatorē condemnent eum qui talia aut faciat, aut dicat. Itaq; de murium stercore hæc quoq; sufficiunt.

Stercus crocodilorum terrestrium.

Cæterum terrestrium crocodilorum, horum inquam exiguorum, & humi serpentium stercus preciosum effecere mulieres deliciosæ, quibus nō est satis quod alia sint medicamēta tam multa, quibus faciei cutis & tenfa, & splendens efficitur, quin etiam adiungat stercus crocodilorum. Similis illi est & sturnorum, quum solam oryzam ederint. Clarum itaq; est quod abstergendi desiccandiq; facultatem utranq; moderatam habent stercorea eiusmodi, & multo moderatiorem & hebetiorē stercoreis sturnorum. At stercus crocodilorū sicut à facie ephelen tollit, ita & uuliginē, & lichenas.

Rhypos, hoc est sordes, hominum.

Sordes nascitur non tantum per totam corporis cutem, sed & in auribus, sed ob paucitatem paratu difficilis est. Proinde de illa nihil scribunt, nisi quod paronychiis congruat sordes aurium: quam sanè etiam solam per se licet accipere. Nam quæ in tota cute prouenit, & in balneis & in palæstris deraditur, conferens nonnihil & ipsa ad patum quem uocant: de quo supra disserui. Sed & generatio eius naturam indicat. Nam si sordes est crassum illud ac terrestre, quod reliquum est eorum quæ per la tentem transpirationem euacuantur, sequitur ut desiccandi uim habeat cum nonnulla caliditate iunctam. Ea tamen sordes quæ lanis ouiu inhaeret & adnascitur, ex quæ cæsypon, quod uocant, conficitur, coquendi uim habet similem butyro: paulum uero etiam digerentis facultatis obtinens.

DECIMI LIBRI FINIS.

CLAVDII

CLAVDII GALENI PERGAMENI

DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM

FACVL TATIBVS LIB. XI.

Theodorico Gerardo Gaudano interprete.



PLERAEQUE animantium partes cōmunes inter se omnium sunt, nulla tamen est æquæ communis ut caro. Hanc enim habet omne animal. Sanguine quidem præditum, ut homo, & omnes quadrupedes, tum aues, serpentes, lacerti, quos fauros uocant, testudines, & quæ sunt eius generis. Sanguine carentia, tum ostrea omnia, tum non pauca eorum quæ in aquis degunt, sicut & nonnulla quæ in terris. Et quod ex animantibus maximè editur, caro est. Nam & uiscerum plurima moles ex carnibus ipsis inhaerentibus constat. Verum nonnulli medicorum carnē uiscerum parenchyma uocandam censent, propterea quod ex uenis effusus sanguis circum uasa omnia concrecat, ut ipsi arbitrantur. Sed eam quæ uisitur in musculis, solam carnis appellatione dignantur. Verū de nominibus, ut semper monemus, contendendum non est: sed exercenda potius rerū scientia: cuius nos quoq; studio usq; dediti, quæcumq; tum de cuiusq; animantis partibus, tum de communibus cognouimus, eaq; partium experientia, partim ratione docti, omnia deinceps exponemus, orsi à carne proprie dicta.

Caro uipera.

Non omnes animalium carnes hominem nutriūt, sed quorundam etiam letales sunt, non secus atq; uenena quæ uocant deleteria. Tum inter eas carnes quæ hominem nutriunt, quædam hoc ipsum tantum sunt, nempe nutrimentū. Quædam uero supra quàm quod nutriunt, habent & facultatem ceu medicamēti: quando quidem desiccando, humectando, exalfaciendo ac refrigerando corpus alterat. Nam uipera rum carnes palam uidere est exalfaciētes & desiccantes, ubi condiuntur ceu anguilla, nempe oleo, sale, anetho, porro, & aqua, seruato nimirum modo. Quod autē totum corpus per cutim euacuent, discere tibi liceat uel ex ijs quæ ego iuuenis etiam num in Asia nostra sum expertus: quæ singularem deinceps narrabo. Homo quidā morbo quæ elephanta cognominant, laborans, aliquousq; cū sodalibus conuersabatur, donec ex ipsius cōsuetudine conuersationeq; quidam nostrum morbi inficeretur contagione, & ille iam odoratu grauis, ac foedus redderetur aspectu. Constructo igitur illi tugurio proximè uicum in iugo collis propter fontem, illic hominem collocant, tantum illi quotidie ciborum ferentes, quod uitæ sustinendæ satis foret. Cæterum ad Canis exortum, quū forte messoribus haud procul inde metentibus unum esset allatum in fictili sanè quàm fragrans: is quidem qui attulerat, deposito illo prope messorēs, abiit: uerum ubi eius bibendi aduenisset tempus, sublato fictili adoleseens, ut pro more impleto cratere, cōpetente aqua uinum temperaret, in cratera uinum effudit, & unā excidit uipera mortua. Quare attoniti messorēs, ueriti ne quod, si ebibissent, inde sibi malū eueniret, suam quidem sitim aquæ potione sedare maluerunt: cæterū quū illinc discederēt, præ humanitate uidelicet ac misericordia homini illi elephanti obnoxio uinum largiuntur, rati expedire illi potius mori, quàm uiuere in ea miseria. At ille ubi bibisset, admirandum in modum sanitati restitutus est. Nam tuberosum illud omne cutis totius nō aliter quàm animaliu à testis mollitie nūcupatorum malacostracōn, tegmen decidit. Quod autem reliquū erat, molle admodum apparuit, instar cutis cancrorum & locustarū (carabos Græci uocant) ubi exuma testis fuerit detracta. Alterum quoq; eiusmodi non dissimili casu in Mysia Asia, nō procul ab urbe nostra accidit. Vir quidam elephantu laboras profectus est ad aquarū spon te nascentium usum, sperans inde nonnihil se cōmodi adepturum. Erat illi scortum

C mancipium, iuuenula sanè formosa, compluribus amatoribus ambita. Profectis igitur illis, in ædibus, quibus uicinus erat locus squalidus, & uiperarum plenus, forte fortuna ex illis una in urceum uini incidit negligentius positum: extincta est. Ac scortum quidem in lucro id reputans quod fors euenisset, hero id uini propinat, atque ille ebibit: cæterum exinde ad eum modum quo ille qui degebat in tugurio, persanatus est. Porro tertium quoque annexa quod ex nostra profectum est imitatione. Quam quidam hoc morbo ægrotaret, animo magis quam uulgi philosophico, & contempore mortis, oppidum quam grauius ferebat, satiusque dicebat mortem semel perpeti, quam uitam uiuere tam miserabilem. Itaque illi quæ superioribus duobus accidissent indico. Erat autem ipse auguriorum peritus, & amico utebatur mirifice hanc disciplinam transtante. Itaque ubi ad augurium cum illo cõsedisset, persuasus est, ut quæ per experientiam essent cognita, ipse imitaretur: atque epoto uino quod sic erat uenendū infectum. Lepra profus factus est: ac postea lepram eius nos consuetis remedijs sanauimus. Quartus præterea uiuas capere uiperas arte instituit. Sed illius in illo morbi tantum erant principia: itaque cura studiumque nobis fuit, ut illum quam celerrime sanitati redderemus: quocirca misso sanguine, atque bile medicamēto detracta, uiperis quas capiebat uti fuffimus, præparatis in olla anguillarum in modum. Atque hic ita sanatus est, euaporato per cutem affectu. Postremo & alius uir quidam opulentus, non nostras ille quidem, sed ex mediâ Thracia, Pergamum aduenit, admonitus somnio: ubi iubente deo per insomnium, ut quotidie medicamentum biberet quod confectum est ex uiperis, forisque corpus inungeret, non multos post dies morbus in lepram abiit: rursusque & hoc pathos quibus deus præcipiebat medicamentis curatum est. Sanè uiperarum caro adeo ingentem obtinet desiccandi facultatem, ut quidam qui eam edere, uehementissimam cruciatum sint siti: ac proinde illas dipsadas cognominant. Sunt autem qui dicant demorsos à uiperis satiari non posse potando, sed dirumpi citius, quam siti liberari. Quocirca eos qui Romæ uiperas uenantur, quos Marsos nuncupant, percontatus sum, ecquid haberent signi quo genus utrumque uiperarum discernere. At illi prorsum negabant ullum esse genus uiperarum dipsadum, uerum eas quæ iuxta mare atque in locis degunt falsedinem multam habentibus, carnem obtinere falsam: ac proinde in Libya talium ingentem esse prouentum: in Italia uero propter regionis humiditatem non inueniri. Atque hæc quidem narrantes audiui Marsos: non tamen certo dicere queam, an in totum uerum dixerint, an partim etiã falsum. Nam quasdam esse uiperas in ijs quas memorabant regionibus, quibus falsa sit caro, uel maxime mihi uideretur esse probabile. Scio enim cum cibus animalium mutari carnes: non tamen nullum esse genus uiperarum dipsadum pronuciare ualeam. Cæterum tutissimum est cauere, ne in eiusmodi regionibus uiperas uenemur seu ad esum, seu ad medicamentum præparationem, quale est & hoc præclarum quod medici prope omnes Theriacam appellitant. Porro quoniam ex more, quum artiscos theriacos, quos uocant, præparamus, non tantum caput, sed & caudam earum abijcimus, subijt mihi frequenter rationabile fortassis esse, caput quidem totum abijci, ob uenenum quod ore continent, uerum à ratione alienum esse, adimere & caudam. Nec enim dicere liceat quod id faciendum sit ob recrementa tum liquida, tum sicca. Nam interfectis atque excoctis aperitisque exempta interanea omnia abijcimus, ut sola sit carniū substantia reliqua una cum arterijs uenisque per ipsas innatis, quarum minima moles est ut ad totam carnem, ac ne apparens quidem, nisi quis multum diligenter intentis oculis consideret. Atque artiscos, quos & Theriacos uocant, hunc in modum præparamus. Purgatas illas in aqua lixuram, quoad exacte nobis uideantur coctas. Indimus autem ab initio statim aquæ anethum, & post coctionem spinas à carne separamus: mox panem ad leuorem trito carnem commiscemus. Verum non quemlibet panem citra delectum accipimus, sed quam fieri possit purissimum, simul & probe in clibano coctum, & salis simulque fermenti quod satis sit habentem. Eum autem antea desiccamus in ædibus siccis, minimeque hume-

A ctis, donec adeo siccus efficiatur, ut in mortario contundi possit. Non tamen tundentes miscemus, uerum aqua in qua decoctæ fuerant uiperæ, maceramus, & carnem ipsam prius quam commisceatur panem, in mortario coquorum eatenus conterimus, donec exacte reddatur leuis. Postea paruos artiscos fingentes, atque in ædibus calidis siccisque desiccantes, deinde quoque in talibus repositos seruamus. Hos ergo ineunte æstate conficimus, quo potissimum tempore optima est uiperarum caro. Porro utimur eis postea contusis denuo & cribratis, & rursus ad leuorem redactis, salis non nihil adijcientes ad suauitatem compositi: cuius etiam aliquid ipsi theriacæ inijcimus. Cæterum eodem quoque tempore ex uiperis deustis sale conficimus, uiuis illis in ollam nouam iniectis una cum ijs medicamentis quæ illis & substerni, & apponi assolent: quæ omnia nunc commemorare non est præsentis negocii. Nam inuenientur fortassis etiam qui me non iniuria reprehendent, ob monstratam hoc in loco Artiscorum præparationem, tanquam alieno tempore expositam. Verum hæc posteaquam dicta nunc sunt, seruentur tamen ac maneat etiam, si non admodum uideantur huic instituto propria. At quæ sequuntur, conuenienti dicantur modo. Conueniens autem est generalis facultatis meminisse, carnem uiperinam dicendo exicatoriam, & ualenter digerentem, mediocriter uero exalfacientem. Properat autem, ut uideatur, uis eius ad cutem, per eam uidelicet quæ in corpore sunt recrementa exigens. Quibus ergo affatum est mali succi in corpore, ijs ingens puenit pediculorum numerus, & à cute ceu squama abscedit ac decidit extrema cutis, quam Græci uocant *inidquidra*, ad quam siltuntur ac retinentur crassi terrosique humores ad cutem protrusi, à quibus quidem psora, lepra & elephantas nascuntur. Et hæc quidem habui quæ de uiperarum carne dicenda putarem. Rursus ergo sermonem repetam. Calidiorum natura animalium carnes non solum nos alunt, sed etiam calfaciunt: frigidiorum autem refrigerant. Sic etiam sicciorum carnes desiccant: humidiorum humectant. Memoria itaque repete, quemadmodum didicisti in libris de temperamentis, quod ubi conieceris animal quoduis temperatura esse siccior, uelut exempli gratia suem syluestre domestico, huius & carnem esse magis exicatoriam, & secundum alias temperaturarum differentias similiter: puta sue sicciorum ouem, & hac capram, qua bouem, quo denique leonem: sic in caliditate leo calidior est cane, canis tauro, taurus boue excocto. Itaque pro portione, quæ cætera animalia in temperatura excedunt, & carnes quoque eorum differunt atque exuperant. Proinde ubi consilium fuerit corpus exicare, sicciorum temperie animalium carnem exhibeto: calfacere autem uolens, calidiorum: & frigidiorum, si coneris refrigerare: denique si humidius reddere, humidiorum. Nec parua existit carniū differentia, quum quasdam sale condimus. Nam prorsum diuersæ atque aliæ euadunt, adeo ut sæpe numero animalis temperatura humidissimi caro salita longe euaserit exiccantior, quam ea quæ natura fuerat sicca. Porro inter eas quæ salitæ non sunt, siccior est quæ asca est, quam quæ in aqua elixa. Scripserunt autem & aliorum animalium carnes quidam prodesse tum comesas, tum in partes affectas impositas, ut erinacei terrestres desiccata, si bibenda præbeatur elephantis obnoxijis, cachectis, hoc est qui mali sunt habitus, tum conuulsionem sæpe numero patientibus, nephriticisque, & ijs qui laborant aqua inter cutem, quam anafarca uocant. Ac si ea efficere potest, facultatem habuerit ualenter simul digerentem desiccantemque, sicut & caro Mustelæ (Græci galen uocant) arefacta: quæ utique comitiali morbo afflictos iuuat epota. Sed & salitarum Hælororum carnem ad leuorem contritam palos & spicula educere aiunt, impositam uidelicet, tanquam trahendi uim habeat. Porro Mutulorum, quos Myacas Græci uocant, carnem ulceribus à mordente cane influctis competere. Ego uero nullam insignem inuenio facultatem quam requirant id genus ulcera, tanquam ea quæ à rabido cane mordente sunt illata. At coclearum caro prius in mortario contusa, ac postea ad leuorem redacta, omnium ualentissime desiccet partes superfluo humore grauatas, adeo ut & hydericis conueniat. Ipse autem humor solus per se citra carnem

C (uocatur autē is à uulgo cochliu myxa, hoc est mucus limacis) thuri mistus, aut aloē, aut myrrhæ, aut horū quibusdam, aut omnibus, quoad accipiat cerati crassitiem, medicamentum sit tenax, desiccaturque purulentos mucos aurium: sed & fronti impostum in hæret, oculorum fluxiones reliccans. Quidam etiam ad palos eximendos utuntur totis unā cum testis ad leuorem tritis: sed & quidam ad sistendos menses. Equidem ego aliquando in agro carnes ipsas solas in uulnus cum perui uulneratione & contusione factum tritas imposui, ipsumque uulnus pulchre glutinatum est, & neruus phlegmonem haud perpessus: erat autem homo durus & agrestis: miscui tamen illis contritis pollinem farinae acceptum à pariete molæ proximo. Scripsere autē maiores me nonnulli medici, ad eiusmodi usum miscendum thus aut myrrham. Verum horū habebam tum neutrum, ut qui tunc ab urbe abessem in agro. Possis autē & resinae frictæ contritæ admiscere, si adsit, quippiā. Porro ubi multi mucii coclearum accipere uoles seorsum, stylo carnem earū pungito. Sed non ante multos dies uenatas esse expedit: alioqui enim tempore desiccantur. Nam recentes plurimū habent uiscosæ illius humiditatis, quam stylo compunctæ effundunt. Humiditas hæc pilorum in supercilijs præter naturam gluten est.

Pinguedo, & adeps.

Pinguedo, & adeps: & hæc quoque communissimæ sunt inter animalium partes. Nam quæcunque bene nutriuntur, ea omnia aut pinguedinem, aut adipem obtinent. Quæ uero macilenta sunt, maleque nutriuntur, sæpe omnino ne habere quidem, sæpe uero pauculum, idque siccum, ut ægre uti possis, apparent. Porro differt à pinguedine adeps, quod crassior sit, ac propterea animantibus totam naturam terrosiorem habentibus adeps provenit, uelut humidioribus pinguedo. Proinde pinguedo celeriter in ignem posita liquefit: nec facile ubi liquata fuerit, rursus concreuit ac cogitur. At adeps nec facile funditur liquefit ue, & fusus celerrime coit ac congelatur, multoque apparet pinguedine durior. Sus enim bene habitus pastusque multam habet pinguedinem, ob naturalem temperamenti humiditatem. At boues & capræ, & quæcunque id genus cornigera, ob siccitatem adipem plurimum generant. At tu si uoles, oleo sanum & pinguem in animalibus substantiam omnem adipem appellato, ut plerique medici. Sed & pinguedinem appellare totum hoc genus licet. Non tamen licet citra mendacium adipem caprinum humidiorē esse dicere quam suum. Nam hic omnium ferè me aliorum est humidissimus, ac proinde actione sua uicinam oleo uim possidens: quanquam oleo magis tum emolliat, tum concoquat: ac proinde cataplasmatibus que ad phlegmonas accommodantur, commisceri solet. Qui uero mordicationes perpetuantur aut in recto intestino, aut in colo, ijs potius caprinum adipem quam suillum inijcimus: non quod acrimonias plus obtundat (nam ex natura sua suillus obtundit magis, ac proinde miscetur medicamentis ulcera curantibus, cuiusmodi est quod uocant parygrum) sed quod caprinus ob crassitiem citius concreseat, suillus autem instar olei defluat: proinde ipsum potius dysentericis & tinesimosi inijcimus, quando morsum eorum mitigare consilium est. Porro ob tenuitatem essentia nonnulla acrimonia magis retundunt, ubi nimirum in alto mordicatorum corporum quod molle est hæserit. Nam quod crassiorum est partium, minus, magis autem quod subtile, tota corpora penetrat, & omnibus ipsum saniebus mordicationibus permiscetur. Hac ratione adeps anserinus quæ in alto corpore mordicant magis obtundit. Sed & suillo calidior est. Horum tamen in medio est gallinaceorum adeps. Porro calidior semper ac siccior est masculorum animalium, & horum ipsorum executorum minus tum calidus, tum siccus. Quippe mas castratus eiusdem semper generis foeminae assimilatur. Hoc autem sermonis caput commune est, cuius meminisse oportet: Pro animalium temperatura semper existere differentias eius que in illis est pinguedinis, aut adipis, aut quocunque modo appellare libebit totum hoc genus corporis in animalibus tibus oleosi & pinguis. Igitur quum sus omnibus prope quadrupedibus animalibus in caliditate

A in caliditate ac siccitate inferior sit, proinde pinguedinem quoque minus habet calidam, magisque humidam. Omnis igitur pinguedinis facultas est humectatoria & excalescentia humanorum corporum. (Huius enim meminisse perpetuo oportet in principijs huius operis dicti.) At differentia quæ sunt cuiusque singulatum, in maioris minorisque ratione sunt. Nam pinguedo suis, ut ad nos quidem, largius humectare potest, sed non æque excalescere ut oleum: uerum pinguedinis suum talis est caliditas, qualis spectatur in nobis. Porro taurorum adeps suillo multo calidior est & siccior. Rursum id memoria repetentibus nobis, marem foemina esse tum calidiorē, tum sicciorē: marem autem castratum ad similitudinem foeminae, uelut quicquid iuuenilis est ætatis. Et inter iuuenilia foemina mare humidior est, & minus calida. Sic & adeps utulinus taurino minus tum calidus est, tum siccus, & hædorum quam caprarum. Sed & caprarum minus quam hircorum. Et rursum taurorum minus quam leonum. Nam horum adeps omnium prope quadrupedum adipe potentius digerit. Nam & caliditate exuperat, & partium tenuitate. Itaque si ipsum medicamentis ad ulcera & phlegmonas conuenientibus commisceas, non modo nihil adiuueris, uerum etiam læseris, nimirum addita maiori quam conueniat acrimonia. In ueteris tamen tumoribus atque scirri in morem induratis, tum neruorum curuaturis (quæ Græci uocant) & in summa quæcunque scirrosa sunt, ijs aptissimus est, in quibus sane minime apparet efficax suillus. Taurinus autem ab utroque ex æquo distat, ut quanto calidior sicciorque suillo est, tanto superetur à leonino. Itaque tanquam in medio consistens, merito utriusque medicamentorum miscetur generi, & ei scilicet quod scirrosus medetur, & ei quod phlegmonas concoquit, cuiusmodi est tetracharmacum quod uocat, ex cera, resina, pice, & adipe constans. Nam siue in hoc taurinum, siue utulinum, siue hircinum, siue caprinum, siue suillum indideris, semper puri mouendo aptum, & concoctorium medicamentum effeceris. Sed suillus si addatur in pueris, & foemina, & ut breuiter dicam, omnibus quibus caro est mollior competit. Sin taurinum adieceris, fossoribus & mellonibus, & omnibus carnem duram habentibus, siue ob naturalem temperiem, siue ex ratione ac forma uitæ, conueniens effeceris. Caterum adeps dum inueterascit, seipso & calidior, & tenuior efficitur, ac proinde quoque ualentius desiccans. Verum id omnibus inueterascentibus accidit, quæ quidem non putrescere anticipent. Nam uinum, mel, acetum, frumentum, butyrum, hyssopum, oleum omne, siue lentiscinum, siue cicinum, siue raphaninum, siue ipsum quod ex oliuis conficitur, uetustate & calidiora, & tenuioris essentia efficiuntur, ac proinde gustantibus apparent acriora, & ad induratos ægreque solubiles affectus adhibentibus potentius digerentia. Atque ego sane gustantibus acriora uideri dixi. At quidam quibus studium est nominum significatus corrumpere, non acia sed adstringentia uocant id genus omnia, adusque piper: tanquam inter sit nihil, adstringens, an acre dixeris. Et si denuo illos roges de galla, myrto, mespilis, mali punici putaminibus, quæ sicciora uocant, rhoon & omphacio, & hæc dicunt adstringere: tamen si aduersissimum ex illis sensum percipiamus, ei qui à pipere, pyrethro, napy, euphorbio, cepa, alio, adarce percipitur. Igitur si quemadmodum adstrictionis uocabulum de utroque affectu quem gustu percipimus, communiter efferunt, sic ipsos quoque affectus unam habere naturam existimant, quiduis aliud potius habendi sunt quam homines, ut qui soli proprios sensus obtineant. At si omphaca, rhoon, gallam, balaustrum, hypocyfida contrahere constringereque nostram fateantur substantiam, seccinere uero, mordicare ac penetrare, piper, napy, pyrethrum, improprie adstringentia nuncupant quæ mordicant & excalesciunt, ceterum in cognoscendis ipsis medicamentis non peccant. Verum si oportet cōiectantem dicere, in uocabulis, an in rebus habentur, equidem in uocabulis potius falsos uiros illos dixerim, & maxime quibus Græca lingua insueta est, qualis est Dioscorides Anazarbensis, qui profecto multa bene dixit eorum quæ de materia memoriae prodidit, cæterum significata græ

C canicarum uocum non satis pernoit. Hic ergo quum ait, magis esse adstrictorium adipem caprinum suillo: si quidem acriorem significare uelit per magis adstrictorium, accipimus sermonem ceu uerum. At si illud, talem habentem qualitatem, qualem rhus, rheon, hypocystis, balauftium, haud uerum esse sermonem dicemus. Porro quoniam uiperarum adipem ubi radicitus pilos sub alis euulseris, prohibere illos res crescere illitum referunt, uisum est mihi eius facere periculum esse satius: at ubi pro ut iubent fecissem, mentitos comperi, sicut etiam quod initia suffusionum sanat. Verum urforum adipem alopecias curare uere est proditum: quum tamen probatiora habeamus ad eum affectum remedia. Porro quum dicat tamen uulpinum adipem dolores aurium sanare, absque ut dicant quos aurium dolores, ceu non noscentibus ipsos distinguere, attendendum non est. Alij piscium adipem laudant, tanquam ad suffusiones, aut quencunque alium affectum nominare uelint, congruat. Alij non similiter piscium dicunt, sed addunt fluuiatilium: alij uero potius marinorum: quod uidelicet aliquid plus scire uideantur quam uulgas.

Myelos. Medulla.

D Medulla uim habet indurata & scirrosa corpora emolliendi, siue musculis, siue tendonibus, siue ligamentis id accidat, siue etiam uisceribus. Optima semper experatus sum ceruinam, deinde iuniorum bouum, quos uitulos etiam nominant, ac proinde medullam eorum uitulina appellitant. At hircorum & taurorum tum acrior est, tum sicciior. Itaque durities scirrosas emollire nequit, si qua etiam memoria manet earum quae in quinto libro de his sunt prodita. Ex uitulina igitur & ceruina medulla pelli componuntur uteros emollientes. Et extrinsecus utris medicamenta imponuntur, quae ex medulla preparantur, uim habentia emolliendi. Accipitur autem non solum medulla ex ossibus, quae sane reuera est medulla, sed & ex spina, quam & ipsam medullam nominant, spinalem uidelicet: quae tum durior, tum sicciior est quam alia. Illa enim mollior est & pinguior: ac proinde ego spinalem seorsum per sese absque illa repono. Sed ea mihi utriusque cura est, ne aut putrescat, aut situm colligant. Itaque in hunc me primum eas capio, uelut & adipem, deinde in aedibus siccis atque editis, plane huius moris expertibus, cum folijs lauri siccis repono. Nam quae recentia sunt & humida, multum etiam qualitatis suae illis impatiunt, ut acriores fiant medullae. At si quando ambiente calido & austro medullas aut adipem uoles reponere, paratum sit in hoc cubiculum neque calidum, qualia ferè sunt quae meridiem spectant (putrescunt enim in talibus) nec humo proximum, atque humidum (nam in talibus situm contrahunt) sed supernum atque excelsum, & ad Aquilonem obuersum, paruas habens aperas fenestras, ut tam noctu quam interdum ab Arcto spirantes uentos accipiat.

Caput mænidum.

Capitibus mænidum sale inueteratarum ad sedis fissuras utebatur quidam, & is ipse ad columellam diu indurata. Videtur ergo uis illarum esse desiccatoria, non admodum acris: nam id adustarum quæpiam obrinent, sicut omnes communiter desiccationem.

Caput leporum.

Alius caput leporis comburens utebatur ad alopecias cum adipe ursino.

Caput sauratum.

Porro sauræ caput contritum quidam palos & spicula extrahere memoriae reliquerunt, tum myrmecias, acrochordonas, & clauos.

Cerebrum leporis.

Cerebrum leporis attritum & esum utile esse didicimus pueris dentientibus, capite uidelicet toto elixo, ut ego facere soleo. Non tamen eximia uis eius est, sed iuniorum mellis & butyro, & alijs quae ad dentientes pueros conueniunt. Quidam etiam aduersus metum utiliter edidit cerebrum hoc prodidere.

Cornua cerui & caprae.

Cornibus cerui & caprae uis maxime utuntur, ut & nos saepe uisum sumus, tum ad candorem

4 candorem dentium, tum ad contrahendas mollitie fluidas gingiuas. Ceterum ceruinum maxime commendatur ab ijs qui talia scribunt, quod si ab uestione laetur, dysenteriam & sanguinis excreationem, praeterea coeliacos affectus sanat: & aurigini utile esse dicunt. Porro duo exhiberi coelearia ad omnia ista praecipunt. Miscuerunt autem ipsum nonnulli, ut dictum est, uisum & elotum collyrijs etiam desiccantibus oculorum fluxiones. Est enim scilicet omnium talium uis exiccatoria: uelut & dictum est.

Pulmo agninus, & porcinus.

Pulmo agninus pariter & porcinus intertrigines a calceamentis curare creditur. At uulpinus si bibatur resiccatus, asthmaticos iuuat.

Iecur canis rabidi.

Iecur canis rabientis si assum edatur, remedium existere ijs, qui ab ipso fuerint morfi, quibusdam est proditum: ac scio certe quosdam qui sumpserunt mansisse superstitiosos, uerum non illo duntaxat usos. Siquidem alia praeterea remedia, quorum fecimus periculum, in rabientibus tunc adhibuimus. Audiui uero quosdam quum illi soli fidem habuissent, postea mortuos.

Iecur caprinum.

Porro caprinum iecur quidam assantes, saniemque effluentem excipientes, ea utuntur ad nyctalopas. Vaporem autem eius dum lixatur, oculis apertis excipientes dum praecipunt. Quin & assum si edatur, & ad eosdem affectus accommodari aiunt: & eos qui comitiali morbo sunt obnoxij, arguere, conuulsionemque illis accerere. Idem potest hircinum.

Iecur lacertae.

Iecur autem lacertae erosum impositum dentibus, eos dolore liberare nonnulli scriptum reliquere.

Venter mergi.

Ventrem mergi quidam commendant tanquam medicamen concoquens, & pepticum, idque siue protinus lixum, siue arefactum comedas. At nos id experti, uanum esse promissionem comperimus, sicut sane etiam quod de interna tunica gallinarum memoria est proditum. Aiunt enim quidam, si ea arefacta bibatur, iuuare stomachicos.

Iecur lupinum.

Iecur lupinum saepenumero in medicamentum indidi hepaticum, quod ex eupatorio conficitur, nec tamen quod mentione dignum sit amplius prestare comperi, ad illud uidelicet comparans quod sine ipso componitur.

Castorium.

Testiculos castoris nuncupant castorium, medicamentum & celebre, & multi usus, adeo ut Archigenes de castorijs usu totum conscripserit librum. Atque ille sane particulares eius facultates exposuit, nos uero uelut in alijs medicamentis fecimus, ita & in hoc quoque generalem modo facultatem dicemus. Quam si praeculis habeas, ipse per te particulares inuenire possis. Itaque quod excaeciat, manifestum est. Nam si uoles ipsum ad unguem leuigatum oleo maceratum parti cuiquam intricante, euidenter illam incalefcere percipies. Porro calfacientia omnia ubi contracta substantia quippiam digerunt, conuulso etiam illam desiccant, nisi si quid natura fuerit humidum, ceu oleum & aqua, atque aduentitiam qualitatem calidam, non facultatem assumpserit: sicut certe haec ipsa igni solue aetiuo admota. Itaque quum castorium consistentia quoque sit sicca, & calfaciendi potentiam habeat adiunctam, merito desiccet. Atque hoc illi cum multis alijs medicamentis commune exitit. Porro quoniam impense subtilium est partium, ob id plus ualeat quam alia, quae similiter ut ipsum & calfaciunt & desiccant. Nam quae tenuium sunt partium medicamenta, ijs quae sunt crassarum, plus sunt efficacia, etiam si parem sortita fuerint facultatem, nimirum quia penetrant & in altum subeant ad motorum corporum, potissimum si ea densa fuerint, uelut neruacea. Palam igitur talia ob causam positam magnifice iuuantur a castorio. Ceterum falluntur medicorum plerique in usu castorijs, quum id modo considerant, partem quampiam aut tremere, aut conuelli, aut sensu motu ue priuatam

C aut egre sentire: haud scientes id genus symptomata ad dissimiles sequi corporis affectus. At tu ab Hippocrate doctus, ex plenitudine pariter & inanitione cōuulsionem consequi: ubi quidem quæ in nervis continentur præter naturam, euacuare consiliū est, ibi & bibendum exhibe, & foris cuti castorium impone. Vbi uero ex siccitate nimia obuenerit cōuulsio, scito hoc medicamen illic esse aduersissimum. Ad eundem modum ijs qui præ plenitudine tremūt, utilissimum; aduersissimum uero ijs quibus id accidit ab inanitione. Ad portionem modò dictorum affectuum, ubi singultus euenit stomachi; perscrutato prius inuentoq; illius affectu, ac discreto, si quidem à plenitudine ipsum ægroti perpetiantur, ad castorij usum accedito. Sin autem ab euacuatione, aut acrium humorum morfu prouenerit, medicamen hoc fugito. Sanè si odori gustuque aduertas animum, suspicaberis humano corpori aduersissimam habere substantiam: tamen in natura nihil efficere comperiat eorum quæ talia facere assolent. St quidem alia stomachum uitiant, alia uentrē, alia caput, alia aliam quæuis partem lædunt. At hoc medicamen siue corpori humido applices resiccationem poscenti, siue frigido excafactionem, siue humido simul frigidoq; excafactionem pariter & resiccationem requirenti, magnam utique experire commoditatem: nec ullam parti cuiquam noxam afferet, potissimum si febrī uacet, aut non admodum calidam perpetiatur homo febrim, sed ut sic dicam tepidam, qualis accidit in cataphoris maximè & lethargis. Ac multis sanè castorium exhibuimus unā cum pipere albo, utrunque mensura coclearij ex melicrato bibendum præbentes: nec quicquam ullam sensit noxam. Sed & mensibus retentis, ubi per uenam quæ in talo est, modicè euacuassent, oblato castorio unā cum pulegio aut calamintho, semper medicamen hoc expertus sum purgationem ciere absque ut hominem læderet. Præterea locos morantes eiicit. Ea q; omnia ex melicrato potum efficit. At quibus ita uenter flatu distenditur, ut ægre curationem admittat, itaque torminibus uexatur atque singultu, idq; ob frigidos crassosq; humores, aut crassos flatulentosq; spiritus, eos ex oxycrato potum adiuuat. Quæ porro iuuat in corpus intrò sumptum, ijs prodest quoque cuti impositum cum sicyonio aut ueteri oleo. Quæ uero ampliori caliditate indigent, ijs etiam per sese infricari debet. Iuuat etiam, si quis suffitum eius in prunis impositi inspiratione hauriat, maximè affectus in pulmone aut capite consistentes. Attamen lethargicos & cataphoricos affectus, qui quidem adiunctam habent febrem, præstat non dictorum oleorum quopiam macerantes curare, sed potius exto faceo capiti collòque imponere.

Renes scincorum.

Renes scincorum bibunt quidam tanquam pudenda intendentes: quorum contrarium accidere uidetur semini lactuæ potu ex aqua. Sed & quidam lenticularum decoctum cum melle bibitum intensiones sedare referunt.

Ungues caprarum, & asinorum.

Quidam ungues caprarum deustos moxq; aceto perfusos alopecij illinunt. Itaq; fuerit & talis cinis facultatis extenuatoriæ. Sunt autem qui combustos asinorum ungues comitalem morbum curare dicant, si scilicet assiduo bibantur: si uero oleo macerentur, choæradas digerere. Sed & ipsum cinerem si siccus inspersus fuerit, sanare pemiones siue chimethla.

Ossa.

Ossa combusta admodum digerentem exiccantemq; uim obtinent, & id maximè, ut quidam ferunt, humana. Certe talum suillum combustum, ac deinde bibitum, inflationes & tormina sanare dixerunt. Noui autem nostratium quosdam ossa potui exhibuisse, haud scientibus qui biberent, quidnam ebibissent, ne scilicet auerfarentur: ac multorum tum epilepsiam, tum arthritin curasse.

Senecta serpentis.

Senectam serpentis scripsere quidam in aceto bullitā dentium mederi doloribus.

Pellis ouina.

A Pellis ouina recens detracta, circumposita ijs qui quocunq; modo fuerint uerberati, omnium luculentissimè adiuuat, adeò ut die ac nocte una illos curct: concoquit enim & digerit quæ sub cute sanguinem habent.

Equorum lichenes.

Equorum lichenas cum aceto tritas comitiales curare scriptum quibusdam est. Alij uero & ad cuiusuis feræ morsum adhiberi cōsulunt.

Tela aranei.

Aranei telam scribunt quidam à phlegmone tueri summæ cutis ulcera.

Coria uetera.

Coria uetera, quæ uidelicet ueteramentorum sunt, usta, ad attritiones commodari calceamentorū scriptum à quibusdam est, tanquam scilicet hoc faciāt ex antipathia quadam. Certe quæ phlegmone obsidentur, haudquaquā iuuantur: uerū ubi extincta fuerit phlegmone, non iniuria iuuantur, nempe quia resiccantur. Est enim talis cinis resiccatorius. Ac nos sanè quandoq; in agro ad ulcus eiusmodi ex attritione sumus usi. Curat autē talis cinis non abs re ulcersi ambusta, & quæ uocantur intertrigines in foeminibus existentes.

Ostrea.

Ostrea quidam nuncupant omnia ostracoderma, hoc est testacea, ab Aristotele appellata. At quod à perlisq; uocatur ostreon, secunda syllaba absque scripta, unā esse ostrorum speciem constituit, in toto genere comprehendentes & buccina, & purpuras, & chamas, & pinas, & similia omnia.

Buccina, & purpura.

Buccinorum purpurarumq; testa quandoquidem durissima est, nunquam absque ustione utor. Atque usta quidem desiccandi uim possidet, cæterum ad unguem cam leuigare planeq; pollinis in modū necesse est, tundendo scilicet & cribrando. Quod tibi commune sit in omnibus lapidosis testaceisq; substantijs præceptum. Nam nisi exactè leuia sint reddita, arenis similia sunt: per se autem illarum tritarum farina ulceribus malignis competit. Id quod ipsum quoq; cōmune est omnium quæ citra instignem morsum desiccant uehementer: quippe quā alioqui fluxionū causa existant. Sed & aliud est omnium id genus cōmune, nempe ut cum aceto, aut oxycrato, aut œnomelite, aut oxymelite idonea sint ulceribus putrescentibus. Idcirco lapides omnes ubi ad eum usum applicantur, alij magis, alij minus, certe omnes conferunt.

Ostrea.

Ostreorum testa usta similis est facultatis buccinorum testis, tamen plus etiā subtilis, imò ut certius ueriusq; dicam, minus crassæ. Nam terrosam duramq; corporis sortita consistentiā concretionemq;, impendit omnia crassarum sunt partium. Itaq; accurate ea leuigare necesse est. Quamobrem quum dicimus horum aliud alio esse tenuius, ita inaudienda dictio est, tanquam si Vlystem Theriste dicamus maiorem, quum uterq; tamen fuerit paruus: aut Aiace Achille minorem, quū ambo itidem fuerint magni. Cæterum omnia id genus (ut & antea est dictum) cogendi quandam in se facultatem obtinent, per quam condensata eorum essentia, dura terrosaq; sunt reddita: quam ubi per ustionem deposuerint, contrariā adsciscunt facultatem, quam uocāt digerentē. Porro si laueris ea uiserisq;, ignea in aquam natura deposita, ipsam efficiunt cum tenuitate excafacientem, adeò ut & putrefaciat: sed nonnunquam reliquū illud terrenum est, morsus expers: id quod maximè implendis cicatriceq; claudendis ulceribus humidis est utile. Igitur testa eorum quæ peculiariter uocantur ostrea, cōbusta utor ad diuturnas ex fluxione, ægreq; carne implebiles cavitates, nempe quæ fistulosa sunt atq; profunda, eam foris cum suillo adipe ueterato circumponens. Id uulgo axungiam nuncupant. At in sinum ipsum aliquid eorum quæ talia carne implent, immitto, quale est ustum diaphanes, quod specarium nominant. Partem in genere facultatem habent & ceterorum ostracodermorum testa deusta, ma-

C ximè uero, ut dixi, ostreorum, deinde buccinorum, & purpurarum. Itaq; cinis eius generis emplasticis miscetur facultatibus digerentibus: & cum quouis adipe digerit. Verum quoniã inueteratos efficacius digerit, illi magis misceri solet. Porro potentius hoc medicamen digeret, si acrem illi adipem quempiã miscueris: de quibus superius determinatum est. Quin & dentes splendidiore talium omnium cinis efficit, non tantum extergendi potentia, sed & asperitate substantiã, uelut & pumex, & testa clibani. Verum in usu eiusmodi non est necesse quã sic usta sunt admodum leuigare. At in ulceribus rebellibus præ omnibus diligenter sunt leuiganda. Porro excrecentiam mediocriter exterunt comprimuntq;. Ad hæc cum sale omnia id genus usta dentium smegma reddunt efficacius, adeo ut non modo laxitatem molliemq; gingiuarum desiccet, uerum etiam ulcera putrescentia adiuuet.

Sepia.

Sepiarum testa admodum laxa est, non ut ostreorũ lapidosa. Itaq; absterio quidẽ illi cum alijs ostracodermorum testis communis est, uelut etiam desiccatio: ceterũ partium tenuitas eximia illi præ cæteris inest. Quocirca usta ea utimur ad uirilignes, ephelin, lentes, psoras. Quin & fossili sali mista, in oculis existentes ungues eliquat. Et antequam uratur, dentibus splendorem adfert, ulceraq; desiccet. Porro hoc nomine, quod mediocrem obtinet asperitatem, adhibemus eam & ad ingentes oculorum asperitates, quas scythes appellare consueuimus. Nam exscalpentes ex ea quiddam ipsa figura simile collyrio, eo illas cõfricamus donec sanguinẽ reddere incipiant: quo facto collyria cathæretica siue detrahentia præstantius effectum suũ in illas exerunt.

Opercula purpurarum.

Opercula purpurarum quidam memoriã prodiderunt lienes turgidos sanare, & suffitu eas quẽ uteri suffocatione periclitatur, iuuare: præterea retentos ejcere locos.

Lana hysopera, hoc est succida.

D Lana sordida, ac proinde à quibusdam appellata succida, idonee excipit irrigations quã adhibentur contusis, aut quomodocunq; percussis, ut quã utilitatem ex illis proficiscentẽ promoueat, idq; propter celsipon. Lota uero, nec amplius celsipum habens apta est humoribus qui irrigantur, excipiendis. Porro usta uim habet acrem pariter & calidam, unã cum partium tenuitate. Itaque molles nimiumq; humidas ulcerum carnes celerimẽ eliquat. Inditur & in medicamen desiccatorium. Vrieto eam tanquam alia plurima, ollam implens nouam, quam tegat operculum multis foraminibus pertusum.

Pili usti.

Pili usti similiter uste lanæ exscalpenti desiccandiq; admodum sunt facultatis.

Ouorum facultas.

Consequens fuerit ad partium doctrinam de ouis differere. Nam alibi eorũ meminisse non licet. Sanè oua partes non sunt animalium, ceu nec arborum fructus, nec grauidarum fetus: uerum proportionem respondent ijs quã agnascuntur. Itaque eorum quã agnascuntur, quẽdam planè familiaria propriaq; conspiciuntur tum plantarum, tum animalium naturis: quãdam non omnino talia, ut uiscum quod agnascitur quercubus: & ut semel dicam, si qua arboribus, alterius generis arbor, frutex, fructus, herba aut germen quodpiã, ut fungi agnascantur. Ex familiaribus autem est & ouum lana, & aliorum animalium pili: & cornua quã decidentia denuo recreseunt. ut in masculis ceruis, ex hoc sunt genere. Conceptus autẽ siue fetus fructibus proportionem respondent, nimirum ad generis propagationem à natura creati. Ex his unum est & ouum, factum ad generis successionem perpetuitatemq;. Cæterum utile est & tanquam nutrimentum. Verum de nutrimento non est nunc institutum differere. Proinde quã tanquam medicamentum efficere potest, ea hoc loco recensendo, ex pauculis uerbis particularibus uim eius exquirere tum in partibus, tum in tota substantia.

A substantia. Siquidem quo pacto inuenta rerum cuiuscq; generali facultate, ad multos eam usus particulares ducere possimus, didicimus. Insuper supra docti iam sumus, quomodo ex uno altero uel experimento de generali facultate liceat colligere. Igitur ouorum album & tenue illud, quo item ad ophthalmias utimur, ex numero est medicamentorum minime mordacium, nec unquam effectu frustratus sum ex ulla tali intemperie, qualem habet saepe lac, uti antè ostendimus, in animalibus cruditate perpetuentibus, aut nimiam famem, sitim uel, aut quã cibis pasta sunt prauis. Quẽ sanè frequentius euenire solent mulieribus, ob uictus uidelicet uitæ errorẽ. At oua unam modò prauitatem patiuntur, quam scilicet assertet uetustas. Eamq; facillimè effugias, si utaris recentibus. Porro ustatissimum nobis est maximèq; parabile gallinarum ouum: ea propter illa utimur, aliorum oua nihil curantes, tamen si eandem illi habeant naturam. Temperatura porro symmetro frigidius est. Itaque utendum est oui albumine non tantum ad oculos, uerum etiam ad alia omnia quã medicamenta requirunt suauissima, minimeq; mordacia, ut sunt uniuersa sedis ac pudendorum ulcera contumacia. Miscetur quoque idonee medicamentis prostratum sanguinis ex cerebri inuolucris supprimentibus, quã nimirum citra morsum illiuntur, atque adstringunt. Sed & ad ulcera rebellia miscetur ijs quã absque morsu ea possunt desiccare, cuiusmodi est medicamen pompholyx elota, & metallicorum quãdam elota: de quibus priuatim supra differuimus. Porro & ipse uitellus adsimilis est naturã, ac proinde miscetur ceratis morsus expertibus, ouis uidelicet aut lixis, aut assis. Verũ id tamen manifestum est hic leuiculam existere differentia, quod paulo plus desiccet quã sunt assa: ac quantum huius accipiunt facultatis, tantum deperdant de mitigandi potentia. Miscetur & cataplasmatibus phlegmonen extinguentibus, ut ijs quã ex meliloto constant, sedi applicandis. Crudo uero ouo toto utimur admisto rosaceo ad palpebrarum, aurium mamarumq; phlegmonas, quã scilicet aut ictis illis, aut alio quouis modo euenierint, aut extiterint in neruosis corporibus, puta cubito, & digitorum tendonibus, aut articulis, idq; in pedibus pariter & manibus. Porro in aceto coctum ouum si edatur, fluxiones uentris desiccet. At si etiam quippiam eorũ quã ad dysenteriam, aut coeliacũ affectum conueniunt adiunxeris, atq; in igne modico fumiq; experte (qualis est qui ex prunis constat) fixeris, edendumq; ita præbeas, non minime sanè laborantes adiuueris. Apertissima talem ad usum sunt omphacium, rhus, tum ipse qui cibis adspargitur erythros nũcupatus, tum succus ipsius: galla, sidia, hoc est mali granati putamina, cinis cochlearum integrarũ ustarũ. Apta quoq; & uuarum acini, & myrta, & mespila, & corna. Magis istis medicaminosa sunt balaustrum, hypocyrtis, cytini, siue mali punici flores. Sed & ad ambustiones protinus impositum est utile, siue quis seorsum albumen duntaxat ipsum molli lana excipiat, siue etiam cum uitello commiscens confundensq; applicet. Etenim medioriter refrigerat, & citra morsum desiccet. Tale quũ sit, & ad anacolle mata uocata, quã fronti uidelicet imponuntur, utimur, & pilos palpebrarum adglutinamus, nimirum admisto idoneorum quopiam, cuius generis est thus, potissimũ pingue si fuerit, ac non inueteratum & siccum. Verum in illiusmodi, ipsius albuminis comoda est uiscositas, non autem temperies: nisi quis quatenus nequaquã aduersatur illi quod adhibetur medicamentò, eo nomine utile commodumq; dixerit. Nam uiscosorum quãdam sunt quã aduersantur, uelut uiscum, nimirum acre & calidum, ad ea quã excalferi non debent: dictumq; frequenter superius est, ea quã ualidam uim nullam obtineant medicamenta, ceu materiam ijs quã tales uires obtinent, misceri: proinde quoque creberrimi sunt usus, utpote ijs quã ualenter agunt, in seruientia. Eiusmodi quum sit ouum, simulq; non paruam adipiscatur in lixationis assationisq; qualitate differentiam, sit sanè multò utilissimum. Nam medicamentis quã humiditates desiccant, aut lixum, aut assum, aut frictum miscetur: ijs uero quã lentorem humorum in pectore pulmonèq; incidunt, sorbibile quod uocant: id quod in aqua

Couſq; lixari debet, dum incaluerit. Eiuſdem huius naturæ nomine & ad eos qui-
bus gutturis ſupremum aut ex uociferatione, aut ex humorum acrimonia exaspera-
tum eſt, aſſumitur: tum ſcilicet quod affectis partibus illinitur, atq; cataplaſmatis mo-
do inhæret, tum quod ſubſtantia ſua leuitate eas mitigat, ſanatq;. Eadem ratione,
ſtomachi, uentris, in teſtinoꝝ ac ueſicæ medetur aſperitatibus.

Echinus, hoc eſt erinaceus, combuſtus.

Erinacei utriuſq; tum marini, tum terreſtris corpus uſtum cinerē efficit facultatis
tum extergentis, tum digerentis, tum detrahentis. Itaq; eo quidam & ad excreſcētia,
& ad ſordida uſi ſunt ulcera. *Cochlea, ſiue limaces.*

Cochlea ſi tota cum teſtis urantur, admiſta galla, omphacitide, ſimulq; pipere al-
bo, mirificè profunt dyſenterijs, in quibus ulcera nondum computreſcere cœperūt.
Conuenit autem ut piperis ſit pars una, gallæ uero duæ, quatuor cochlearum. Hæc
ubi ad unguem leuigaris, cibus inſpergito, bibendumq; aut ex aqua, aut ex uino al-
bo & aſturo præbeto. Cæterum abſq; gallæ miſtione cinis cochlearum admodum
reſiccantiſ eſt facultatis, obtinens item nonnihil ex uſtione calidum. Porro cochleæ
quæ uſtione non ſunt expertæ, ſi trita unâ cum teſtis imponantur, & toti uentri a-
qua inter cutem laborantium, & in arthriticis articulorum tumoribus, ægre quidem
diuelli poterunt, cæterum impenſe deſiccant. Et ſanè inhæreſe ſinere oportet quo-
ad ſponte decidunt. Idemq; faciendum in tumoribus ex ic̄tu natis difficilè ſolubili-
bus, & ex contuſione facta in auribus. Deſiccant enim illos magnopere uniuerſos,
etiã ſi uiſcoſus craſſuſq; in alto humor contineatur.

Carcini, hoc eſt cancri, uſti.

At ſtuviaſium cancerorum cinis quanquam ſimiliter prædictis exiccatorius eſt,
ſubſtantia tamen proprietate mirabilis eſt eius in ijs qui à rabiente cane ſunt morſi, ef-
fectus, iſq; tum ſolius, tum cū gentiana & thure multo præſtantior. Thuris ſanè par-
tem eſſe unam oportet, quinque autem gentianæ, porro cancerorum decem. Et raro
equidē aliter illis uſtis nos ſumus uſi, ceterū ad eū modum plerunq;, quo Aefchri-
on Empiricus ille, medicamentorum peritiſſimus ſenex, conciuſ ac præceptor meus.
Patella erat æris rubri, in quam impoſitis cancri uiuētib; eos hætenus uſit, dum
facilè ad leuorem redigi poſſent. Hic Aefchri-
on paratum ſemper in ædibus hoc ha-
bebat medicamen, urens eos poſt ortum Canis, quando Sol in Leonem tranſiſſet,
nō niſi Luna decimoctaua. Porro bibendū hoc medicamen ijs qui à cane rabido ſu-
iſſent morſi præbebat quotidie diebus quadraginta, meſura coclearij magni aqua
inſperſum. At ſi non protinus ab initio, uerum aliquot poſt dies curā cepiſſet demor-
ſi, tunc quotidie duo coclearia aqua inſpergebat. Ad ipſum uero uulnus emplaſticū
applicabat medicamentū quod ex pice brutia & opopanace acetoq; conficit, habēs
picis librā unam, unum acetū acerrimi ſextarium Italicum, opopanacis uero uncias
tres. Hæc tamēſi à præſenti inſtituto eſſent aliena, ſcribenda tamen cenſui, quia ma-
gnopere medicamento huic ipſe conſiderem: nimirum quum nullus unquam eor-
um qui illo ſuerunt uſi, ſit mortuus. Cæterum ſeorſum librū conſcribam aliquando
de ijs quæ proprietate ſubſtantia totius quid agūt, e quorum numero ſunt id genus
omnia. Ignoscendum itaq; tum hoc in loco ſcribendi importunitati, tum ſicubi præ-
terea id mihi hoc in opere cōtigat: nempe quia ex ijs ſumma proueniret utilitas, quā
ſanè poſteris impertire uolebā, ſi forſan me prius quā quæ hiſ deinceps ſunt opera
perceiſſem, mors occupaiſſet, propoſitum impediens. Cæterum Pelops doctor me-
us & ipſe omnium eiūſmodi cauſas reddere uolens, non abs re inquit, cancer quum
animal ſit aquaticū, prodeſt à cane rabido morſis, quibus uidelicet metus eſt ne cor-
ripiantur affectu ſicciffimo, nempe rabie: quamobrem ſanè etiam aquā metuūt. Ac
ſtuviaſiles, non marinos conuenire cancos dictabat, ſcilicet q; animalia marina ob
admiſſionē falis natura ſicciffimi haud æquē exactā tuerent eam quæ eſt aduerſus ra-
biem contrarietate. Ac quū quidam ſubieciſſet, cur non omnia quæ in potabili aqua
degunt

degunt animalia, perinde ut cancri iuuare aſſolent: quia, inquit, ſimilem cancri præ-
parationem non admittunt. Nam horum uſtorum cinerem, exiccatorius quū ſit, ca-
num rabientium uenenum abſumere ſimulq; digerere profeſſus uidelicet eſt, ambi-
tione magna iactans, omnium ſe talium nouiſſe cauſas. At ego niſi planè me ſcire
quippiam perſuaſum habeam, alijs perſuadere non tento. Itaque nec Pelopis ratio-
nem ut ueram accepi, ut quæ crebras habeat contradic̄tiones: uerum cancos opi-
nor ex proprietate totius ſubſtantia prodeſſe. Quoniam autem nullum eorum qui
fuerant illis uſi, mortuum ſciueram, hæc aperienda recenſendaq; à me exiſtinaui: ta-
metſi non eſſet huius inſtituti proprium. Sed corporibus totis (nam id erat propoſi-
tum) non in ijs tantum animalibus quæ poſui.

Chelidones, ſiue hirundines uſtæ.

Sed & hirundinibus uſi ſunt multi, comburentes uidelicet, & cinerem melli mi-
ſcentes, ac deinde ſynanchicos inungentes, & in totum quicumque in gutture ac co-
lumella conſiſtunt affectus. Utuntur & ad acuendum uſum hoc cinere nonnulli.
At alij eas arefactas drachmæ pondere bibendas exhibent.

Tettiges, ideſt cicadæ.

Sed & cicadis quidam utuntur ad colicos affectus cum paribus numero piperis
granis, dantq; aut tres, aut quinque, aut ſeptem, per intermiſſionē uidelicet, & ipſos
etiã paroxyſmos. Porro alij aſſas edendas offerunt quibus affecta ueſica eſt.

Corydos, ideſt galerita.

Galerita tamen auis illa puſilla ob iter nobis plerunq; obuia, in iure elixa co-
licos adiuuat. Verum aſſiduè eam edere ſimul cum iure neceſſe eſt. Habet uero hoc
animal in capite uelut galerum ex pilis ſponte enatum, cuius occasione efficta eſt,
quæ apud Ariſtophanem comicum legitur fabula. Is enim inquit hunc in modum.
Imperitus es, & curioſus, & nec Aefopum quidem didiciſti, qui ait galeritam pri-
mam uolucrum fuiſſe, etiam ante terram: inde patre morbo defuncto, quum humus
nondum eſſet enata, illum quidem dies quinque iacuiſſe: at hanc præ inopia melio-
ris conſilij, in capite tandem patrem ſuum defodiſſe. Hoc quoque aiunt, obſcure li-
cet, deſignaiſſe tamen Theocritum:

οὐδ' ἐπιτυμβιδίαι κορυδαλλίδος, ἢ λάϊνον τί:

nempe indicare illum eas quæ in capite tymbon, hoc eſt ſepulchrū gerant. Annexui
autē huic iſta ſermoni, quō planè & clarè hoc animal, nempe galeritā, ſignificare,
quos ferat in capite pilos erectos: quandoquidem expertus ſum eius aduerſus colic-
cos utilitatem, uelimq; qui ipſum non norunt, ijs bene aperteq; monſtratum. Nam
& ipſa corydalis appellata herba colicis conuenit. Et hoc quoq; tibi obiter ſit notatū.

Alectorides, ideſt gallinæ.

At gallinarum ius ſimplex retinendi uim poſſidet, uti gallorum ſubducendi. Co-
quendi autem ſunt cum ſale prolixiffimè. Sed horum ipſi fecimus periculum.

Gale, id eſt muſtela.

Muſtelam nunquam combuſtimus, de qua ſcriptum legitur, cinerē quidem eius
cum aceto illitū podagricos arthriticosq; iuuare, tanquā uehementer ualeat digere:
re: ipſam uero arefactam ac potam prodeſſe comitialibus, eadem nimirum illa facul-
tate. Porro quidam etiam planè omnis feræ alexipharmacum eam eſſe referunt, &
maximè eius uentrem.

Ranæ uſtæ.

At ranarum uſtarum cinerem ſanguinis eruptioni mederi referunt inſperſum, cæ-
terum cum liquida pice ſanare alopecias.

Hippocampus.

Et hippocampum animal illud marinum ſi totum uſſeris, alopecijs prodeſſe pro-
ditum quibusdam eſt, ipſumq; uidelicet deſiccantis eſſe facultatis, extenuantisq;
aut certe eius cinerem, quem quidam unguento amaracino commiſcent, quidam
pici liquidæ, alij ueteri adipi ſuillo.

Tellinae salsae.

C Et falsas tellinas uistas adeo urentem efficere cinerem aiunt, ut is cum cedria, cuius radicitus ex palpebris pilos, instillatus in locum, renasci prohibeat.

Intestina terrae, siue lumbrici.

Porro circa uisionem aut lixationem, totorum animalium in partes affectas impositorum, aut intro in corpus sumptorum, quidam medicorum fecere periculum, aut eccu fecerint periculum, ita scribunt, terrae quidem intestina contrita, neruisque diuisis imposita protinus mirum in modum prodesse: atque haec ipsa quoque cum mulso pota, medicamen esse mouendae urinae idoneum.

Cimices.

Sed & de cimicibus quibusdam traditum est, quod si cum aceto bibantur, hirsutines efficiant: at nobis, quum eas perpetuo aliorum esu eiecerimus, haud opus fuit cimicibus.

Cantharides.

Veruntamen sufficientem habemus de cantharidibus experientiam, quod in uirgines psorades cum idoneis ceratis aut emplastris impositae sic illos educunt, ut totae cadant. Miscuimus eas etiam facultatibus psoris & lepris congruentibus, nec non quibusdam septicis, atque interim etiam ijs quae clauos, quos uocant, efficiunt. Porro praceptorum meorum quidam earum paulum quiddam in medicamenta urinam mouentia solet iniicere. At quidam solas alas & pedes iniiciunt, quae aiunt esse alexiteria ijs qui corpora ipsorum bibissent. Alij contra. At nos totas indimus. Caeterum aptiores sunt ad ea quae expertum me dixi, eae cantharidum quae inuenta in frumento, lutea transuersim in alis cingula obtinent, potissimum si iniiciantur in uas si ctile, cuius ori linteum obductum sit rarum, itaque illud inuertas, ut linteum halitum ab aceto subtus posito excipiat, donec emoriantur ipsae cantharides.

Buprestis.

D Sic buprestis quoque reponere expedit. Sunt autem & ipsae animalis quoddam genus cantharidibus tum specie, tum uiribus adsimile.

Pityocampe.

Quin & cruce quae in picis nascuntur, merito sane nuncupatae pityocampae, huius sunt facultatis.

Salamandra.

Et salamandrae combustae cinerem quidam septicis & lepricis psoricisque miscent facultatibus.

Narce. Torpedo.

Sed & torpedinem totam (dico autem animal marinum) capitis dolores sanare capit admoram, sedemque euersam coercere, a quibusdam est proditum. Verum ego quum utrumque essem expertus, neutrum uerum comperi. Eam igitur quum cogitarem uiuam esse applicandam, cui caput doleret (posse enim fieri ut hoc medicamen anodynon sit, ac dolore liberet, similiter alijs quae sensum obtupefaciunt) ita habere comperi. Putoque eum qui primus est usus, tali quapiam motu ratione experiri aggressum,

Draco marinus, & trigle, & alia id genus.

Uitas etiamnum haec animantes apertas, & protinus partibus affectis appositae prodesse scripserunt, nempe draconem marinum in suum ipsius ictum impositum, similiter & triglam in draconis, mures domesticos in ictum scorpionis, uelut & sauram, mygalen in suum ipsius, & sauram chalcidicam, quam & ex uino bibendam praebent, tanquam suum ipsius morsum sanent. Porro scorpionum suum ipsius ictum curare si tritus imponatur, similiter si assus edatur. Congruere autem aiunt & in Aegypti regionibus arefactum aseracum quem uocant, exhiberi ijs qui a scorpione percussus sunt: & uocatum cybium utiliter uulneri a cane inflicto imponi. Multaque eiusmodi, de quibus copiosius differemus, ubi tractabitur de ijs quae proprietate substantiae quid agunt. Caeterum in oleo lixis totis animalibus, ipso oleo utebantur nostrorum medicorum quidam, sed & superiorum nonnulli, ad depilationem seu pilorum

nudationem, nempe pityocampis, & urticis marinis, lepore marino, scolopendro marino. Ad aurium uero dolorem silphis in oleo coctis, & ijs quos uocant oniscos Graeci, Latini multipedas. Ea enim animalia in globum sese contrahunt, uocantque ea apud nos quidam cyamos, hoc est fabas, quandoquidem esculentis fabis sunt persimilia, ubi sese uidelicet in globum conuoluerint, colore fusco. Porro in agro complures uidere est natos sub stilis, quibus a fontibus rustici aquam comportant, deponuntque eas iuxta focum. Uidique quosdam ex ijs qui medicinam in agro exercebant, assidue oleo ex illis composito ad uniuersos aurium dolores uti, non discernentes affectum unde oriretur. Itaque non ab re euenit, ut interim effectum consequerentur, interim laederent. Et quid mirum? quando & insignes quidam medici de ijs circa distinctionem scribere. Tales sunt Apollonij libri de parabilibus. Atque hic sane etiam scripsit uermes terrae in oleo coctos aurium dolores mitigare: sed alij censent admisto adipe anserino sic demum utendum.

Vulpes, & hyanae.

Caeterum de uulpibus quae totae in oleo coquantur (nam sic quidam curant arthriticos, partim uiuas uulpes in lebetem ingentem iniicientes, partim etiam mortuas) fassus dicere mihi necesse est, quandoquidem plerosque uisae sunt principio plane morbo hoc liberasse, uerum post multum temporis non ita profuisse. Si quidem illos malum repetijt, quanquam non ita uehemens quam antea. Sane oleum in quo cocta uulpes est, non est potentioris in digerendo facultatis, quam in quo hyana: quae si similiter in oleo lixetur, redditur oleum longe potentissime in digerendo facultatis. Porro frequenter dictum est, talibus medicamentis inesse potentiam eorum quae in alto continentur corpore, in extimam cutem extrahendi, ac eo nomine quandoque sedandi dolores: non enim perpetuo hoc ad ea sequitur, quum ij duntaxat dolores ab eiusmodi medicamentis sedentur, quorum causa est humor in alto contentus, dolorem ciens aut substantiae crassitie, aut refrigeratione, aut uehementi actimonia, aut etiam spiritus flatuosus exitum non habens. Itaque qui utuntur uulpibus, & ipsi oleum digestorium efficiunt: atque inde impletis eo alucolis totos arthriticos in eos imponunt, multo ibi tempore immorari praecipientes: uerum ex hoc fit ut non tantum qui circa articulos sunt tumores euacuentur, sed etiam uniuersum corpus. Itaque ubi corpus illis antea plenitudine affectum fuerit, mirum non est per euacuationem consecutum commodum, nempe quum nihil etiam in affectas partes influat, quia corpus uniuersum iam euacuatum est, & qui continebantur humores exhalauerunt. Caeterum quemadmodum antea quum corpus noxa uacaret, praeter uictus ratio morbum inuexit: eundem in modum, aut etiam amplius, a simili diata par est rursus illos similiter afficiendos in articulis quibus iam laborauerunt.

De ijs quae in mari & aquis salis proueniunt.



Ola haec in toto opere reliqua hoc habent nunc tempus opportunum. Nam quae in mari & aqua nascuntur animalia, superiori sermone exposita sunt, ubi uidelicet agebatur de animalibus. At quae in aquis quidem nascuntur, nec sunt animalia, ea nunc exponuntur.

Adarcion.

Adarcion, quidam uero masculine efferunt adarcon, alij foemine adarcen appellitant, essentia quidem sua uelut spuma est aquae salsae concreta, circum arundines & farragines concreta. Acerrimum hoc est simulque calidissimum, proinde & per se inutile est, uerum commisceri solet ijs quae uim eius retundunt, sicque fit multo utilissimum in ijs affectibus qui exalferi postulant, idque foris impositum. Nam intro in corpus ipsum sumere est impossibile, nimirum ob uirium uehementiam.

Alcyonia.

Alcyonia omnia detergunt ac digerunt, qualitatem habentia acrem & calidam: uerum aliud alio non parum plus minusque, & in his ipsis quae diximus secun-

C dum partium essentia tenuitatem. Est autem eorum unum densum & graue, odoris prauis: olet enim pisces putridos: spongiae in specie simile. Alterum uero figura longiuscula, leue & rarum, odorem habens similem phycijs. Aliud tertium uermi simile est specie, colore purpureo, consistentia molli: uocant id milesium. Post quae quartum secundo quidem iam posito similiter & leue & rarum, uerum lanis succidis simile. Denique & quintum extrema superficie leui, caeterum interna substantia asperum, nullius odoris, gustu tamen apparens acre: & sane omnium alcyoniorum est calidissimum, adeo ut & pilos urere possit. Itaque quum duo prima lichenas, alphas, psoras, leprasque adiuuent, praeterea cutem splendidiorem competentia uirium efficiant, idem praestare non potest hoc ultimo loco positum. Nec enim perinde ut illa cutem duntaxat summam extergit, sed etiam exoriat, usque in profundum cutis penetrans, ut etiam ulcera molliatur. Porro quod tertio ordine recensuimus, omnium est tenuissimum. Itaque ustum alopecias curat illitum cum uino, colore quidem fuluo, tenui tamen essentia. Quartum autem eiusdem cum hoc speciei uires obtinet, uerum haud parum imbecilliores.

Sal.

Sal eiusdem genere facultatis est, siue fossilis sit, siue marinus: uerum hoc differunt, quod salis ex terra effossi substantia magis sit compacta, ac proinde in hoc maior est & partium crassities, & adstringendi potentia. Itaque marinus affusa aqua protinus liquefit: at fossili hoc non euenit. Porro eiusdem speciei cum marino est qui in stagnis quibusdam falsedinem habentibus nascitur, aetate uidelicet aquis aestu ex ijs absumptis, cuiusmodi est Tragasius, non procul a Sminthio. Constitit enim illuc ante aquas spontaneas, quae admodum sunt calidae, copiosa aqua stagnans non amplo in loco: & ea aetate omnis absumitur, a sole uidelicet arefacta. Porro quoniam locus ipse falsedinem continet, quod reliquum est omne, sal est, cognominatum a loco pariter & aquis sortitus. Nam spontaneae & ipsae illis in locis aquae Tragasiae nuncupantur, potentia summe exiccatoria: & sane qui in ea regione sunt medici, ad hoc illas accommodant. Porro dictum est & de Sodomis in mari mortuo prouenientibus, in quarto libro: quem si quis librum diligenter perlegerit, illi tantum reficere memoriam nunc opus est, ut exposita gustus qualitate, ipse medicamenti facultatem cognoscat. Igitur quum qualitas falsa digerat simul & contrahat contactam ab ipsa substantiam, aphrolitron in hoc differt, quod in ipso unum modo saporem exuperantem sit uidere, quem uocant amarum, uim habentem digerendi, haud etiam contrahendi uti sal. Nam hic quicquid in corporibus humidum inest, id quodammodo absumit: & quod reliquum est substantiae solidae, adstrictione contrahit: ac proinde etiam conditura sua carnes seruat, & a putredine tuent. Quippe quae putrescunt excrementitium continent humorem, substantiamque tum dissolutam, tum minime compactam. Quibus ergo corporibus nulla prorsum est humiditas superflua, ceu melli optimo, & corpus solidum & compactum est, ceu lapidibus, ea ut putrescant est impossibile: ac proinde in his salis non probatur usus, uerum in ijs in quibus suspecta est putredo.

Salustus.

Salustus digerit quidem potentius quam ustionis expertus, quanto scilicet subtilius ipsum corpus accepta ab igne facultate redditur, uelut & in alijs quae combusta sunt euenire diximus: uerum non perinde ei qui non est ustionem expertus, solida ipsam substantiam contrahere constringereque potest.

Litrum. Nitrum.

Litrum. Ostensum est & hoc medicamen in medio salis & aphrolitri uires habere.

Halos anthos, hoc est salis flos.

Halos anthos. Quidam ut unum nomen halosanthos, quidam diuidentes halosanthos anthos.

A los anthos nominant. Est autem hoc medicamen liquidum, tenuius etiam quam salustus: tum acris qualitates, & admodum digerentis facultatis.

Halos achne. Spuma salis.

Halos achne, spumosa est salis efflorescentia, multo tenuioris naturae quam sal ipse: quare & extenuare & digerere multo plus ipso potest: uerum quod substantiae est reliquum, contrahere ut sal nequit.

Asphalton. Bitumen.

Bitumen, unum & ipsum est ex ijs quae in aqua marina proueniunt, & in alia quae priam quae non est marinae dissimilis, ut in Apollonio Epiri, & per alia id genus loca multa aquis sponte nascentibus ceu spuma quaedam innatans hoc medicamen reperitur: & molle quidem est dum innatat, postea uero resiccatur pice sicca durius efficitur.

Bitumen proueniens in mari mortuo.

Optimum uero bitumen in mari quod mortuum uocant, prouenit. Est autem id stagnum salsum in Coele, hoc est caua, Syria. Caeterum medicaminis ipsius uis est tum resiccatoria, tum exalfactoria in secundo ordine. Merito itaque eo utuntur & ad glutinationes uulnorum cruentorum, & ad alia omnia quae exicari debent cum modica exalfectione.

Spongos, id est Spongia.

Spongia usta acris est & digerentis potentiae. Utebatur ea praceptorum meorum quidam ad sanguinis eruptiones, quae manuali opera indigent: in quem usum semper eam paratam habebat siccam, & exarefactam: quum uero res posceret, bitumine in primis imbuebat: sin eo careret, pice. Porro admouebat eam partibus sanguine profluentibus etiamnum ardentem, ut & crusta parti induceretur, & ipsum spongiae corpus ceu operculum acciperet. Caeterum spongia noua, non sicut lana aut linamentum (quod *μοσθη τιλθη*, id est carpinatum uocant) materia duntaxat est quae humores irrigandos excipiat, sed etiam manifeste desiccet. Id quod scies, si ea utaris in uulnere cum aqua, aut oxycrato, aut uino, pro diuersitate uidelicet corporum, uti est ante dictum. Glutinabit si quidem ea similiter atque medicamenta quae uocant enama. At si non noua sit, sed usui accommodata, palam cognosces quantum a noua superetur, si uulneribus eam imponas siue cum aqua, siue cum oxycrato, siue cum uino. Nec mirum est, quum in spongia noua seruetur etiamnum ea quam a mari accepit facultas, mox dice corpora exiccandi. Atque haec quidem praestare potest, quum etiamnum seruat maris odorem. Nam temporis spatium, etiam si nunquam usui accommodata sit, tamen & odorem maris amittit, nec aequae desiccet.

Garus, uel garum.

Garus facultatem habet multum & calidam & siccam: ac proinde eo quidam ad ulcera usi sunt putrescentia: tum dysentericis ischiadicisque iniiciunt.

Halme. Salsugo.

Salsugo piscium salforum similiter garo & ad putredines accommodatur, & ad ischiadas dysenteriasque infunditur. Et acrimonia quidem humores coxam infestantes attrahit, ac proinde per intestina euacuat. Putrescentia uero ulcera in dysenteria colluit atque desiccet. Maxime uero salsugine salforum siluorum & manidum ad talia uiri medici quidam assolent, & nos sane ad ulcera in corpore putrida accommodauimus.

IOACHINVS MARTINIVS GAN-
DAVVS LECTORI.

NON te latet, candide lector, quam multis in locis Græcus Galeni codex, qui ex Asulanæ officinæ prodijt, mutilus sit ac deprauatus. Vnicus autem hic nobis fuit: quamobrem sæpenumero aut addere quædam, aut lectionem immutare sumus coacti. Hoc stellulis, sed in præcipuis tantum: illud notarum istarum [] ueluti sæp̄to significamus: quanquam & ubi dictionē pro dictione reposuimus, ipsædem notis nonnunquam usi sumus. Haud porro necessarium fuerit, singulorum hic rationem annotare, aut Græci exemplaris errores corrigere. Nam quiuis per se ex codicum collatione facile utrunque præstabit. Quædam, dumtaxat de quibus aut merito dubitari possit, aut quibus notas iam dictas non affiximus, hic indicabimus. Cap. De tritico, folio 47. facie 2. uersu 34. Græcè προφᾶς οὐκ ἐνχυροτάτας legitur, id est, cibos non optimi succi: nos omiſſa negatione cōtrarium interpretati sumus. Etenim caro suilla, & panes nō optimè ut Galenus præcepit præparati ac cocti, quibus paulò post exhiplis utitur, inter cibos optimi succi numerantur: id quod ex libro etiam De euchi-
mia perspicuum est: locum ipse inspicias fo. 70. fa. 2. uer. 2. & 5. Cap. De lente, fo. 51. fa. 1. uersu. 38. sensus cum uero ex diametro pugnat. Proinde sic Græcè legendum puto, διὸ τευτλὸ μὲν ἡπτόν ἐσθίεται, φακὸς δὲ διαχωρεῖται μᾶλλον. Cap. De lupino, fo. 51. fa. 1. uer. 42. nos ordinem lectionis immutauimus, melius ita sensum con-
gruere, quod Galeno familiarior esset, arbitrati. Tu si aliter censes, suo loco singula repone. Cap. De dolichis, fo. 52. fa. 1. uersu ultimo, nos Theodorum Gazam le-
cuti pro ἐρημώδης, ἐρησιβώδης legitimus. Fo. 59. fa. 1. uer. 4. pro μεσσίλων λε-
gimus ἀκύλων. ac ibidem uer. 15. pro μμικυλῶ, ἀκύλῶ. Fo. 65. fa. 2.

uer. 21. Græcè legitur, θερμότερον δὲ ἡπας &c. quæ oratio pro-
pter dē particulam membrum alterum, quod præ-
cedat, desiderare uidetur: id quod ex

ueteri tralatione sic repo-
nendum puto,
καὶ ποτὶ
μὲν ὅλην ἢ κεφαλὴν ψυχρότερα,
θερμότερον δὲ τὸ
ἡπας.

CLAVDII

CLAVDII GALENI

PERGAMENI DE ALIMENTORVM FACVLTATI-
BVS LIBER I. IOACHINO MARTINIO
GANDAVO INTERPRETE,

Ad IACOBVM SADOLETVM Carpen-
toractem Episcopum.



DE ALIMENTORVM facultatibus & multi, & percelebres me-
dici conscripsere, magna cura, præcipuoq; studio in hanc specu-
lationem conuersi. Nihil est enim omnium ferè, quæ in medicina
traduntur, hac una utilius. Siquidem aliorum præsidiorum non
passim, nec quouis tempore est usus: at sine alimentis ne uiuere
quidem neque in secunda, neque aduersa ualitudine possimus.
Quare non iniuria pleriq; præstantissimorū medicorum, quæ in il-
lis sint uires, diligenter peruestigare summopere contenderunt. In his alij solam ex-
perientiam ad illarum notitiam nos perducere asseruerunt; alijs rationem quoq; unā
placuit adiungi, quemadmodum non defuerunt qui uel primas illi deferrent. Itaq; si
ut inter Geometras & Arithmeticos, ita & inter eos qui de alimentis tractauerunt,
omniū consensus consonantiæq; fuisset, haud erat sanè quod hanc nos denuo de his-
dem scribendi, post tot ac tam eximios uiros, prouinciam molestiamq; subiremus.
Enim uero quum mutuis dissensionibus inuicem sese suspectos reddiderint (omnino
enim fieri nequit, ut omnes uerum attigerint) singillatim ab illis tradita, in corrupto iu-
dicio diligenter excutere atq; æstimare fuerit operæ precium: quippe iniquum censea-
tur, uni præ alijs absq; demonstratione fidem adhibere. Quū porro huius duo in ge-
nere sint principia (aut enim à sensu, aut ab euidenti notione proficiscitur demonstra-
tio omnis ac fides) & nos itidem ad præsentis commentationis collectionem, aut alte-
ro horum, aut utroq; uti erit necesse. Cæterum quoniam ratione res disquirere ac iudi-
care non cuius promptum est & expeditum, quum & ingenij solertis hominem, &
à puero in his quæ animum exacuunt disciplinis exercitatum tritumq; postulet, satius
fore duximus ab experientia auspicari, eoq; maximè, quod bona pars medicorū hac
sola alimentorum uirtutes inuentas esse perhibuerint. Nam empiricos, qui omne stu-
dium operamq; in hoc conferunt, ut ambitiosis contentionibus, quæ ratione sunt ex-
plorata, oppugnent, fortasse quis despiciat. Verum Diocle quid facias, qui tamen si
professione dogmaticus, hæc ad Plistarhū in primo de sanitate libro scripta reliquit.
Qui omnia sapore eodem, odore, caliditate, aut alio id genus prædita, uires protinus
easdem obtinere existimant, haud recte opinantur: quippe quum multa à similibus
eiusmodi dissimilia fieri, possit monstrari. Non enim si quid aluum aut urinam mo-
uet, aut aliam quamlibet habet facultatem, ideo tale unumquodq; esse, quod uel cali-
dum, uel frigidum, uel falsum sit arbitrandum: quandoquidem nec dulcia, nec acria,
nec falsa, nec cætera id genus paribus statim facultatibus dotata sunt, sed totam natu-
ram eorum omnium quæ ab illis efficiuntur, causam esse existimandum est. Sic nimis
rum minimū quis à ueritatis uia aberrauerit. Qui uero singulorum causas, cur uide-
licet nutriant, aut aluum ducant, aut urinam prouocent, uel simile quid præstent, red-
dendas autumant, ignorare uidentur primum quod hæc inquirere haud frequenter
ad usum rerum sit necessarium: deinde quod multa certo quodam modo cū arcanis
naturæ principijs amicitiam ac similitudinem habentia, rationem de se efferri non ad-
mittant. Ad hæc nonnunquam delinquit, quum incognita, & inconfessa, neq; ad-
modum uerisimilia fumentes, abunde causam se credunt assignasse. Itaq; ratiocinato
res istos cum suis causis, quas nusquā non ingerunt atq; obtrudunt, missos faciamus.

C » Præstat enim quæ longo usu excogitata cõpertaq; sunt, simpliciter credere, ac admit-
 » tentiũ, seu consentaneorũ duntaxat rationes pericrutarĩ, dum quod disquirĩt, nouus
 » ac credibilius inde spes est emerfurum. Hæc est Dioclis oratio, unica experientia ci-
 » borũ potestates, absq; indicationibus, quæ cum a * temperatura, tum a saporibus tu-
 muntur, cognitæ esse arbitrantis. Tertiæ porro præter has, quam a plantarum parti-
 bus mutuamur, ne uerbo quidem meminit. Ea uero est quæ Mnesithæus unã cũ reli-
 quis usurpauit, alias hinc radicibus, alias caulibus, ceu folijs utiq; fructibus atq; semi-
 nibus, alias uirtutes inesse demonstras. Itaq; experientiam ut aliorum multorum ma-
 gistrum, ita & quæ facile aut difficulter concoquantur, quæ stomachum iuuent, aut le-
 dant, quæ aluum laxent aut sistant, docere, omnibus notum est, quibus uel mica su-
 perest intellectus. Cæterũ in ijs ipsis sæpe grauiterq; falluntur, qui citra discrimen re-
 rum faciant periculum; ueluti in commentarijs de simplicium medicaminum facilita-
 te, atq; in tertio de temperamentis ostensum est. Nec sanè qui utriq; committuntur
 errores, multum inter se dissident. Quapropter hoc loco ad plenũ uiuumq; unũq; q; ut
 limitationes describere, quibus intentus singulorum quis facultates circa errorem pos-
 sit deprehendere, haudquaquam mei est institutũ, qui semel duntaxat de quacũq; re in-
 tegram narrationem soleo contexere, non eadem diuersis cõmentarijs passim incul-
 care. Ut igitur usitatum mihi morem ne nunc quidem omittam, summã tantummo-
 do limitationum illarum seu definitionum, idq; ea breuitate quam orationis patitur
 perspicuitas, sum complexurus. Incipiam autem ab eo quod Erasistrato minus recte
 scriptum, uno omnium ore iactatur, melicratum uidelicet aluum non cuius subdu-
 cere, neq; lenticulam cohibere, sed esse qui præter quàm quod neutrum experiuntur,
 in contrarium etiam incidant, nempe melicrato sistente aluũ, lenticula laxante. Item
 aliquos inueniri qui bubulam minori negotio, quàm saxatiles pisces cõficiant. Equi-
 dem ab istis semper soleo sciscitari (nam a postremis exordiar) quali nã tentante sym-
 ptomate saxatiliũ piscium cruditatẽ arguerent, utrũ ex pondere quodam, quod
 instar plumbi, aut lapidis, aut luti, uentriculo incumbat (hoc nempe modo quidam
 huiuscemodĩ cruditatis sensum enunciant) an ex demorsu uentrem palã infestans
 te, an flatibus, an grauis deniq; eructationis sensu. Mox alij nidorosum seu sumidum
 ructare, alij mordicationem, nonnulli utriq; se percipere aiebant. Horum igitur cor-
 poris habitum statum que diligenter contemplatus, flauæ bilis copiam in uentriculo
 uel a praua quapiam temperie, uel peculiari constitutione collectam deprehendi. Pe-
 culiarem autem dico constitutionem, quoniam hominibus quibusdam bilis ex ieco-
 re ad intestina defluens, in uentriculum regurgitat. Prauam uero temperiem, quoniam
 calor quidam natura ipsis inest acris ac mordax, & (ut quispiam dixerit) febriculo-
 sus. Proinde par est ut isti cibos difficiles concoctu, melius quam faciles uincant. Quod
 enim ex facili concoquitur, facile item alteratur, & corrumpitur. Contra quæ con-
 coctionis difficilis sunt, difficulter quoq; tum alterantur, tum corrumpuntur. Atque
 largioris melius, quam moderati caloris ambitu seu commercio perficiuntur. Atque
 hac profecto ratione euenit quosdam bubulam leuius quàm saxatiles pisces conlice-
 re. Cur autem lenticula aluũ plerisq; moueat magis quàm supprimat, causa a nobis
 in cõmentarijs de simplicium medicinarũ facultate demonstrata est: habetq; in hunc
 modum: Quemadmodum quædam a nobis composita, contraria facultate substans
 tiaq; constant, ita & natura ipsa permulta quæ sensui simplicia uidentur, cõmiste-
 id quod in cibis nõ paucis est uidere. Etenim nõ sola lenticula, sed & brassica, atque
 adeo marina propemodum omnia, quibus testa pro tegmine est, Græcis ostracodera
 ma appellata, compositam ex pugnantibus facultatibus naturam sortita sunt. Nam
 solidum quodq; corpus & tardi meatus est, & uentrem constringit: succus uero illi
 permixtus, ad excretionem extimulat. Huius porro rei a coctura manifestum sumi ar-
 gumentum potest: nam aquam in qua dictorum quodlibet fuit elixum, aluum dilue-
 re, ipsum uero corpus sistere experimur. Hinc illud est quod nonnulli dicunt: Si
 brassicam

A brassicam leuiter coctam, & uniuersim ex lebete in uas, oleum garumq; continens,
 transfusam ante alias dapes assumas, aluum subducet. At alij brassicam, quæ Græcis
 disephtos, id est recocta nuncupatur, ad uentris retentionem hoc modo præparant:
 Primo simul ut in aqua ebullit, quicquid in lebete liquidi est funditus eximitur, mox
 pura feruente aqua infusa secundo elixatur: ut si quid propriæ humiditatis post prio-
 rem remansit decoctionem, in hac penitus exuat atq; deponat. Cunctis enim quæ in
 humido coquuntur id usu uenit, ut quiddam ab eius facultate in se deriuent, ac de sua
 uicissim porciunculam aliquam impartiantur. Id quod in ijs quæ in iure aliquo elixa-
 mus, siue legumen, siue animantis particula, siue olus sumatur, quotidie licet experi-
 ri. Res nanq; elixa tam gustu quàm olfactu ipsius iusculi qualitatẽ ac naturam repræ-
 sentat, ceu ius iudem corporis quod in se elixum est. Totius porro qui nunc nobis in-
 stituitur sermonis ueritatem hoc pacto licebit explores. Lenticulam, aut brassicam,
 aut aliquod marinorum quæ dixi animalium decoquito, postea decoctum oleo ga-
 ro pipereq; conditum, cui libuerit propinato. Idem facito in brassica bis decoctionem
 perpeffa: Nimirum cernes iurulentũ potione aluum dilui, solido corpore constipari.
 Quare nõ est quod miremur, si ab huiuscemodĩ cibis, quum simul succus solidumq;
 corpus ingeritur, tormina & inflationes oriantur. Tum enim quædam utriq; pugna
 excitatur, nempe solido resistente corpore, ac moram trahente: succo contra celeriter
 ad exitum properante. Quod si mordicans illud excernatur, cessant symptomata: sin
 hæreat, tantisper uentrem torqueri, & flatibus distendi erit necesse: quibus sola pu-
 gnantiũ expulsio finem imponet. Quare quũ quibusdam aluus subductu facilis, qui
 buidam siccor, & difficilis sit, pro illius utriq; natura, symptomatis que ab huiusmodi
 cibis fiunt, afficientur: nempe modo succi, modo solidæ partis facultati uentre succur-
 rente. Duabus nanq; contrarijs simul cõmissis causis, unam superare, alterã succum-
 bere est necesse. Id ipsum & a uentriculi affectibus accidit, non natiuis quidem illis,
 sed occasione quapiam subortis. Nunc enim pituitosum in eo humorem, nunc bili-
 osum aceruari contingit. Ipse item pituitosus, iam acidus, iam saluus, iam dulcis est,
 quandoq; sensibilis prorsus qualitatĩ expers. Rursum idem aut liquidus est, aut cras-
 sus, aut glutinosus, aut dissipabilis. Et in bilis genere aliud flauũ, aliud pallidum cer-
 nitur: estq; in utroq; multiplex pro maioris & minoris ratione discrimen: ut interim
 alias eius species præteream, quæ laborantibus iam corpusculis superuenire consue-
 uerunt. Ergo dictorum humorum quilibet, siue ad excretionem, siue ad alui retentio-
 nem sit accommodatus, posteaquam solida ciborum memoratorũ corpora suis cum
 succis in uentrem peruenerunt, ijs quæ eiusdem secum sunt facultatis, suppetias fert:
 ijs quæ contrariæ, aduersatur. Itaq; duas in genere causas supra recensuimus, quam
 ob rem iisdem sumptis cibis diuersi in uentriculo effectus sequantur. Iam uero præ-
 ter naturalem constitutionem, & liquidas solidasq; *ἢ ἐπιουράριον*, hoc est eorũ quæ
 eduntur, partes, tertia quoque adinuenta est. Nec uero apud Græcos siue *ἐπιουράριον*,
 siue *ἰσση*, siue *ἰσοπῶς* dicas, quicquam intererit. Siquidem & ijs nominibus, nec
 minus etiam *οὐρία* & *βρωμαία* illi ea quibus uescimur appellant. Sic nanque in uo-
 lumine populariter grassantiũ morborum scripsit Hippocrates. *τὰ βρωμαία*, id est
 » escas potusq; experientia examinare oportet, an ad æquale spatium maneant. Ac a-
 » liorursus in loco. Exercitatio, *οὐριον*, hoc est cibus, potus, somnus, uenus, omnia
 » moderata. Itaq; nominũ (id quod iugiter monemus) curam negligere, nec de eorum
 » usu, si quidem omnibus Græcis sint usurpata, anxie torqueri oportet (quod de Lati-
 » nis quoq; dictum accipi uelim) sed cõtra rerum ipsarum cognitionẽ amplecti, ac gna-
 » uiter consecrari. Alimenta ergo citi tardi ue transitus esse comperiuntur, alias ob na-
 » turam a primordijs ingeniã, alias ob aduentitiũ uentriculi affectum, nonnunquam
 » ob peculiarem aliquam propriamq; esculentorum ac poculentorum naturam: quan-
 » doquidem ex ijs ipsis quædam humidã, quædam sicca [durãue] sunt: ceu alia glutin-
 » osa & tenacia, alia friabilia diuiduãque. Nonnulla denique acrimoniam in se ha-

C bent, alia acorem, aut amaritudinem, aut dulcedinē, aut salitatem, aut austeritatem, aut acerbitem, aut alias extra has medicas vires, eiusdem cum ijs quæ purgantibus medicamentibus insunt, generis. Si quidem atriplex, blitū, malua, cucurbita, quia glutinosa & perhumida sunt, alijs quæ talia non sunt, celerius subsidunt: ijs potissimum qui sumptis illis in solo leniter obambulant, sensim modiceq; cedentia. Quippe conuulsione promptius, quam si quietus sedeas, delabuntur. Ad hoc genus pertinent mora, dulcia cerasia, & ex uinis item quæ dulcia simul crassaq; sunt. Pepones quoq; & quos melopepones uocant, humiditatis glutinisq; nomine uentri molliendo idonei sunt: quanquam ijs quoque mediocriter abstergendi facultas concessa est, maximeq; peponibus: quam facile, si sordidam aliquam ijs partem confrices, perceperis: protinus nanque cernes quicquid est sordium extergeri: ideoq; inter ea quæ uisum mouent, connumerantur. Humidis autem aquosisq; corporibus & præcocta uocitata & perfica merentur adscribi: ac in totum quæcunq; nullam eximiam gustu aut olfactu qualitatem præ se ferunt. Quæ, si quidem uenter deiectioni sit accōmodus, non ægre transeūt. Sin minus, hærent & ipsa in supernis locis, nihil ad expulsionem conferētia. Etenim huiusmodi edulia mediū quodammodo inter aluū sistentia, & aluū prouocantia, locū sortita, exiguum quid in alteram partē afferunt momentū, si in uentrem incidant, nec ad excernendum ualde residem, nec ad distributionē procliuem seu uehementem. Adeo hinc quoq; aluum aliquando retineri contingit. Atq; ipsum melicratū, si quando membratim celerius digeratur, nihil aluo ad excretionē conferet: quin imò cibus secum cōmistis ad digestionē præibit. Cōtrā si distribui nō anteuertat, excretionē nō secus ac flaua bilis, acrimoniæ & mordacitatis suæ causa irritabit. Hoc ergo esculentorū ac poculentorū genus duntaxat mordicatione sua uentris partem ad expulsionem irritat. Cæterū & Latinos uentris, & Græcos κοιλίας uocabulo intestina etiam comprehendere haud arbitror obscurū. Hinc nempe hi *γαστρος & μεγαλοκόιλος*, nos item uentre prominulo, & uentricosos homines illos esse dicimus, quibus intestina propendere, magnoq; extare spatio cernimus. Sunt porro alia quædam uentri subducendo apposita, quæ in se medicinales uirtutes cōmistas obtinent, quales in scammonia, & colocynthide, quæ syluestris est cucurbita, ueratro, ac id genus alijs conspiciuntur. Horum enim natura cibo & medicina cōmistata est, ceu si ipse in pisanæ cremorem succi scammonij paululum quid inieras. Quippe sensum quidem sic effugerit, sua uero efficacia minimè delitescet, sed aluū palam delaxabit. Atq; hoc quibusdam Hippocrates insinuasse uidetur quum inquit, » In cibo medicina. Alij non id solum, sed de illis quoq; accipi posse sermonē uoluerunt, quæ neq; alendi, neq; purgandi corporis habent potestatem. Hæc enim inquitunt non modò ut cibos, uerumetiam ut medicamenta nostrum in corpus identidem agere, quum manifestè id calfaciant, refrigerent, siccant, atq; humectent: ueluti dum horum nihil in homine efficiunt, sed ipsum tantummodo alunt, tum medicamentum nomen haudquaquam promereri. Sunt autem sanè quàm pauca id genus edulia. Quotquot uero & quæcunq; tandem ea sunt, alimenti duntaxat rationem planè obtinentia, sumentis corpus in qualitate non immutabunt. Etenim quod refrigeratū, calfactum, humectatum aut siccatum est, secundum qualitatem permutatum dicimus. At quod ex cibo portionem aliquam in locum resolutæ substantiæ sibi sufficit, id ab illo duntaxat ut alimento iuuatur. Quam obrem quæ medijs sunt temperamenti, nulla eximia qualitate prædita, ea merè alimenta sunt, nō etiam medicamenta: uentremq; nec soluunt, nec retinent: stomacho nec robur, nec languorem inducunt: sicuti sudores urinam ue nec prouocant, nec coercent, nec aliam quamuis dispositionem calidam, frigidam, humidam aut siccā animantis corpori conciliant: tale id prorsus afferuantia, quale acceperunt. Cæterum hic finitio quædam mirè utilis exoritur, quæ ne ipsa quidem à Diocle posita est, ut nec aliarum ulla quas hæcenus recensuimus. Si quidem hominis corpus, quū mediæ omnino tēperaturæ fuerit, per alimentam

A mediæ tēperaturæ eo in statu seruabitur. At si hoc frigidius, calidius, siccius aut humidius sit, medijs temperamenti cibum & potum perperam exhibueris. Quippe huiusmodi corpus quatenus ab exacte mediâ tēperie recessit, in diuersum statum, idq; per præsentis distemperantiæ contraria, mutari postulat. Pari autē interuallo in utraq; oppositione contraria utrinq; à medio discedant oportet: ut si tribus (uerbi gratia) numeris à mediâ constitutione ad calidiorem corpus deflexit, totidem cibū quoque à mediâ ad frigidiorē deflectere erit necesse. Sin quatuor numeris illud ad humiditatem declinauit, totidem hunc temperato sicciorē esse conueniet. Atq; hinc sanè permultos est inuenire, qui de iisdē cibis ex diametropugnantiâ pronunciet. Nuper enim duos inter se concertantes spectauimus, quorū alter salubre, alter insalubre esse mel affirmabat. Si quidem ex illato sibi à melle affectu uterq; cōiectura utebatur: nō dum illud intelligentes, haud eandem in initio omnibus mortalibus concessam esse naturam: nec etiā esset, immutabilem eam in ætatis decursu, ueluti nec in temporum ac locorum uariatione, tueri licere, ut ne in præsens pro exercitijs, uitæ ue institutis, & uictus ratione, natium corporis habitum immutari posse cōmemorem. Cōtinuò igitur eorum qui de melle ita inter se disceptabant, alter ætate senex, natura pituitosus, uitæ inertis ignauaq; erat, ab omnibus munijs, atq; ijs etiam quæ balneū præcedunt exercitijs alienus: quas ipsas ob res mel ei apprimè conueniebat. Alteri uero biliosa natura annos nato triginta, quotidianis negocijs molestijsq; distracto, nō abs re celeriter mel in bilem conuertebatur: ex quo plus illud obesse quàm prodesse iudicauit. Noui & ipse quendam, qui os uentriculi nō recte sibi habere quereretur: quod quū ab acruata in eo pituita prouenire, ex ipsius sermone intellexissem, consului ut unā cum sinapi betam & porrum uoraret: quorum equidem ope incisa pituita, largiterq; per aluum excreta, ab omnibus tentationibus est liberatus. At enim idem alias ob acreis cibos cruditate & uentriculi morfu uexatus, sumpto rursus cum beta sinapi non modò non leuabatur à mordicatione, uerumetiam longè cruciabatur atrocius. Et ipse sanè admiratus, quinnam fieret ut ab ijs quæ antè summopere iuuissent, nunc grauius laderetur, ad me accessit causam rei sciscitaturus. Itaq; homines rei medicæ imperitos in his falli minimè est absurdum. Verum medicis uiris speculationes plerumq; mirè utiles, indistinctas & indeterminatas relinquentibus, quis est hominum qui ignoscendum putet? Etenim non simpliciter saxatiles pisces permultis quidem faciles esse concoctū, à nonnullis tamen bubulam facilius conficiendum est: sed utrosq; præcise discernere oportet. Sic utiq; & de melle nō semel & absolute statuendum, sed cui ætati, naturæ, tēpoti, regioni, uitæq; rationi utile aut noxiū sit, addendum est, ueluti quod calidis & siccis perquā repugnat: frigidis uero & humidis maiorē in modum cōducit, siue ea tēperies sit ab ætate, siue natura, siue regione, siue anni tēpore, seu uitæ conditione. Itaq; ad præsentem speculationē summè uidetur necessaria um, hominum pariter ac ciborū temperamenta considerare. Atq; hominū quidem qualia sint, & qua ratione dignoscere cōueniat, in cōmentarijs quos de temperamentis inscripsimus, dictū est, ceu utiq; & de medicamentis in ijs qui de illorum facultate pertractant. In præsentia uero tempus exposcit, ut alimentorū temperaturas exequamur, sicut in libro de uictus ratione scriptū est, qui ut nonnullis placet, Hippocratis est, ut alijs, Philistionis, aut Aristonis, aut Euryphonis, aut Philitæ: quorum nullus non inter antiquos habendus. Initiū uero ipsius secundum quædam exemplaria hoc est: Vniuscuiusq; cibi ac potus vires tam eas quæ ab arte, quàm eas quæ à natura, sic oportet dignoscere. In alijs autē istud: Regionis cuiusq; sitū ac naturam sic oportet dignoscere. Ergo quum seorsum cōmentariolus ille circumfertur, de uictus ratione inscribitur, estq; secunda pars operis totius in tres diuisi. Quum uero totus codex tribus uoluminibus constans, indiuisus inuenitur, de natura humana & uictus ratione titulū præfert. Secūsus igitur liber, quo cibi recensentur, fortassis haud iniuria Hippocratis esse statuatur, sed primus in permultis ab Hippocratica sententiâ recedit. V. 4

C hæc ceu præter institutum obiterque sint dicta. Quicumque tandem ille memoratorum uirorum autor dicendus sit, is certe ad uniuersalem quandam methodum cibatus rationem referre uoluisse uidetur. Qui enim hordeum natura frigidum, & elixatione humidum esse scit, quicquid corporum temperaturas tam à natura comparatas, quam per affectum quempiam accersitas pernoctat, is rite non tantum sanis, uerum etiam laborantibus hordeum cibo exhibebit. Quin idem & cataplasmate ex hordeacea farina percommode utetur, qui & corporis & hordei temperamentum tenuerit. Nec uero satis fuerit principem maximeque propriam uniuscuiusque cibi temperiem nouisse, sed ut in libris de medicamentis monstratum est, eas quoque quæ ex hac oriuntur qualitates callere oportet; nec enim hæc minorem illa utilitatem præstant. Quarum pleræque in sapore, nisi utique omnes, quedam etiã in odore consistunt. Quoniã enim unumquodque ex calido, frigido, humido & sicco quodammodo temperatum est; idcirco hoc dulce, illud amarum, salsum, acerbum, austerum, acereue apparet: *ἀλυρόν* autem, quod salsum interpretamur, nihil aliud quam quod Græcis *ἀπό τῆς ἀλμύρας* hoc est muria *ἀλμύρας*, dicitur, significat: nam utraq; uoce una quedam res designat. Item acerbi & austeri commune genus est, quod Græci *σφόρον*, nos adstringens uocamus. Cæterum in quarto libro de medicaminum simplicium facultate, de omni saporum genere late fusèque disseruimus. Ac si quis quæ nunc tradimus, animo consequi uolet, omnino necessarium est illum prælegisse, ne quæ semel de his dicta sunt, hic repetere cogamur. Ergo ciborum quorundam, ut paulò antè memoratum est, nullam insignem gustu aut odore qualitatè præferunt: quos *ἀπείρους* & *ἰσοκράτους* Græci, id est qualitate uacantes & aqueos nominant: quidam perquam manifesta constrictione, aut congenita dulcedine, aut acrimonia præditi sunt, sicut nonnulli quoque saliores aut palam amari uidentur. Quare perspicuum est, eiusmodi eandem potestatem cum his obtinere medicamentis, quorum similitudinem sapore referunt. Cæterum in commentarijs de medicamentis, causam explicauimus, quamobrem adstringentia quedam diuersum ab alijs adstringentibus effectum sortita sint, ut aloë, æs ustum, atramentum sutorium, flos æris, squamaque, & chalcitis. Etenim quum in unoquoque istorum adstringenti facultati & substantiæ alia quædam admixta sit, euenit ut opera quæ singillatim edunt, sint diuersa, perinde ac si malo contoneo scammoniam inferas: quod utique interdum facimus: nam excavata in anteriore mali particula quæ semen tangit, cauum locum scammonia impletum oblinimus, deinde malum ipsum assumus, atque ita assum mandendum offerimus. Quod nancque hunc in modum preparatum est, absque stomachi subuersione aluum subducit. Quamuis enim facultas Græcis cathartice appellata, id est purgans, quam Latini quidam uentris trifluam seu aluiducam dicere tentauerunt, quæ malo per scammoniam acquisita est, in ipso exuperet: propria tamen [substantia] semper manet. Alioqui nec iucundum, nec adstringens, nec utile stomacho esset. Sic ergo cibaria quedam uirtutem quampiam aut depurgantem, aut aliud quippiam agere naturam continent. Quamobrem saporum facultates suspectas minime esse oportet, quasi id præstare [non] queant, ad quod natura sunt comparata. Siquidem cuiuscunque qualitas inest adstringens, ipsa, quantum in se est, admota corpora colligit, stringit, ac refrigerat. Idem autem corpus nonnunquam aliis quas sui partis calfacientes, aliquas infrigidantes habere potest: uelut in libris de simplicium medicina ostensum est: ita scilicet eas permiscente natura, ut solent medici quidam frigidum cuiuspiam pyrethrum aut piper interdum commiscere. Itaque hæc, uti diximus, in commentarijs de medicamentis amplissime pertractata, præsentis doctrine maiorem in modum conducunt. Etenim particulatim cuiusque cibi confectionem his quibus ea præcognita meditataque fuerint, inuenire erit expeditum. Proinde & nos quandoque reuulso-phacem à beta & lente commistis uocitarum edulium offerimus: atque ante nos Heraclides Tarentinus non tantum inculcata ualitudine fructibus, uerum etiam malo aliquo affectus exhibebat. Principio ergo illi betarum copiam iniicimus: deinde quum uolumus condire, aut salis plusculum, aut dulcem garum: sic nempe aluum subducit efficacius. Sin hoc non

A non destinasti, lentè excorticata bis decoquito, aqua uidelicet priore effusa, dein salis aut gari portiuicula addita, paucum quid eorum quæ aluum morantur, iniicito, puta acerrum, ea mensura, ut gustum non offendat. Ita enim cibum pariter & medicinam confeceris, plerisque diuturno alui profluuium uexatis non minus iucundam, quam salutarè. Dixi porro, plerisque, non omnes complecti uolens. Nam hic quoque limitationum est usus, per quas diuturno uentris fluuii obnoxiorum affectus possint inueniri. Omnino enim nullius rei uires experientia commode indagabis, nisi prius per rationem ad unguem compertum habueris affectum cui applicatur quod exploras, siue id cibus, siue potio, siue medicina sit. Quippe talium cognitio est materia auxiliorum, non autem ipsorum auxiliorum cognitio. Quoniã uero nisi exactè rerum quibus utimur, uires calleamus, illarum ope egentibus succurrere haud ualebimus: necesse est ut alibi de medicaminum, ita hoc quoque loco de alimentorum facultatibus differere. Harum porro cognitio longo tempore cum ex certa definitaque experientia, tum ex odorum saporumque naturis, quæ examinatis rebus insunt, ad hæc, consistentia quam & glutinosam [aut friabilem] & laxam aut densam, & leuem aut grauè esse conungit, uix demum rite percipitur ac consummat. Adeo enim hæc omnia ad illarum inuentionem expediunt, ut si in peregrinam delatus regionem, esculenti quid nunquam prius tibi conspecti offenderis, permultas sis occasiones habiturus ad eius pernoscentiam facultatem. Cæterum quæ Mnesitheus de radicibus, caulibus, folijs, fructibus, seminibusque prodidit, non usque adeo certa firmaque sunt, si præcisa & determinata experientia ipsa iudices: quod ex his quæ sequuntur, fiet manifestum. Quippe de unoquoque edulium proprium sermonem statim contexere, etiam si prolixior is interim sit futurus. Denuo nancque alio tractatu, breuiore quidem illo, sed qui in arte consummatis erit peridoneus, omnia complecti poterimus: quandoquidem exercitatio, quæ per diffusam enarrationem, & solidas traditiones præceptorum excolitur, sola nos effingere artifices ualeat: ideoque non inscite illud mihi uulgo ferri uidetur: Optimam esse doctrinam quæ uita uoce hauritur, non autem quenquam ex libro nauclerum, aut militiæ ducem uadere, aut alterius artis magistrum seu professionem adipisci. In hoc nancque compariati sunt libri, ut eorum quæ antè didicimus, monumenta & commentarios habeamus, non ut rudes & ignari per illos ad uiuum perfectèque edoceantur: nisi qui uelint, & hi præceptoribus destituti, his quæ luculente & recto ordine tradita sunt (qui nobis scribendi mos est) diligenter incumbere. Hi nancque ex priuato suo studio, præsertim si eadem relegere identidem non grauentur, fructum non poenitendum sunt percepturi.

De tritico.

Tritici inuiriã plerique medicorum præsentem doctrinam à tritico auspiciati uidentur: quando quidem cum apud Græcos omnes, tum etiam Barbaros complures semen hoc & frequentissime, & summa cum utilitate usurpatur. Inter cætera autem laudatissimum est, cui prædensa confectaque undique est substantia, ut dentibus uix queat confringi. Id enim exigua mole corpus ualentissime nutrit: diuersum ab hoc, facile dentibus frangitur: fractumque, rarum & subinane apparet, nec ex magna mole magnam alimoniam præstat. Quod si utriusque parè modum libeat pendere, densum multo maiore ex parte propendere cernes. Est itidem & colore id quam laxum magis flauo. Cæterum horum naturam non simpliciter decet explorare, quod foris & superficie tenuis extrat duntaxat contuendo, sed diffringere quoque & commanducare oportet. Etenim sapienter quod foris subflauum densumque apparet, intus rarum, laxum, albidumque conspiciatur: quod utique plurimum & furfuris habet: sique postea quam molitum est, tenuissima farina cribro succreta, reliquum in panes, quos Græci pityrias nominant, id est furfuraceos, conuertas, infirmum præstare alimentum, & uentrem excrementis implere eos comperies: ac proinde facile per intestina descendere: tamen ad celeritorem transitum furfuris absterforia facultas suo iure iuuabit, utpote stimulatæ ab ea ad excreta

C nem intestinis. Iis contrarij panes omni ex parte puri nitidique sunt, plurimum ponderis exigua mole eleuantes. Inter omnes uero hi tardissime deiiciuntur. Quincua eorum massam glutinosam admodum est uidere, adeoque tenacem, ut quamlongissime in diuulsa trahi possit: quod glutinosi corporibus proprium est. Quapropter hos ampliore fermento saturare, omniumque maxime subigere par est, nec illico post inditum fermentum & subactionem coqui debent. Furfuraceis uero paucum fermentum, leuis elaboratio, breueque interuallum sufficit. Coquantur item prolixius puri, citius furfuracei. Ceterum medij inter mundissimos, & sordidissimos panes, longe lateque prominentur, & reuera sunt. Præter hos tamen aliud est panis genus planè in his medium, Græci nunc autopyrum, antiqui medici syncomistum appellantur: atque hunc quidem ex confusanea farina furfure à candido neutiquam creto confari, Græcæ uoces perspicue significant: *ἀπὸ πύρου* enim dicitur, quoniam *ὁ ἀπὸ πύρου*, id est totum ipsum triticum nulla sui parte adempta in panificium cedit: *σύνκομις* autè, quoniam in eum *σύνκομιζεται*, hoc est conuehitur seu confertur simul furfur, utriculi & similia. Verum & inter istos ipsos qui ad unguem medij inter furfuraceos & quamnitidissimos panes esse uidentur, non mediocre est pro uaria tritici natura discrimen. Etenim ex denso prægrauique semine panis præstantior, ex stolido leuique deterior fit. Ac panis quidem syncerissimus cum à Romanis, tum ab omnibus ferè qui illorum subiacent imperio, siligineus uocatur. Huic proximus simillaceus, qui Græcè ab antiquo nomine semidalis dictus est semidalitis: nam silignis, quæ Latina inflexione siligo dicitur, Græca uox non est: at nec apud illos alia habetur. Inter panes igitur summum alimentum præstat siligineus, mox simillaceus, tertio mediocriter loco is quem autopyrum Græcè uocari diximus. Quartus ab his est sordidus. Postremus furfuraceus, qui inter omnes imbecillissimus est, & quamcitraque per aluum descendit. Panes autem ad concoctionem appositissimi sunt, qui plurimum fermentati & approbe elaborati, in clibano igne moderato percoquantur. Nam profusior ignis primo statim occursum adurens exteriorem superficiem in testæ modum indurat, ex quo utrobique ineptum prauumque panem fieri contingit, utpote qui cruda incoctaque interiora habeat, ambusta obarida & crustacea exteriora. Ignis uero iusto minoris uis in totum panem nequit penetrare, ideoque illum non percoquit, sed relinquit crudiores, maximèque intimas partes. Qui autem longiore spatio undique æqualiter perassatur, hic & probissimè in uentriculo concoquetur, atque ad sequentes functiones erit accommodatissimus. Contra is deterrimus panis censendus, cui nihil comprehensorum inhæret. Equidem quum iam fines probitatis & prauitatis in panibus statuerimus, nulli posthac uel nobis tacentibus difficile fuerit intelligere, quosdam esse aut optimis, aut deterrimis uicinos, quosdam porro ab illis semotos, aliosque nonnullos in horum amborum confinio collocari. Itaque quemadmodum supra de melle admonuimus, non simpliciter pronunciandum esse id sanitati uel conferre, uel officere, sed pituitosæ quidem naturæ, hoc est iusto humidiori & frigidiori, ac utriusque etià seorsum, hoc est uel frigidiori duntaxat absque multa humiditate, uel humidiori absque excessu frigiditatis diximus conuenire, calidis autem naturis, ac in his multò magis calidis & siccis, aduersari: ita nunc quoque censemus, panes non exquisitè coctos, nec ualde fermentatos athletæ *σιυε* nique ex usu esse, priuato autem senique homini apprimè in furno coctos, & abunde fermentatos. At qui omnino fermento caret, nemini prorsus is erit accommodus. Quòd si caseus insuper addatur, ceu rura nostra festis diebus facere consueuerunt, quem *αζυμ*um nuncupant, præsto quibusuis etià robustissimi corporis noxa erit, quales sunt messorum ac fossorum præstantissimi quique. Ab his nancque panes non fermentatos facilius quam à grauibus athleticis cõfici uideas, ceu utique bubulam & hircinam carnem. Quorum enim ouillæ aut caprinæ post has attinet meminisse? In Alexandria asiniana quoque uescuntur. Atque adeo sunt qui à camelina non abhorreant. Ad horum

A porro concoctionem tum consuetudo, tum uero etiam parior assumptio conducit, ac denique ipsa totius corporis inanitio, quæ illis superuenire solet qui de mane ad uesperam usque in statis negocijs defudarunt. Nam uacua uenæ non tantum semicoctum succum, uerum etiam omnino rudem & incoctum uentriculo nonnunquam præcipiunt, quum à cibo statim laboratur. Qua de causa grauissimis quoque illi morbis tandem corripiuntur, raroque ad iustam perueniunt senectutem. Atque hæc uulgus ignorans, beatos illos de corporis robore prædicat, quum ea & esse, & concoquere cernunt, quæ nemo nostrum ne deuorare quidem possit, nedum concoquere. Enim uero & graues alique somni, qui defatigatos arctius solent complecti, quum concoctionem ipsam mirifice iuent, multum afferunt momenti, ne à prauis edulijis damnum accipiant. Quippe si plures ex ordine noctes peruigilare eos cogas, ilico morbum incurrent. Illis igitur unicum hoc ad prauos cibos peruincendos datum est. Athletæ autem ut crassos lentosque, optimi certe succi cibos comedunt, qui quidem in ipsis graues censentur: quo nomine palestritæ potissimum accipiebantur, nunc uero & pancratistæ & pugiles. Quoniam enim omnes illorum apparatus certamina spectant, iisque solis destinatur, in quibus totos aliquando dies aut luctandum, aut pancratia sunt obeunda: idcirco cibaria quæ nec corruptibilia, nec euaporabilia facile sint, expostulant: huiusmodi uero sunt crassa & glutinosa, qualis in primis est suilla caro, & panes in eum quem diximus modum præparati, quibus legitimi duntaxat athletæ uescuntur. Siquidem priuatus quispiam, nec exercitij deditus, si in eius cibi usu diuerferet, aliam quem redundantiam morbum, Græci plethoricum uocant, celerrimè sit incururus: uis sane qui exercitij assuetus est homo, si olusculis & ptisanæ cremore tantum uictiuer, uniuersum corpus protinus corrumpet & exhauriet. Succus porro ex panibus illis redundans, quibus athletas pasci dicebam, si quis nostrum de uulgo illos esiter, crassus gelidusque erit, qualem proprie crudum nominare consueuimus. Quamquam est sane pituitosus quoque humor & crudus, & gelidus, ueruntamen haud crassus, ut qui humiditate multa & flatulento spiritu sit refertus. Crudus autem humor proprie appellatus talis est quale sedimentum in urinis, puri quandoque ad similes: sed pus & graueolens & glutinosum est: crudus uero succus crassitie & colore illi duntaxat similis, & odoris grauitate caret, & lentore. Nec uero in febribus tantummodo quæ ex erudorum humorum copia generantur, tale quid, quale dicebam in urinis, subsedit, sed per sanitatem etiam in iis qui laboribus inediaque diuexati, duos difficilesque cibos ingererunt. Ac de alijs quidem alijs. Nunc quoniam de panibus primo statuimus dicere, prædictis hæc item adnectamus. Eorum laudatissimi sunt qui in clibano coquantur: Græci clibanitas, Romani textuaceos nominant: ad eum quem præscripsi modum & cocti, & ad ipsam coctionem adornati. Proximi sunt qui hipnitæ, id est furnacei nuncupantur, eodem uidelicet modo instructi: hoc tamen clibanitis inferioribus, quod intima iis pars non æquè percoquatur. At qui in craticula, aut feruidis cineribus, aut foci tegula, quos inde focaceos uocant, furni loco assantur, noxij plane sunt, inæqualiter attemperati: exusta nanque superficie, intimæ partes crudæ relinquantur. Subcinericij autem uocati, quoniam cineribus tecti assantur, ab illis ipsis nescio quid noxæ contrahunt: quapropter omnium tantum non deterrimi censentur: quod quidem ad coquendi attinet rationem: alijs nimirum omnibus pari modo se habentibus. Haud aliter enim quæcunque iam diximus, accipienda sunt, quam ut in illis duntaxat quæ adinuicem comparantur, diuersitas mutatioue esse intelligatur. Si qua uero non simpliciter, sed pluribus inter se modis differentia componuntur: quæ de unoquoque membratim & seorsum diximus, ea incissim acerrimatim que uniuersa continebunt. Itaque de panis generibus ac differentia abunde tractatum est.

E bellarijs autem quæ triticea farina constant, dicere nunc fuerit opportu-
num. Ergo quæ ab Atticis *ταρυβιραι*, à nobis Asiaticis *τρυβιραι* appel-
lantur, ex solo fiunt oleo. Principio nanque in sartagine, unde & illis
nomen, oleum solum funditur, luculento igne substructo, ne fumus con-
tingat: eiq; feruefacto triticea iniicitur farina, multa aqua conspersa: hæc uero mox
cocta, cum oleo ipso, quasi mollis caseus in calatho concretus, coit ac conspissatur.
Tum autem coci superiorem eius superficiem deorsum, ut patellam tangat, uertunt:
quumq; hæc pars satis cocta apparet, sursum agunt, sic ut exstet: ac denuo quum id
quod modo inferius fuit, concretum est, uersant: bis scilicet aut ter id faciunt, do-
nec strues tota æqualiter undiq; cocta uideatur. Ex quo perspicuum est, cibum hunc
crassum crudumq; succu gignere, & uentrem constringere: quapropter & à quibus-
dam mel admiscet. Sunt qui marinum quoq; sale. Sed is tum inter placentæ genera
seu species, siue alio quouis modo loqui libeat, censebitur: uelut alia quædam placentæ
tarum species, quas leui manu ac perfunctorie rustici, & ex urbanis pauperissimi quæ-
que instituunt. Itaque bellaria quæcunque in furno citra fermentum coquuntur, at-
que mox quàm extracta sunt, in mel calidum, ut per omnia id imbibant, præcipitatur,
sunt & ipsa quoddam placentæ genus, ceu adeo omnia quæ cum melle ex itarijs
definguntur.

De itarijs, seu libis.

Triorum duplex est genus. Præstantius rhyemata, deterius lagana Græ-
ci appellant. Quæcunque ex his ac similigine componuntur, prauis fue-
ci sunt, & tardè commant: iecoris meatus, per quos defertur alimentum,
obstruere, lienè imbecillè adaugere solita, calculosq; in renibus gigne-
re. Sed ualenter satis alunt, modo concoqui, & in sanguinem probè conuertì queant.
Quæ quum melle parantur, mistam acquirunt facultatem: nempe quum mel ipsum
tenui humore consistet, admotæque sibi omnia possit extenuare. Quamobrem ita
quæcunque copioso melle in ipso apparatu saturantur, diutiusq; decocta sunt, meli-
to & citatius descendunt, & ex tenui crassoq; mistum humorem procreant: iecori ue-
ro, renibus, & lienè, rectè utique habentibus, magis quàm ea quæ melle carent, con-
ducunt. Quod si obstructionis, aut inflammationis, duritiæ ue qui scirrus dicitur, ru-
dimenta apparuerint: nequaquam alijs minus, sed quandoque etiam grauius obe-
runt: & multo omnium maxime, quorum glutinosa admodum fuerit farina. Succus
nanque ex ijs proueniens, non modo retentus præ crassitudine prorsum ire uetatur,
uerum etiam angustis uasorum osculis seu finibus penitus infarctus tenacitate uix dis-
solubili concluditur, ac adhærescit: & grauitatem utique laborantes ex uiscere ita læ-
so persentiscunt: cui extenuante cibatu potioneque succurrimus. Alibi porro de tea-
nuatoria uictus ratione unico libello tractatum à nobis est. Quamquam nec thorax,
nec pulmo ab huiusmodi epulis offenduntur. Verum de edulijs crassum ac glutin-
osum succum generantibus alio loco rursum differemus. Cæterum præsens sermo
alia quoq; hæcenus relata ut memoria complectaris exposcit, & maxime omnium,
quæcunque de ipsis panibus eorumq; facultate audiuiti: quoniam nunquam illis
non utimur. Et nihil sanè fuerit incommodi, summam quæ dicta de ijs sunt, perstrin-
gere. Itaque panis cui fermenti salisq; plurimum inditum est, quique à pistore antea
quam fingatur & coquatur, permultum subigitur, inq; clibano moderate calido assa-
tur, uti supra præcepimus: is demum ad hominis neq; iuuenis, neq; exercitijs dediti
sanitatè apprimè conducit. Modum uero fermenti ac salis gustu iudicato: quod nanq;
in largiori horum mistura offenderit, prauū. Intra ergo insuauitatem, duntaxat quæ
gustu percipiatur, illorum mensuram augere conueniet.

De pane

De pane eloto.




Vi eluendi panis rationem excogitarunt, imbecillioris sanè nutrimentū ci-
bum, sed cum ipsum quantum licet maxime ab obstruendi noxa immu-
nem inuenerunt. Siquidem quam minimum habet hic panis crassitatis
glutinisq;, ut qui ex terrestri ac graui aëreus leuisq; sit factus. Eius porro
leuitatem cum in statera, si pendas, tum quod in aqua non submergatur,
sed instar suberis supernatet, facile est conspicerere. Cæterum edulium quod nostra ru-
ra ampla triticeæ farinæ portione cum lacte decocta crebro parant, scire licet ipsum
quoq; in eorū numero, quæ infarctu obstruunt, habendum. Huiusmodi ergo cibi
omnes ut & probi succi & alibiles sunt, ita assiduò utentibus nocent, in teore obstru-
ctione, ac in renibus calculos pariendo: siquidem crudo humore glutinosum simul
adepto, si quando renales uia natura angustiores aliquibus cõtingerint, crassissimum
quodq; & maxime glutinosum in illis hæres trahensq;, tophū seu porum facile inge-
nerat, qualem in caldarijs uasculis coalescere, & sponte nascentium aquarū saxis ad-
nasci sæpenumero uidemus. Quinetiam renum ipsorum temperatura, quum ueluti
igneus & acris eorum fuerit calor, huic malo plurimum solet adijcere. In hoc item ge-
nere sunt & pori illi, quibus articularij discernantur. Quicquid enim nostro in corpo-
re redundat, semper ad partes confluit maxime imbecilles: in quibus aliquè tandem
affectum pro sua natura exuscitat. Cæterum de uniuerso crassi succi usu ac natura, in
sermone de lacte rursum agemus, ceu utiq; quæ de inconstantibus edulijs mentio inci-
dit: quandoquidem & alia quædam huiusce sunt facultatis.

De alica.



Triticeæ ualentissimiq; generis est alica, glutinosa succo prædita, siue in a-
qua duntaxat coctam cum mulso, aut dulci uino, aut etiam austero su-
mas (nam suo quodque tempore usui accommodatur) siue ex oleo
saleq; conditam. Nonnunquam & acetum illi iniicitur. Atq; præparatā
hanc alicā seu chondrum medici pitisanæ confectionem fuisse dicitant:
quidam chondri pitisanam, nutritum ea laborantem referentes. Veterum nonnulli,
uelut Diocles & Philotimus, pitisanam triticeam alicam hoc modo instruatam appel-
lant. Quapropter eius nomen apud antiquos perrarum est, quemadmodum & si-
tanum, quod trimestre triticum appellamus: communi enim nomenclatura triticum
ipsum nominant. Dicitur porro est in libro Hippocratis de uictus ratione, panes ex
alica abunde nutrire, sed tardius excerni: præterea similiginem & alicam coctam ua-
lentissimi esse cibi. Verum multus horum usus fugiendus est, ijsq; maxime quibus ie-
cur facile obstruitur, aut renes calculis gignendis sunt appositū. Cæterum diligentissi-
me dum ex alica elota forbitiones parantur, animaduertere oportet. Hic nanque eius
est succus aquæ cõmixtus, qui quum prolixius decoqui postulet, cocis subinde, quæ-
si satis coctus sit, solet imponere: atqui non exiguum hinc agrotis, quibus scilicet pa-
rant, damnum conciliatur. Ocyus enim, quum glutinosus sit, coit, ac densatur. Con-
uenienter ergo admista multa aqua super prunas decoquere, subinde peragitando, do-
nec exactè coctus uideatur: tunc uero & sal erit adijciendus: oleum si protinus ab ini-
tio infundatur, nihil fuerit incommodi. Sed hæc obiter, & in transcurso sint dicta, magis
ad medendi rationem, quam ad præsens negocium spectantia. Qui autem per sanita-
tè ob uehementè uentris mordicatione siue à bilioli humoris copia, siue aliunde pro-
fectam, forbitione egent, ijs alicam affatim coctam, quoad teneram flaccitatè adcepta
colliguescat, deinde conditam & colatam, ut pitisanæ colatio cremori persimilis sit,
forbendam exhibeto. Eadem elotæ alicæ condiendæ ratio est.


De tritico in aqua elixo.




In ipse aliquando triticum in aqua elixum comedissem, nunquam aliquè
eius in cibo usum esse sperassem. Etenim nec fame grassante ad hunc utendi
modum quis facile cõfugiat, quum suppetete quidem tritico panem eadem
Xx

C opera formare liceat. In cœnis uero sicut elixū frictum uel cicer, aut alia quedam semina similiter parata pro bellarijs, quæ uocant, sumimus: ita triticum elixum a nemine usurpatur. Quibus de causis elixum triticum nunquā sanè esitari credidissim. Atenim ipse ego quū semel in rus procul ab urbe distitum cum duobus meis æqualibus peruenissem, offensus iam cœnasse rusticos, meliorum penuria id ingerere fui coactus. Etenim quædam ex mulieribus, quas tum panis defectu operi pilatorio accinctas deprehendimus, ingressis nobis confestim triticū in ollam coniectum cœpit decoquere: postquē mediocriter id sale condiens ad edendum nos inuitare: & nobis profectō, utpote ex itineris labore famelicis, minime id tum recusandum uidebatur: proinde auide affatimquē id esitauimus. Verum a cœna grauitatem in uentre ad instar incumbentis luti cœpimus sentire: postriediequē toto die crudi cibum fastidientes languēbamus, adeo ut nihil omnino possemus assumere. Præterea flatulento spiritu plenis caput dolebat, oculiquē ceu per nebulam cernentibus caligabant. Nihil enim per aluum adhuc secesserat, quod unicum cruditatis remedium esse consueuit. Rogabam ergo rusticos, num & ipsi aliquando elixum triticum edissent, ac quonam pacto ab illo affectu essent. Illi uero & esitasse frequenter, eadem qua nos necessitate compullos se aiebant, grauequē & contumax edulium huiusmodi triticum comperisse: quanquam sanè id facile uel citra experimentum colligi poterat. Quando enim & ipsius farina comesa, ut antè retulimus, concoctioni rebellis est, nisi per salem, fermentū, conspersionem, tritacionem, furnumquē edometur ac perficiatur: quis hinc non intelligat rudo & illaboratum triticum firmissimum ac pertinacissimum esse? Veruntamen hoc modo ingestum præclaras habet uires, si quidem concoquatur, & ualentī nutrimento insigne uelcentium corporibus robur conciliat.

De amylo.

D  Mylum ex tritico conficitur, æquandi ac leuigandi exasperatas partes uim obtinens, quæ communis est omni substantiæ sicca consistentia, constrictionis, acrimoniæ, atquē alterius cuiusuis manifestæ facultatis exortū: quam ipsam non temere ἀρωγῆς, id est qualitate carentem, ut ad sensum, nunc cupant: qualis inter humidās substantias aqua censetur. Cæterum amyllum similem cum elotis panibus habet facultatem, duntaxat illis in alendo tenuius. Nec uero cal facere potest, uti nec eloti illi: quod alijs tamen panibus est concessum. Nam cum tritico in aqua elixo ne conferendum quidem uideatur, quum palam id excalfaciat, & eximie, dum concoqui possit (quod illi utiquē perdifficile est) nutriat, quemadmodum antè declarauimus.

De hordeo.

M  Oc item semen in frequentī apud mortales usu habetur, diuersæ a tritico facultatis: siquidem illo palam calfaciente, hoc adeo non calfacit, ceu quædam in calidi frigidiquē medio constituta, uti amyllum, & elotus panis, ut citā frigerare aliqua ex parte, quocunquē modo paretur, appareat, siue inde panem fingere, siue ptisanam coquere, siue polentam instituere libeat. Recedit præterea humoris specie a tritici natura hordeum: nam ex succis, quos utrunque semen ædere natū est, qui quidem a tritico in nobis provenit, crassus glutinosusquē est: qui ab hordeo, tenuis, ac nonnihil abstergens. Nulla igitur apparandi ratione hordeum unquam calfacit, sed uarie pro modo præparationis nunc humectat, nunc desiccatur. Etenim manifeste cernimus polentā ex tolto hordeo factam siccare, ptisanam contra humefacere, si quidem rite fuerit instructa, hoc est in ebullitione quam amplissime intumuerit, ac demū igne lento diu, donec affatim in cremorem profudet, percoquatur. Quū porro perfecte intumuit, acetū ei admiscetur: exquisite uero decoctæ sub edendi tempus friamentū salis superinijciendum. Oleum si ab initio statim addas, nulla ex parte cocturam uitaueris. Præter hæc nihil debet admisceri, nisi uelis anethi aut porri pauxillum, idquē protinus ab initio. Verum ineptissimè a cocis omnibus eam paratū uideo.

A uideo. In mortario nanquē crudam tundentes citra ignem dissoluūt. Sunt qui amyllum addant, quod a coctura scilicet in succum abunde cōtabuisse uideatur. Hæc ergo concoctioni admodum renitens, status quamplurimos merito excitat. Sed nos quæ ad rectam præparationem desiderantur, adijciamus. Crudam ptisanā aliquandiu præmaceratam aqua in mortario manibus terere conueniet aspera quapiā re, ueluti sparato unde iumentis solæ nectuntur: usquē eò autem id faciendum, dum ambiens cortex deteratur: is enim, quo uestitur ceu tenui tunica, nō totus inter pinsendum decutitur. Quapropter & præmacerari, & in mortario tundi debet. Quod si non quicquid est aceris deglubatur, elixa ptisana citra ullum aliud damnum magis abstergebit. Longè pessima est ptisanæ confectio, quā a cocis cruda in mortario ex aqua tunditur, deinde paulisper coctæ sapa, quam Græci hepsēma & fireū uocant, inijcitur, ceu a nōnullis mel quoquē & cuminū: quæ cinnus uerius quam ptisana dici meretur. At quæ probe parata fuerit, utilitates ab Hippocrate enarratas & sanis, & ægris corporibus præstabit: siquidem lentitia eius, ut inquit, leuis, continua, iucunda, lubrica, modice haccidiquē humecta, sitim arceat: ablutioni, si ea quoquē requiratur, peridonea est: adstrictione caret: turbam, dum coquitur, non excitat malam: deniquē in uentre non exturgescit: siquidem inter coquendum in quammaximā potuit molem protumuit. Hæc nobis in præsentia de ptisanæ facultate indicasse suffecerit, non medendi rationē tradentibus, sed alimentorū duntaxat uires: quanquam in sermonis transcurso carptim illorum aliquem quoquē usum nonnunquam attingemus.

De hordeaceis panibus.



B Vne ad hordeaceos panes nanquē si fuerit opportunū, qui haud aliter sanè ac triticeis parantur: sunt tamen non modò illis, uerumetiam olyri nis, & multo magis ipsis typhinis macrores, ac aridiores, nihil in se glutinosi, ut illi, habentes. Ex quo clarū est, exiguam ex eis alimoniam in corpus concedere, præcipuequē si ex uili hordeo fiant, quod Hippocrates ne ptisana quidem dignum censuit: dum enim coquitur, copioso succo non exuberat. Laudatissimū est, quod ubi pinsitum est, candidum apparet, proquē hordei captu densum ac ponderosum. Item plenum, confertum, ac foris undequaque tensum, rugoso, casto ac gracili præfertur. Atquē hæc quidem cōmunes publicæquē sint omnium seminum exploratrices notæ. At caue ne illa tibi imponant, quæ peringentē molem supra quam eorum fert natura, ostentant, cum molli laxitudine & uanitate quadam cōiunctam. Scito enim hæc humore excrementitio redundare, & commemoratis esse deteriora. Quamobrem nec simulatquē collecta sunt, illis uti protinus expediat, sed siccis in locis diu seruanda erunt, partim ut exspiret inutilis humor, partim ut amplius percoquantur, donec scilicet siccato mediocriter pressa contractaquē euaserint. Etenim ab omnibus plantis, seminibus, fructibusquē, quū collecta reponuntur, primū defluit quicquid aquosi subtilisquē adest recrementi: tandem uero & proprii quippiā ac natui succi absumitur, ac contabescit. Enim uero hæc quum sicciore quam par sit substantiā habuerint, ut deteriora sint ijs quæ ad fastigiū bonitatis peruenierunt, nō tamen prorsus ceu praua uenient reijcenda: quin affectibus quibusdam siccati postulantibus utilius ac commodabuntur. Quæ autem quamdiutissime referuantur, fathiscunt, & suis uiribus destituuntur. Huius porro uitij nota terminusquē sit tenuis quidam ex illis diffractis desiliens ceu puluisculus. Hæc itaquē semel nunc explicata, semper meminisse oportet. Nam mihi sanè uoluptati nō est, eadem de ijsdem rebus identidem cōmemorare, nisi si quando nuda rerū capita ad memoriā reuocare necessariū uideatur. Sed ad hordeaceos panes, de quibus sermo erat, redeamus. In his quoquē differētijs quasdam extare dicimus, illis quas paulò antè in triticeis indicauimus, proportionē respondentēs. Si quidem omnes hi triticeis multo minus alunt: attamē qui ex probatissimo hordeo conficiuntur, non tam huic uitio sunt obnoxij. At qui ex inanissculo leuissimè constantur, proportionē similes sunt furfuraceis panibus. Omnium autem promptissimè deor

C sum subeunt huiusmodi panes: quanquam non segniter & alij hordeacei, si ad triticos conferas. Quæ porro in his hordeaceis panibus mediæ sunt confectiones, eadem proportione ijs quas de triticis retulimus, sunt iudicandæ.

De polenta, quæ Græcè ἀλφίσην dicitur.

PX nouello hordeo mediocriter tosto fit probatissima polenta: cuius si non sit potestas, nonnunquam & ex alio conficimus. Quum porro omnis polenta boni odoris sit, tum potissimum quæ ex optimo recitum fit hordeo, cuius non sint præaridæ spicæ, hac gratia commendatur. Compluribus autem per sanitatē ex more est eam cōspersam in sapa & uino dulci multo cōmixtis, aliquando etiam sola aqua, in æstate duabus tribus uē ante balneū horis bibere: aiuntque sentire se, hac potione sitim arceri. Equidem cum austero uino pota, uentrem desiccet. Polentam gentes quædam pro pane usurpant, uī in Cyprio agricolas uidi, tametsi plurimū agri frumentarij colerent. Prisci militibus etiam polentam dabāt. Hac uero tempestate, damnata eius imbecillitate, Romani milites nō utuntur. Etenim parū alimonix corpori præstat, quod priuatis & ociosis sanè quàm satis sit, non ijs qui quoquo modo exercentur. Hæc quum liquore conspergitur atque subigitur, maza appellationem, de qua deinceps distulerimus, assumit. Philotimus namque in primo de alimentis libro fufe quidem de hac scripsit, sed quod erat omnium in ea utilissimum scitu, indeterminatum reliquit.

De maza.

Niuscuiusque edulij uires ante certe etiam experientiam ex ipsius qualitate ac natura licebit conijcias. Etenim perspicacis uir ingenij farinam exacti leuoris candorisque cernens, atque ab omni furfurea substantia puram, facile ex ijs notis deprehendet, in uentriculo quoque citius eam magisque alerari, eoque probius concoqui, facilius in corpus digeri, ac promptius nutrire, utpote quæ tota adsimulatione & adpositione in alij corporis substantiam cedit. Quicquid autem furfureum in ea durumque est, ut foris in aqua non uideatur dissolui, eadem ratione ne in uentriculo quidem maceratum colliquefcere intelliget: sed contra integrum omnino & inconfectum, quale assumptum erat, permanere. Ideoque nec probe concoqui, nec distribui poterit: quandoquidem osculis uenarū ad uentrem ac intestina pertinentium minimè accommodatum est, ad quæ necessariū est ut stercoreis maior uis ipsum sequatur citatiorque descensus, tum ob grauitatem quam adfert multitudi, tum etiā ob absterforiā furfuris facultatem. Ista igitur ruminati atque intelligenti perspicuum est, tanto mazam in alendo corpore hordeaceis panibus, quanto hititiceis, inferiorem esse: quippe quū hordeum suapte natura furfuris abundans torreatur, id ipsum furfur obduratus in fractiusque hinc obtinet, atque unā cum eo præstantior rem hordei partem unde corpus nutritur, aridiorem. Hac ergo de causa hordeaceis panibus maza minus nutrit, uentrem inflatione magis implet: ac si in eo diu maneat, concitat perturbationes. Macerata uero & pertrita prolixius, promptius descendit. Quod si mel quoque addatur, citius etiam ob hoc ipsum uentrem ad excretionem incitabit. Cæterum quod Philotimus opinatur crassum glutinosum gelidumque ex omni maza succum progigni, quem ipse cum suo præceptore Praxagora uitreum nominat, secus profectō habet: quoniam nec glutinum, quod potissimum in alica apparet, nec ualens alimonia polentæ inest. At illum maza sefellit affatim uino dulci sapaque conspersa, & longo tempore subacta: quam ipse, sicut Athenienses, τριπίμη, id est tritam uocauit: quod enim in ea triticæ massæ responder, cum ob longā permollitionem, tum ob humoris polentæ cōmixti crassitiem, sequax ac glutinosum uidetur. Etenim sicut crebra cum crasso liquore tritatio facit ut pressata farina uel miliacea glutinis specie præ se ferat: ad eundem modum præstantior cremor apparet glutinosus, tametsi nihil huiusmodi, nihilque illitricis aut in sterforiæ facultatis gerat, quin incidat potius, & abstergeat, ceu nostræ quoque cutis sordes extergere conspicitur. Ad hæc si forbere quempiam,

A quempiam, pauloque post uomitu eam reiectare iusseris, pituitam deradet uentriculi tunicis adhaerentem, eamque omnem secum per uomitum educet.

De typha, olyra, & Zeia, quam Latini semen uocant.

Ost triticum & hordeum, typham tertio loco Mnesitheus cōnumerat: at Diocles hanc percurrit negligentius, concisum ac compendiosum scribendi genus diffusæ accuratæque explanationi præponens. Aequè item succincte de tritico, hordeo, aliisque permultis tradidit. Paulo de his prolixius Praxagoras ac Mnesitheus: at ne ipsi quidem faciunt satis. Philotimus de quibusdam admodum prolixè, de alijs egit periciune: sunt quorum ne uerbo quidem meminit, ut zeia. Quod porro nec eius præceptor Praxagoras, in confesso est. Nihil enim prorsus eorum quæ is prodidit, Philotimus indictum reliquit: sed multa in super elaborauit, multaque arti adiecit. Illud uero mirari subit, quod neque libri de uictus ratione, qui Hippocrati adscribitur, autor, quicumque tandem ille ueterum fuerit, quicumque de zeia nomine meminerit. Si namque typhan à nonnullis zeiam uocari existimauit, id ipsum indicatum oportuit. Sed singulorum uerba satius fortasse fuerit adscribere. Diocles ergo in primo ad Plisarchum de sanitate libro, in quo ciborum facultates percurrit, sic inquit: Hordeo triticoque ante alia in primis olyra, typha, zeia, panicum, milium, uirtute proxima sunt. In quibusdam exemplaribus zeia nomen non ponitur. Quin in quibusdam non uirtute, sed usu legitur, hoc modo: Hordeo triticoque ante alia in primis usu proxima sunt olyra, typha, panicum, & milium: tanquam aliud quiddam olyræ semen, aliud typhæ uideatur. Mnesitheus autem uni semini binam nomina indita esse uoluit, scribens ad hunc modum: Ex seminibus cum primis ad nutritionem apposita sunt triticum & hordeum: quod hæc euestigio sequitur, duplici quidem uocabulo nuncupatur, sed res una est: nam alijs typha, alijs olyra uocatur. Deinceps ista adiungit: Post hæc zeia, milium, & panicum. Diocles igitur ea quæ modo recitauimus, de typha & olyra scribere satis uisum fuit. At Mnesitheus particulatim quoque de ijs exinde sermonem fecit, primum de tritico & hordeo, mox de typha scribens, his uerbis: Inter alia uero semina typha principatū obtinet: nam & satis nutrit, & non magno negotio conficitur. Panem ex zeia nemo affatim citra sanitatis iniuriam ingerere queat. Quod si quis insolens eo uescatur, etiam à minima portione damnum sentiet: est enim grauis, & concoctioni rebellis. Qui autem sub gelido ac hyemali coelo degunt, pasci zeia, ac eam serere, ut quæ frigoribus perstrenue resistat, compelluntur. Atque hi principio non multum edere assuescunt, tum quia ingrati odoris cibus, tum quia rarus est illis in locis meliorum frugum prouentus. Post autem quū iam familiare fuerit edulium, facillimè in corporibus conficitur. In summa, grauis, concoctu pertinax, ualens, ac membranosa est zeia. Ex his quale semen Mnesitheus zeiam, quæ in frigidis regionibus terræ mandatur, dici uoluerit, liquet apertissime. Equidem nec ipse ego omnes hybernas regiones peragravi, nec ab ijs tamen qui eas perlustrauissent, audiui unquam aliquod esse frumentaceum semen, quod incolæ zeiam aut zeam appellarent: utrunque enim scriptum inuenitur, in alijs priore syllaba e & i habente, in alijs e tantum. Existimare tamen licet fieri potuisse, ut indito illi proprio à barbaris alio nomine, Græci uernacula lingua semen hoc zeiam appellarint. Quum ipse aliquando in Thracia & Macedonia segetem multis in aruis non spica solum, sed toto culmo nostræ in Asia typhæ simillimam conspicerem: quod nā illi apud eos nomen esset, sciscitabar: aiebant omnes & stirpē totam & semen βριζαν uocari, priore syllaba tribus his literis scripta, β ρ ι: sequente & α, in recto casu: in accusatiuo autem cum accessione υ literæ. Ex hoc semine panis fit grauis odoris, ater, & quodammodo membranosa, ut Mnesitheus loquitur, substantia. Quod si nigrum quoque panem qui ex zeia formatur, esse adscripsisset, libentius crederem id esse semen quod ab eo zeia nominatur. Est item in frigidiss.

C mis locis Bithyniæ semen quoddam zeopyrum nominatū, prima syllaba i non habente, ut apud Homerum quum ait: Et zea & triticum cum fecundo hordeo & albo. Ex eo panis præstantior fit, quam qui in Macedonia aut Thracia ex briza conficitur. Ac ferè quemadmodum nomen ipsum zeopyrum ex utroque nomine, zea & pyrum, componitur, sic & substantia eius inter utrumque media, & quasi ex ambobus conflata est: proinde quanto tritico deterius, tanto thracia briza præstantius habetur. Nomina autem urbium in quibus hoc semen provenit, sunt Nicea, Prusa, Crassopolis, Claudiopolis, Heliopolis. Quin & Dorylis nascitur, quod extremum est Phrygiæ Asiaticæ oppidum: adeo quæ in ipsa Phrygia, sicut & in urbibus illi finitimis. Qui porro ex hoc semine conficitur panis, tanto eo qui fit ex briza in Thracia & Macedonia proveniente, melior est, quanto tritico deterior. Meminit zea & Theophrastus in octavo libro de plantis, sic scribens: Inter ea quæ tritico hordeoque similia sunt, ut olyra, typha, bromos, auena, firmissima est zea: terramque defrugat ac extenuat, multipliciter atque radice nixa, & culmo cum denso, tum numerofo assurgens: semen vero & levissimum profert, & cunctis animalibus mire gratū. Nec longe post rursus: Omnis um levissima est typha: nam unico culmo, eoque tenui, constat: quæ ob rem gracilissima hæc, zea & typha, tritico potissimum similia sunt. Hæc quidem de zea Theophrastus. Herodotus autem in secundo libro hæc scripta reliquit: Tritico hordeoque multo mortales uiuunt. Apud Aegyptios uero ijs in uictu uti, summum dedecus putatur: ipsi namque olyram in cibo usurpant, quam alij zeam cum z nominant. Dioscorides quoque in secundo de medica materia hæc scribit: Zea duplex est genus: unum simpliciter grano, alterum duplici constat: quod inde *διπλοκορυ* uocatur: nam binis utriculis seu utilior: in panificio tamen minoris quam triticum est nutrimenti. Crimnon est crassior farina in confectioe pars: fit ex zea, fit item ex tritico. Puls ex crimno coqui potest: abunde alit, & facile conficitur. Ventrem uero sistit efficacius puls ex zea, eaque maxime torrefacta. Præterea olyra ex eodem zea genere est, sed minus aliquanto nutrit: est & hæc panificio apta, & similiter crimnon seu puls ex ea paratur. Athara fit ex zea in pollinem tenuissimum molita: hæc sorbetur non secus ac liquidior pulcra, pueris accommodata: est & in cataplasmatibus eius usus. Tragi semen alicæ ad simile est, multo uero alit imbecillius quam zea, ob glutinosam, qua dense uestitur, substantiam: eaque ex parte ægre in uentriculo peruincitur, & aluum magis emollit. Et de zea que dicitur *αυρα* hæc sufficiant. Mnesitheum profecto iure quis demiretur, quod discrimen inter olyram ac typham non agnouerit. Vtrumque enim in Asia terra abundat, & potissimum in regione quæ supra Pergamum iacet: adeo ut ipsi agricolæ eis ad panificandum utantur, quoniam triticum omne in oppida conuehi solet. Prima laus olyrinis panibus debetur: nam triticeis proximi sunt, si quidem ex nobilissima olyra fiant. Secundi ab his typhini. Quod si olyrini uitioso semine constant, hi illis non erunt inferiores. Cæterum ludi uero ac recentes panes ex laudatissima typha facti, olyrinis etiam longè præstant: sed aliquantisper asseruati semetipsis deteriores euadunt. Quum namque in longum tractibus ac tenax sit illorum massa, tempore maiorem in modum contrahuntur ac densescunt, maximeque quum non accurate parati fuerint: adeo ut si quis hesternum, aut duorum dierum, aut hoc magis pristinum hunc panem comederit, putaturus sit hunc se in uentre gestare. At calidus etiam ab ipsis urbanis expetitur, cum caseo quodam sumptus, qui uernaculo uocabulo oxygalactinus, quasi lactacidum dicas, appellatur. Hunc porro & mollem esse, & ipsum panem furni calorem adhuc retinere oportet. Nam qui in hunc modum coctus est, non rusticis tantum, sed urbanis quoque hominibus in delicijs habetur. At qui trium quatuor uel dierum fuerit, uel ipsis rusticis insuauis apparet. Concoctus est hic quoque difficilior, & tardius per aluum transiit: quæ incommoda calido minime accidunt. Quamquam enim hordeaceo, quod ad deice

A ad deiectionem pertinet, longè posterior est, non tamen de eo ceu de miliaceo queri licet. Quinetiam corpus egregie dum calidus est nutrit, ut penè triticeo, qui farina fit non succreta, syncomistus Græcè dictus, par sit. Habet autem typhæ semen forinsecus glutinam, ueluti olyra, & hordeum: nihilominus pinsit in panes congeritur, totumque usui accommodatur. Nam ex aqua estur elixit, haud aliter ac uocatus a rusticis apothemas: sapa, quam alij *σάπυ*, nos *σάπυ* uocamus, adiecta: nonnunquam etiam cum sale, uti me ipsum triticum retuli comeditse. Ex nobilissima olyra, quum ut decet perpurgeta fuerit, tragus nominatum conficiunt: quo utuntur plerique, primum in aqua decoquentes, deinde ea effusa sapa, aut uinum dulce, aut mulsum infundentes: superiniungunt & pineas nuces præmaceratas aqua, donec amplissime intumuerint. Quidam autem non forma nec aspectu tantum simile, sed idem genere hoc semen cum olyra esse dicunt. Sunt & alia permulta semina consimilia quidem prædictis, sed non eadem penitus specie aut figura: quæ partim in hordei ac typhæ, partim in typhæ olyraque, aut olyrae & tritici medio collocantur. Quædam simillimæ cum olyra sunt naturæ, quædam cum hordeo aut typha, aut tritico, ceu alia panico, alia milio. Atque hæc alibi simplices habent nomenclaturas, ut in Italia id ex quo alicam illi conficiunt: alibi compositas, ut quod in Cappadocia gymnocrithon uocatur, & in Bithynia zeopyron. Verum satius fuerit missa hac tam nominum quam seminum commentatione, de seminibus omnibus communem quandam rationem exponere. Ergo quæ parua mole multum substantiæ continent, eamque crassam ac glutinosam, probissimi succi sunt, & nutrimenti: haud tamen facile per aluum descendunt. Contra, quæ mollem minimeque densam substantiam habent, eamque magna ex parte furfuream, commodius deiciuntur, sed tenuius alunt. In ijs ipsis uero quæ graueolentia, & gustu nescio qui insuauita sunt, manifeste omnia & prauis succi, & difficilis sunt concoctionis. Quæ porro exigua mole permultum substantiæ cludant, tum ex pondere quum in libra appenduntur, tum ex farinae multitudinem cognosces: ea namque in ijs quæ compacta densaque substantia sunt, ab exiguo seminum aceruo perampla proficiuntur. Caliditatis autem & frigiditatis discrimen ante quidem quam intro sumantur, cum ex colore & gustu facile erit colligere, tum uero etiam ex eorum quem præstant usu foris applicata. In uero sumpta, exactam sui notionem ac sensum uentriculis uescientium imprimunt, aut calfaciendo, aut refrigerando, aut neutrum horum manifeste agendo. Est præterea hordei ac olyrae naturalis color albus, tritici sufflatus, typha tritico flauior. Quin & huius corpus in arctum cluditur, ac densatur: quod fortassis ad seminis paruitatem non nihil adfert momenti: est enim id tritico longè exilius: quamquam inueniuntur qui typham in tritici numero habere non dubitent: eamque id seminis esse uolunt, cuius Homerus meminit quum Hectorem equos suos alloquentem facit, his uerbis: Triticum enim uobis primum prædulce ferebam. Aiunt enim typham paruū triticum esse, eaque equos pastum innoxium capessere, quum a uero tritico offendantur. Nec sanè absurde typham quis exile triticum uocauerit, quum & colore, & densitate, & calfacto ita ut illi persimilis uideatur.

De auena, quæ bromus dicitur.



Hoc semen in Asia per frequens est, & potissimum in Mysia quæ Pergamo superiacet, ubi & typhæ & olyrae uberrimus est proventus, iumentorum magis pabulum, quam hominum: nisi utique aliquando extrema fames hoc quoque seminis in panes corrogare compellat. At extra annonæ penuriam coctum ex aqua estur cum uino dulci aut sapa, aut mulso, similiter typhæ. Egregie calfacit, non secus ac illa: quamquam non eadem duritie est: ex quo minus quoque corpus enutrit. Est & insuauis alioqui qui ex eo fingitur panis: cæterum alui statum non immutat, in retinendi ac impellendi munere medium locum sortitus.

C **M** Is item in panes nonnunquam abutuntur urgente dictarum frugum penuria. Panis eorū exigui est alimenti, & refrigerans. Constat insuper præaridum & friabilem instar arenæ aut cineris esse: caret enim penitus glutinosis pingui. Iure ergo aluum humentem desiccatur. Agricola horum farina cocta admixto adipe suillo & oleo uescuntur. Milium ad omnia panico præstantius, suauius editur, facilius concoquitur, uentrem minus coercet, magis nutrit. Horum insuper farinam lacti incoctam esitant, ueluti triticeam rustici. Clarumque est, id edulius tanto quam illa per se sola assumpta melius esse, quanto lac utriusque seminis natura ad boni succi procreationem, aliaque omnia eminentius habetur. Dico autem alia omnia, concoctionem, uentris subductionem, in totum corpus digestionem, adeoque ipsam in edendo suauitatem ac uoluptatem. Hæc namque semina nulla gratia aut iucunditate commendantur, & minime panicum, quod quidem nostra in Asia nascitur; nam apud alias gentes, sicut in Italia quoque, melius inuenitur.

De leguminibus.

L Egumina appellant ea cerealium seminum, quæ panificio non accommodantur, utputa fabæ, pisa, ciceres, lentes, lupinum, oryza, eruum, cicercula, aracus, erulilia, phaselus, scænumgræcum, aphace, & si qua sunt similia. Ergo deinceps de singulorum facultate tractabimus, ut ijs notis quamminimo licet damno utare.

De oryza.

S Emine hoc omnes in sistenda aluo utuntur, eodem modo quo alicam de coquentes: difficilius tamen quam alica conficitur, & tenuius alit, ceu utique & in edendi suauitate longè illa inferius sentitur.

De lente.

D **N** Ex lente quidem panem quis tentauerit. Præarida enim sine pingui, & friabilis est. Cortex eius uehementer adstringit, carnea substantia tenuiter, quæ & crassi succi, & terrestris est. Succus porro lentis, sicut ante retulimus, adstringenti est contrarius. Quocirca si elixæ in aqua iusculum sale garo oleoque conditum bibatur, aluum deiciet. At quod ex bis decocta lente ad eum modum quem retulimus, serculum apparatus, contrariam succo uim obtinet. Nam quæ uentri obueniunt fluxiones desiccatur, os uentriculi, intestina, & totum denique uentrem corroborans. Quam ob rem coeliacis & dysentericis accommodatus est cibus. Lens uero decorticata, ut illam adstringendi uehementiam, cumque hac alia uidelicet omnia quæ consequuntur, amittit: ita alibilior quam integra illa efficitur, crassum prauumque succum gignens, tarde commeans: alui tamen fluores haud desiccatur, uti ea quæ coctice non est spoliata. Iure igitur qui modum in hoc edulio non seruant, elephantiasimam quam uocant, & cancrum incurrunt. Si quidem crassa siccaque cibaria facile in melancholicos humores uertuntur. Quare ijs duntaxat, quibus uitiosa est habitudo obmodum damnosa. Eandem ob causam uisum integrum & inculpatum hebetat, immo derate exiccans. Ei uero qui contrario modo se habet, humidiori uidelicet, opitulatur. Menstruis purgationibus inidonea est: crassum enim & tardifluum sanguinem facit. At muliebri appellato profluuiio conuenientissima. Quum porro lens & pisana contrariæ inter se sint facultatis, ex amborum commixtione præstantissimum edulium componitur, quod nos in Asia Phacoptisanam nuncupamus. Verum non æquæ utriusque portio esse debet: minus enim pisanæ adijciendum, ut quæ per decoctionem in cremorem late diffunditur, & in magnam attollitur molem: lente contra minime intumescente. Sedenim huius edulij eadem ac pisanæ est confectio, præterque quod satureia & pulegio adiectis, iucundius & paratius concoctioni efficitur: pisanam illis minime

A minime gaudente, sed solo anetho porroque contenta. Deterrima est lentis conditio, quam diuitem coci sapa insciant: minime enim in crassantia sibi uult admisceri, sed liquida potius, & crassitudinem incidentia. Cui uero sapa commiscetur, iecoris obstructions gignere nata est, & ipsius uisceris atque unâ lentis inflammationes in augere, nisi addito melle corrigatur. Illud præterea non arbitror obscurum, durescentes uisceris utriusque affectus, quos scirros uocant, hoc epulo exacerbari. Quod si suillam simul libeat incoquere, pisanæ recentem, lenti sale asseruatâ congruere deprehendes: ceu utique quæ inter has media est, à Græcis neales dicta, hoc est recens salita, phacoptisanæ percommode & ad suauitatem & concoctionem immittitur. Magis tamen lens cum salis carnis esitata crassos humores augebit. Nam hæc quoque pariunt crassum & melancholicum sanguinem. Quapropter nec istis affatim sapereque uti expediet, præsertim cui corpus melancholico præcrasso, & omnino prauo humori obnoxium est. Hæc eadem & de regionibus, anni temporibus, & aeris constitutionibus in unoquoque edulio intelligere oportet. Ac autumno quidem melancholicis & siccis escis abstinendum, hyeme uero eis utendum: uti sanè in æstate humectantibus & refrigerantibus, in uere medijs temperamenti, mediisque facultatis epulas offerendum. Est porro mediorum non una, nec simplex species. Quædam enim huiusmodi sunt, quoniam cum extremis nihil habent commune: quædam ex duorum contrariorum æquo interuallo à medio distantium mixtione sunt mediocritatem assecuta: ut si quis iuxta id quod paulò ante dixi, pisanam lenti commiscet. Sic & teutophacem, quæ ex beta & lente nomen apud Græcos inuenit, Heraclides Tarentinus non sanis modò, uerum etiam laborantibus exhibebat. Est enim & hoc ex pugnantibus compositum edulium: quamobrem etiam tardius quam beta, citius uero quam lens per aluum descendit. Est & illud perspicuum, huius succum in corpus dispersum, ex amborum uirtute, lentis uidelicet ac betæ, esse permixtum.

De fabis.

R Abarum multiplex est usus: quippe ex ijs conficitur & liquida in ollis puls, & spissa in patinis. Tertius confectiois modus cum pisanâ instituitur. Plurimum hoc edulio gladiatores quotidie apud nos utuntur, carne non densa nec solida, qualis à suilla acquiritur, corporis habitum saginantes, sed nescio quo modo magis fungosa. Inflat is cibus, quocumque modo apparetur: nec per quamuis longam decoctionem id uitij potest amittere: quod pisanæ minime negatum est: deponit enim per illam quicquid habet flatulenti. Qui porro affectus, singulos cibos sequi natos, animaduertere, & mente consequi uolet, quandam totius corporis tensionem, quasi à flatulento spiritu persentiscet, maximeque qui ad huiusmodi esculentum non fuerit assuefactus, aut ipsum minus recte coctum assumpserit. Habent autem fabæ non densam, nec grauem, sed fungosam leuemque substantiam: quæ tamen ipsa non nihil absterforiæ possidet facultatis, similiter pisanæ. Etenim manifestè fabacea farina cutis sordes detergere conspicitur: quod intelligentes mangones, ac mulierculæ, in balneis quotidie hac utuntur, uelut alij nitro pariter ac aphronitro, & in uniuersum ijs quæ abstergent. Illinunt præterea & faciem hac, quemadmodum pisanâ: nam quæ in summa cute eminent lentes, exerit, & maculas uelut ex sole contractas. Huius ergo facultatis nomine ne in alui quidem transitu diu cunctatur, sicut quæ glutinosa, & crassi succi sunt sine ulla abstergendi facultate, qualia alicam, tragum, simlaginem, & amyllum esse perhibuimus. Quum porro serculum ex fresa faba paratum, quod etnos Græci nuncupant, flatibus non careat, multo amplius integræ fabæ inflabit cibus: quanquam fricta (nam hoc modo aliquando pro bellarijs sumunt) flatum deponit, sed tum concoctu perdifficilis, tardoque descensu incommodior redditur, & crassi succi alimentum in corpus diffundit. Quod si uiridis immatura nondumque arefacta edatur, commune omnium fructuum, quos ante perfectam maturitatem ingerimus, rationem obtinens, corpori hu

C midio rem alimoniam exhibebit, ac proinde maiorem excrementorum uim non tantum in uis intestinorum, sed etiam per uniuersum corporis habitum producet. Merito igitur minus quoque nutriet, sed promptius deicietur. Plerique autem hominum crudas solas fabas comedentes, una eas cum suilla carne decoquunt, ueluti olera conseruerunt: ruri uero etiam cum caprina & ouilla. Alij fabas inflare sentientes, cepas admiscunt, quum in ollis pulmentum ex illis struunt. Sunt qui non simul elixatas, sed cum pulmento cepas ingerant crudas. In omnibus namque dapibus quicquid flatuosum continetur, per calfacientia & extenuantia corrigi comparatum est.

De faba Aegyptia.

Aegyptia faba sicuti nostram magnitudine longè præcellit, ita & naturam humidiores, magisque excrementitiam sortita est. Quamobrem si memoria complecteris quæ de eiusdem generis alimentis, duntaxat humidioribus, & excremento plenioribus, quantum ad illorum concoctionem, excrementum, distributionem, & nutritionem pertinet, exposita sunt, non est quod plura nunc de hac audire desideres: illinc enim ex his quæ diximus, assumere potes quæ ad hunc locum pertinere uidebuntur.

De pisis.

Simile quid tota substantia pisa cum fabis obtinent: nec alio quam illæ modo comeduntur. Duo tantum sunt in quibus euariant. Non enim similiter ac fabæ inflant, nec abstergent: ideoque segnius quam illæ per aluum secedunt.

De ciceribus.

Non admodum consuetum est urbanis hominibus ex cicere pulmentum conficere: ruri nonnunquam id conspexi: quemadmodum & farinam eius cum lacte decoctam. Haud enim perinde ac fabæ & pisa, comminutioni patitur, ut possit ex eo contracto pulmentum institui, quod Græci inde eregmum appellant. Apud nonnullas gentes moris est, cicer in aqua elixum esitare, interdum ipsum solum, interdum sale modico conditum. Nostrates uero quiddam instar fauinae a sicco & inueterato caseo defriatum illi inspergunt. Cicer non minus quam faba inflationes excitat, sed ualentius nutrit. Venerem stimulat: creditumque est unam seminis genituram augere: cuius gratia admisceris equis quidam obijciunt. Inest præterea ciceribus abstergenti uis potentior, quam ipsis fabis, adeo ut quædam species conuulsos in renibus calculos euidenter frangat, atque comminuat: atrum hoc, & exile est, in Bithynia præcipue nascens, arietinum nomine. Huius in aqua bullitum decoctum haurire præstiterit. Vescuntur & uirentibus adhuc ciceribus homines ante adeptam maturitatem, quemadmodum fabis. Modò autem quum de fabis ageremus, comune edictum de omnibus immaturis fructibus protulimus. Quinetiam de his fructibus haud aliam quam quæ de fabis dicta sunt, audisse te existimato. Siquidem cuncta quæ fruguntur, ut inflandi uitium deponant, concoctu certe sunt pertinaciora, magisque aluum adstringunt, & crassius corpori præbent alimentum.

De lupino.

Hoc quoque semen πολυχρῆσον, id est multi usus esse nouimus, altera eius uocabuli acceptione: nam πολυχρῆσον dicitur & de eo quod multis corporis affectibus accommodatur, & de eo quod omnibus aut plurimis hominibus utile est, etiam si una duntaxat constet utendi ratio. Hoc nimirum modo lupinus multi usus legumen censetur. Elixus enim, ac deinde in aqua dulci, donec omnem sibi ingentem exuat insuauitatem, comadefactus, ita editur, cum garo, ac oxygaro, uel sine his etiam, sale modico conditus, non uelut hordeum, & alia multifaria instructa. Lupini dura ac terrestri substantia est: quocirca necessario concoctioni repugnat, & crassum gignit succum: ex quo non probe in uenis confecto, crudus proprie appellatus succus aceruatur. Cæterum quum inter parandum quicquid habuit amaritudinis, amiserit, πῶς ἀποιοῖς, id est qualitates expertibus insipidis uel similis euadit. Sic autem edulia

Aedulia quædam medici appellant nulla præpollenti qualitate, duntaxat quæ sensu percipiatur, prædita, qua uel alium ad excretionem irritare, uel ab excretionem coercere queant. Proinde consentaneum est, lupinum nec deiectioni, nec alui fluentis retentioni, ut adstringentia, appositum esse: haud tamen sine ratione tardus, & egestu transiitque difficilis efficitur. Illæ quidem igitur facultates cibis non tanquam cibis, sed tanquam medicamentis inhaerent. Quæcunque uero omni illa euidenti qualitate caruerit, haud sanè temere ἀποιοῖς, ut diximus, appellantur. Veruntamen pro humiditatis [ac siccitatis, crassitudinis ac tenuitatis] lentoris [ac friabilitatis] differentia aut tarde, aut celeriter, aut medio modo comeari his contingit, nempe humidis, & unguine suo lubricis, celeriter: duris & siccis, ueluti lupino, contrario modo. At quæ in dictarum differentiarum medio sunt constituta, nec celeritate insignem, nec tarditate inferunt deiectionem. Hæc ergo quemadmodum de omnibus communiter nouisse oportet, ita & ea quæ iam insequuntur. Omnia quæ humidioris sunt substantiæ, exiguum corporibus alimentia largiuntur, quæ ipsa ex facili euaporat ac discutitur: ut rursus alia haud multo post sit exhibenda. Contra dura & terrestria, perdurable, copiosum, ac uix distabile alimentum ex se præbent. Quod si glutinis quoque non nihil habeat, multo hæc omnia perficent efficacius. Constat item hæc non expedite promptèque concoqui, ceu utique nec in sanguine commutari, nec assimilari solidis animalis partibus: ideoque nec cito nutrire: dum uero perdomita confecta fuerint, corporibus haud parum nutrimenti contribuent.

De fœnogræco.

A pud Græcos hoc semen telis, & buceras, & ægiceras appellatur. Inter manifestò calfacientia censetur, eundem hominibus in cibo usum præstans, quem lupinus. Præsumitur enim cum garo, alui subducendæ gratia: estque huic muneri multo quam lupinus accommodatius, quum nihil ex sua natura quod transiret remoretur, possideat. Estur etiam cum aceto & garo, sicut lupini. Multi præterea & fœnumgræcum, & lupinum ex uino garo et oleo sumunt: aliqui etiam cum pane: habentque id sufficientis obsonij loco: nam ut uentrem minus subducatur, caput certe non pertinet, ceu nonnullis fœnumgræcum ex garo facere solet. Insuper stomachum non subuertit: nam hoc quoque fœnumgræcum affert incommodi. Ad eundem modum phaselis & ochris quidam in cibo utuntur. De quibus omnibus & consimilibus mox communem sermonem sum adscripturus. Edunt nonnulli etiam fœnumgræcum, ante seminis exortum plantam eius aceto intingentes ac garo: quidam affuso oleo cum pane obsonij uice assumunt: sunt qui cum aceto quoque & garo. Quod ipsum quoque sumptum liberalius, caput inuadit, & magis adhuc si absque pane. Aliquibus item os uentriculi subuertit. Liqueor elixi fœnigræci cum melle haustus, idoneus est ad exturbandum omnes prauos humores in uis intestinorum retentos: nam & lubrico suo glutine iucunditatem, & caliditate doloris lenimen inducit. Quoniam autem mellis causa absterforiæ facultatis particeps est, intestina etiam ad excretionem instigat, sed parcius mel admiscendum, ne exuperet mordacitas. In diuturnis uero thoracis citra febrè affectibus, pingues una cum eo palmulas elixare expedit, atque expressum liquorem affatum melle saturatum, denuoque super prunas decoctum usque ad mediocrem crassamentum, longè ante cibum assumere.

De phaselo & ochro, quam eruliam dicunt.

Hæc item semina donec radix pullulet, non secus ac fœnumgræcum homines exonerandi uentris gratia prima mensa estant in aqua præmacerata, garo post intingentes. Succum habent alibilem quum in corpus digeritur, & facilius quam fœnumgræcum concoctionis. In Alexandria iuuenem quendam noui artis medicinæ exercitio deditum, qui per quatuor annos singulis diebus his duntaxat fructibus, phaselis, fœnogræco, ochris, & lupinis pro obsonio utebatur, degustas interdum & oliuas ex Memphide, & oluscula quædam, fructusque perpaucos, quos citra decoctionem esse licet. Nam illi decretum erat

C ne foco quidem uti. Omnibus ergo illis annis sanus permansit, nec ulla ex parte habitu corporis deteriore tum, quam ab initio, esse uisus est. Edebat autem huiuscemodi fructus cum garo scilicet, oleū aliquando solum adijciens, aliquando etiam uinū. Erat nonnunquam quum prater hæc adderet acetum, interdum uero salem tantum, sicut & lupinos fumere solebat. Ac salubris quidem uictus rationem fusa & explicata uerborū serie in libris de tuenda sanitate enarrauimus: quædam uero & in his rursus succincte ac summam referemus. Nunc ijs que de ochris ac phaselis dicta sunt, ista quoque addantur. Hæc edulia, inter ea quæ bonum succum, & ea quæ prauum gignunt, inter cōcoctu facilia & difficilia, tarde citoque transeuntia, flatulenta, & flatum leuanda, parū alentia & multum, medium quodammodo locum obtinuerunt. Nullam enim effectricem qualitatem gerunt, ueluti quædam acrem, austerū, acerbum, falsum, amarum, aut dulcem saporem habentia.

De lathyro, quam cicerculam uocant Latini.

Lathyri persimiles ochris & phaselis substantia sunt. Rura nostra in Asia, maximeque Mysia & Phrygia, his plurimū utuntur: nec eo tantū modo quo in Alexandria, alijsque multis urbibus, ochris & phaselis: sed instar phacopifanæ quoque parat. Succū habent phaselo & ochro potentia cōsimilem, sed consistentia crassiorē: ideoque illis plus aliquanto nutriunt.

De araco.

Rostremā araci syllabā per c in Aristophanis comœdia, quæ Holcades inscribitur, exarata inuenimus, ubi inquit: Aracos, triticum, pisanā, alicam, zeiam, loliū, simlam. Semen hoc simile est cum lathyri semine. Quidam etiam ambo hæc unum esse genus existimant: quandoquidem & omnis utriusque usus & facultas in omnibus conueniunt, præterquam quod duriores, & minus coctiui araci sunt, eoque etiam concoctu difficiliore. Apud nos syluestre quiddam, durum, eruoque minus in cerealibus seminibus reperitur, quod arachum nominant, non per c, sed χ ultimam syllabam proferentes, blescum id abijciunt, uti & securinus, quem Græci *πελεκίνου* appellant.

De dolichis.

Dolichorum nomen à Diocle post aliorum quoque seminū nos alentium nomina recensetur. Inuenitur etiam scriptum in libro Hippocratis de ratione uictus, cuius ante memini. Opinor autem satiuæ plantæ semen sic eos nominare, quod nunc à multis plurali numero dupliciter Græce appellatur: quidam enim lobos, id est siliquas, quidam phasiolos quatuor syllabis proferentes uocant: atque ita aliud nomen à phaselo faciunt, quod tribus syllabis pronunciat. Sunt qui phaselum eundem cum lathyro esse dicant, alij etiam ipsam ciem. Sed dolichos sanè semina ea quæ in hortis serunt, esse cōijciat quis ex ijs quæ Theophrastus in octauo de plantarum historia recitat, hunc in modum: Alia caule sunt erecto, ut triticum, & hordcum, & omnino frumentacea, ac æstiuā. Alijs hic magis in latus uergit, ut ciceri, eruo, lenti: alijs humi serpit, ut ochro, pisa, lathyro. Dolichus adacto longo palo confurgit, & fructum gerit: sin hoc adminiculo careat, uinosis fit, & rubigine tentatur. Quoniam enim ligna oblonga affigi iubet, neque id fiat, rubiginosum euadere ait, coniectura sumi potest, de nunc uocitatis phasiolis & lobis sermonem cum facere. Lobi autem ab eo appellantur ea quibus semen huiusmodi leguminum, qualia sunt lens, eruum, faba, pisa, lupinus, concluditur. Quænam admodum enim frumentacea semina suis spicis, ita iam dicta lobis, id est siliquis continentur: qui ipsi lobi dolichos quoque continent: atque ex eo totum fructum à nostræ tempestatis hominibus lobos appellari crediderim, ueluti astachyas, id est spicas, integros frumentaceos fructus. Scimus namque alia multa quæ in frequenti hominum usu sunt, totius generis nomen usurpare, ut calamus quo pingimus, & aramentum.

In libro

In libro autem Hippocratis de uictus ratione ita scriptum habetur: Pisas minus inflant, & magis per aluū descendunt: ochri & dolichi his promptius subeunt, & uberiorius nutriunt. Siquidem quum in hac dictione pisas fabis comparet, quas prius flatulentas esse dixerat, deinde subnectat ochros & dolichos: indicat dolichon eiusdem esse generis cum prædictis seminibus, & potissimum ochris. Verum quoniam nullam prorsus mentionem lathyri aut phaseli fecit, suspicetur forte quis fieri potuisse, ut alterum illorum seminum dolichi nomine intellexerit. Quod si quis phaselum in lathyri genere comprehendi uelit, non idcirco obtinebit, lathyri in dicta oratione dolichum dici nō posse, sed in eodem adhuc hærebit luto. Quinetiam Diocles in leguminiū censu primo fabas ponens, mox pisas, hæc deinceps his scribit uerbis: Dolichi non minus quam pisa nutriunt: similiter etiam flatu carent: sed quod ad suauitatem pertinet & deiectionem, uincuntur. Verum hic quoque deinceps ochri, lentis, ciceris, & crui mentionem faciens, omisso lathyri nomine, in eisdem nos salebris relinquit. Et possit quis dicere, omnia hæc, ochrum, lathyri, phaselum, unum genus esse, pluribus nominibus usurpata, forte nihil discrepantibus, ut ensis & gladius apud Latinos, apud Græcos *λίον* & *συλδ*: forte uero aliqua existente in illis differentia. Cæterum ex quo dolichi non minus pisis nutriunt, & similiter illis flatu uacant, indicat esse Dioclem nunc passim nominatos phaseolos sic nuncupasse. Siquidem lathyris pisis non minus inflat, nec ochrus, nec phaselus: siue hæc unum, ut dixi, genus, siue unius generis differentia dicenda sint. Philotimus autem & Praxagoras nullius huiuscemodi esculentorum commemorauerunt, nisi fabarum & pisorum. Quamobrem nihil ab illis iuari possumus, ut sciamus cui tandem rei dolichorum nomen impositum sit. Itaque uocet unusquisque quocumque libet nomine fructum illum, qui à permultis hodie plurali numero phasoli & lobi appellatur, dum sciat talem obtinere uirtutem qualem dolichis Diocles attribuit. Ad cuius propemodum sententiam accedit is qui librum de ratione uictus Hippocratis titulo conscripsit, quum inquit ochros & dolichos facilius deijci quam pisas, parciusque inflare: quin & alibiles esse testatur: atque ita res habet, nisi quando integros & etiamnum uirides unā cum suis ualuulis ex oleo & garo in uniuersum ingerunt: alij uinum etiam adijciunt. Sed horum in repositione, ut pisarum, nullus est usus: quum nempe natura sint humidiores, corrumpi cito consueuerunt. Attamen si quis hos tutò cupiat reponere, sicuti in eis pater factitabat, siccare prius diligenter & exacte oportebit. Quippe eo modo & à putrefactione, & à corruptione tora hyeme uindicantur, eundem nobis usum, quem pisa, exhibentes. Quidam meorum amicorum Romæ agens, narrauit in Caria iuxta Ceramum patriam suam seri in aruis dolichos haud aliter quam alia legumina, figuramque lathyris longiorem obtinere.

De Eruo.

Eruo apud nos, ut apud alias plerasque gentes, eruo in aqua edulcato pascuntur. Hominum cibis prorsus hoc semen damnatur. Est enim & insuauissimum, & prauis succi. Cæterum ingenti grassante fame nonnunquam, sicut Hippocrates quoque scripsit, ob inexpugnabilem necessitatem homines ad id etiam confugiunt. Nos eruo instar lupini præparato ex melle utimur, ut medicamento crassos pulmonis thoracisque humores expurgante. Candidum minus est medicamento, quam id quod ad flauum aut pallidum colorem tendit. Eruum bis elixum, & in aqua identidem condulcescens, insuauitate certe deponit, sed unā cum ea & abstergerendi & incidendi uim, ut sola in eo relinquatur terrestris substantia: itaque citra amaritudinis intellectum desiccans fit esculentum.

De sesamo & erysimo.

Sesami semen pingue est, ideoque repositum citissime fit oleosum: quamobrem & uescentes satietate ocyus implet, stomachum euerit, tarde concoquitur, & pingue corpori præbet alimentum. Liquet ergo quod uentris partes

C nec fulcire valeat, nec corroborare, quemadmodum quoduis aliud pinguium eduliorum. Est item crassi succi, ideoque nec celcriter deorsum potest penetrare. Ratio admodum hoc solo uescuntur. Cum melle autem crudo sesamides uulgo nominatae fieri solent. Panibus etiam pro dulciario inspergitur. Vt porro milio panicum assimilabile est quoddammodo, sed ad omnia deterius: ita & sesamo erysimum corporis substantia non nihil affine: sed manditur insuauius, & tenuioris est nutrimenti, adeoque in omnibus illis deterius existit. Ambo haec semina calidi sunt temperamenti, eaque ob causam etiam siticulosa.

De papaueris semine.

S Atiu papaueris semen panibus utiliter cum dulciario inspergitur, non secus ac sesamum. Candidum nigro praestat: refrigerandi uim habet, ideoque somniferum est: sique liberalius sumatur, non somnum tantum, sed soporem etiam inducet: aegreque concoquetur. Tussim praeterea ex thorace ac pulmonem compefcit. Confert aduersus acutas ex capite fluxiones. Corpori nullum notabile dat nutrimentum.

De lini semine, quod composita etiam dictione linospermum dicitur.

V idam hoc tosto instar obsonij non secus ac factitio sale cum garo utuntur. In usu est & melle conspersum. Inserunt nonnulli panibus quoque. Stomacho & concoctioni repugnat: tenuiter corpus alit. Quod spectat ad detractionem, nec laudandum, nec uituperandum: perexiguam tamen uim mouendae urinae tenet, quae in tosto extat efficacior. Idem aluum quoque magis laxat. Rustici homines eo utuntur saepenumero, fricto iustoque mel admiscentes.

De ormino.

D Et hoc frictum, instarque farinae detritum in usu, admisto itidem melle. Parum in se habet quod alendo sit: mediae inter erysimum & cuminum naturae.

De cannabis semine.

A meti cannabis ac uiticis planta plantae, ac semen semini quoddammodo similia sunt, uirtute tamen permultum distant. Etenim cannabinum semen difficulter concoquitur, stomacho capitique aduersatur, & prauos humores gignit. Sunt tamen qui hoc quoque frictum iustumque usurpent una cum alijs bellarijs. Bellaria autem uoco ea, quae secunda mensa, ut cum maiore uoluptate bibantur, inferri consueuerunt. Admodum calfacit, ideoque caput aestuans & medicamentoso halitu sursum misso inuadit.

De uiticis semine.

Rictum estur & huius semen, non secus ac cannabinum, creditum uenerios stimulos inhibere: exiguum corpori dat nutrimentum, idque siccum & frigidum, flatum egregie leuans. Ob quae omnia ijs peridoneum est, qui castitatem custodire decreuerunt: unde & nomen illi *αγροφ* impositum tradunt. Caput non perinde ac cannabis tentat.

De aphaca & uicia.

Orum seminum figura non rotunda est, ueluti fabarum, sed aliquanto latiuscula, similiter lentis. Haec quoque cum sua planta & ualuulis integra rursi reponunt, ut brutis pecudibus pabulo sint. Per famem tamen quosdam noui qui haec quoque deuorarent, potissimoque in uere, quum etiamnum uirescerent, quemadmodum fabae & ciceris solent esitari. Semina autem haec non solum insuauia sunt, sed concoctu etiam difficilia, & aluum retinentia. Perspicuum ergo est, quum huiusmodi naturam obtineant, alimoniam quoque quae ex ipsis in corpus permanat, improbi crassi que succi esse, idoneam ad humoris melancholici generationem, ceu prius de lente retulimus. Verum haec multis praclaris dotibus praedita est, quarum nulla illis concessa est. Caeterum nomen hoc bicium, id est uicia, apud nos & utilissimum est. & solum

A solum id noscitur: Attici uero faracum aut cyamum id seminis appellant.

De seminibus alienigenis, quae in unoquoque genere permixta reperiuntur.

D Ensum in tritico lolium frequensque inuenitur, ceu in hordeo quoque, sed parcius: festuca uero agilops dicta, minime in eo rara, si quando imbecillum semen terra diutius retentum, in felicem exortum progressum uel habuerit. At meus patet, aetate iam inclinata factus agriculturę studiosior, triticum atque hordeum summotis diligenter omnibus diuersae naturae seminibus aliquando conseruit, ut certo posset cognoscere, an per illorum degeneracionem haec frugum uitia producantur, an propriam & ipsa natura sortita sint. Quumque permultum lolij in tritico, in hordeo parum, sed agilops plurimum enatum conspiceret, in alijs quoque seminibus idem facere periculum tentauit. Reperit ergo lentis quoque per degeneracionem durum rotundumque aracum innascenti, & securinum, ceu bo damnata semina: praeterea apparinam, quae cibo non modo aliena est, sed in herba quoque lentem strangulat, humicque detrahens enecat, sicut eruum eruangina. Sunt igitur sane perquam perniciose haec semina. Quod porro melampyron dicitur, generatur & ipsum ex tritico per degeneracionem: sed nequaquam tanta est prauitatis. Deprehendit insuper alia semina consimiliter mutari. Proinde usuris solitus est praecipere, ut noxae omnia, quae ad salutem usum semina uellent adhibere, prius seligerent, neue illa negligenter, ut mos est publicis pistorijs. Etenim quum aliquando malignus esset annuus frugum prouentus, lolium affatum tritico innascenti contigit: quod & agricolae, & pistores non satis diligenter expurgabant, factis idoneis in hoc incrementum tenuiter prouenerat. Extemplo ergo multi capitis dolore uexari coeperunt: in eunte uero aestate ulcera etiam in uescientium cute prodire, aut alia quaequam symptomata, quae succorum prauitatem declararent. Quamobrem praecipit illud de repurgandis seminibus, quae cibo aptamus, minime est contemnendum: quamuis enim noxae, quae singulis diebus succedit, praexiguitate non sentimus, haud tamen longa dierum serie collectam atque exaggeratam effugiemus impune: quin erumperet tandem aliquando, atque manifeste non sine nostro se magno malo est proditura.

PRIMI LIBRI FINIS.

CLAVDII GALENI PERGAMENI

DE ALIMENTORVM FACVLTATIBVS

LIBER SECVNDVS.

Ioachino Martinio Gandauo interprete.

Q VANDO QUIDEM ante me omnes qui de alimentis tractauerunt, non a plantis & animalibus, etiam si ijs maxime alantur, sed a cerealibus uocatis seminibus sermonem exorsi sunt: quoniam uidelicet panis, quo nihil in uita utilius, illis constat: idcirco nos quoque primum uolumen tritico, hordeo olyraeque, ac denique leguminibus dicauimus. Iam uero ad alia quae ex plantis sunt alimenta, transire oportet: ac deinde ad ea quae ab animalibus, ex quibus praecipua homines utilitate percipiunt, uenire. Nam id sane non in postremis esse putatum est: adeoque nonnullis cereales fruges simul recensere, sed ut quidque mortalium uita utilissimum esset, ita primum ei locum in enarrationis serie dare uoluerint. Videmus porro suillam carnem, hoedynam, caprillam, uitulnam, bubulam, ouillam, praeterea uenationem omnem, ceu utique & uolatilium ac aquatiliam plerumque, magno hominibus usui esse. Verum enim uero ego quum singula eduliorum genera uideam uno uolumine comprehen-

C illis sit quæ myla appellantur. Eadem cum malis cotoneis elixa, decenterq; condita, austero sapore in distributione præpollet. Assa autem, uel in sartagine fricta, ut præprietæ permultum humiditatis deponit, ita reliqua eius pars nullam sibi ualentem uim adsciscit, uti nec quum in iure simplici paratur. Cæterum ob aqueam qualitatem sibi innatam non immerito origano iungi gaudet. Quæcunq; enim talia sunt, acris aut acidis, austeris uel aut salis permisceri saporibus postulant, si quis & eum uoluptate ea capere, & nauream cupiat cuitare.

De peponibus.

Niuersa peponum natura frigidior cum larga humiditate existit: habent & quandam abstergenti uim: ideoq; urinam cient, & deorsum expeditius quam cucurbita & melopepones rapiuntur. Quod porro abstergentiant, discere licet sordidam cutem defricando. Quam ob rem etiam maculas, ceu solares, *εφίλεις* uocatas, & lentes faciē occupantes, atq; summam uisiginem extergere possunt. Sed semen quod in eorum ueluti carne continetur, ad hoc efficacius, adeo ut renibus etiam calculo infestatis sit accommodatū. Gignit pepo in corpore uitiosum humorem, præcipueq; si quando rectam concoctionem non assequatur. Tum uero morbum etiam qui cholera dicitur, inducere consueuit. Etenim priusquam ad corruptionem peruenit, uomitioni quoque idoneus est: largiusq; ingestus, nisi quis aliquid eorum quæ probi sunt succi, supermandat, omnino uomitum concitabit. Illud porro perspicuum est, Græcos in hoc quoque fructu totius generis nomenclaturā posuisse, sicut in eo liquore quo literas pingimus, quod *μύλαρ* ipsi, Latini atramentū appellant. Hoc enim uocabulum *πέπων* illis ueluti *πέπων* sonat, hoc est maturum: quod alijs quoq; competit quæ maturescunt. Nam & racemus quum exacte maturus est, dici potest pepon: quemadmodum quū nondum maturuit, perperā sic uocetur, utpote crudus & immaturus. Eadem ratione omnibus autumnales fructus, & cucurbitam, piraq; *πέπερα*, id est matura nunc cupare mos est, sicut & quem melopeponem nominamus, qui peponem uoce complexitur: unde medici quidam non simpliciter peponem fructū hunc de quo nunc agimus, sed sicyopeponem uocandum censuerunt. Nos uero in præsentia super eiusmodi diuoluntate esse solliciti, ut quæ ad medicinam nihil conducant: siquidem longè præstat dilucide explicare res, quam huiusmodi anxia disquisitione doctrinæ perspicuitati tenebras offundere. Tum porro dices perspicue, quū uocabulis uulgo maxime usitatis, seruata illorum propria significatione, uteris.

De melopeponibus.

Melopepones & minus humidū quam pepones sunt, nec adeo prauū succi: segnius item prouocant urinam, tardiusq; deorsum descendunt. Ad uomitum uero excitandum non eandem uim obtinēt, sicut nec celeriter in uentriculo prauū humoris collectione, aut alia corruptionis causa oblesio corrumpuntur. Cæterū tamen in iuuando stomacho autumnalibus fructibus longè sunt inferiores, haudquaquā tamen ei ceu pepones officiant: quin nec uomitum, ut dixi, perinde ac illi possunt commouere: pars porro intima carni semē inclusum tangens, quum in peponibus edendo non sit, in melopeponibus passim ab hominibus manditur, deiectioni non inutilis. Qui uero eorum quasi carne tantum uescuntur, non tam cito eam ac peponum excernunt.

De cucumeribus.

Rinalis quædam his quoq; facultas concessa est, ut peponibus, sed imbecillior, minus nempe substantia humidis: ideoq; non facile, ut illi, in uentriculo uiuantur. Inuenias qui hos quoq; ceu alia pleraq; bonæ huiusmodi partem inuincibilia, consiciant, ob totius scilicet naturæ cum eis proprietatem: quam in commentarijs de temperamentis, multoq; maxime in libris medicamentorū exposuimus, demonstrātes suū cuiq; animanti cibum

A tota substantiæ proprietate familiarē à natura comparatum esse: utpote asinis equisq; paleam, scenū, hordeum, aliq; id genus similia: leoni crudas animalium carnes: homini eas ipsas coctas, unaq; panes ex frumentaceis seminibus, ut diximus, elaboratos. Quin & helleboro conturnices, & cicuta sturni citra noxā uescuntur, ceu uicq; eruboves. Quare quæ facilis cuiq; aut difficilis concoctionis sint alimenta, aut ex proprietate substantiæ, aut aliquo symptomate, experiundo discere ac iudicare oportet. Quid porro id sibi uelit, quod ex aliquo symptomate dixi, in primo libro declaratum est. Etenim sunt quibus biliosus humor, aut quaecunq; omnino excrementū identidem in uentriculo congeritur: in ijsq; cibi leuis cōcoctio cito corrumpuntur: ceu alij nonnulli reperiuntur, qui natū calorem non humidum, neq; bene temperatum, sed squalidum igneumq; obtinent: nam in istis quoq; quæ alij facillime omnium concoquunt, ex facili ea uiuantur, ructantq; in totū humidum quid, seu nidorosum. Cæterum illud perpetuò memoriæ mandandum erit, quod pertinacis cuiuscunq; edulij, quamuis feliciter à quopiā perficiatur, succus tamen ipse in corpus digestus, antiquā naturam mordicus sit retenturus. Siquidem fieri non potest, ut aquosus peponis iucus uel optime concoctus, crassus terreusq; euadat: quemadmodū nec is qui ex lente, aut bubula carne prouenit, aquosus, humidusq;, quem tenuem consistentiā appellant: in quo potissimū tuendæ sanitatis, & morbi præcauendi cardo utilitasq; uersat, ut alibi demonstratū à nobis est, & nunc rursus paucis summariū in progressu sermōnis docebimus. Ergo quibus cucumeres bene concoquere datū est, dum in hoc sibi intrepidè affatimq; ijs se explent, longi temporis tractu gelidū, & utcunq; crassum humorem in uenis aceruari cōtingit, qui per eam qua uenæ funguntur cōcoctionem haud facile in probum sanguinē potest conuerti. Proinde omnibus prauū succi edulij, quantum uis probè à nonnullis cōficiantur, abstinere in totū consuluerim. Clam enim sensimq; longa dierum serie prauus in uenis succus ex ipsis suggeritur atq; accumulatur: qui uel leuicula putredinis arrepta occasione, febres sæuissimas & mire contumaces excitabit.

De arborum fructibus.

Pira, mæla, ficus, persica, punica, omnesq; cōsimiles arborei fructus hominum adiuuant cibos. Sunt & præter hos alij, sed cibo damnati: de quibus in præsentia dicere non est institutū. In uniuersum autem cōmuni edicto de fructibus quibus homines uescuntur, scire oportet, humidos tenuem humidamq; ex se alimoniam corpori asferre. Quæ ipsa talis quū sit, necessariò & commediabilis erit, inq; omnis corporis partes penetrando, uelociter tum per urinas, tum per cuticularia spiramenta excernetur: ex quo non absurde omnibus huiusmodi escas Græcorum medici oligotrophas, id est exigui nutrimenti uocantur. Contra ex solidæ consistentiæ fructibus amplior corpori, quod ad alimoniam pertinet, sit accessio, sed non eadem in transeundo est celeritas, maxime ubi crassum, glutinosum, aut adstringentem succum obtinuerint.

De ficibus.

Ommune omnium autumnalium fructuum, neq; eorum solum, sed & fugacium, qui à Græcis horæi uocantur, uitium ne ficus quidem effugere potuerunt: quanquam enim cæteris omnibus tam fugacibus, quam autumnalibus minus prauū humoris adgenerant, haud tamen penitus huius uitij immunes iudicantur. Cæterum hæc eis insunt bona, nempe quod comedibiles sint, & facile in totum corpus peruadant penetrantq;. Nam & abstergenti uim pollent haud obscura: cuius gratia commansæ, è calculosis renibus arenularum uim propellant. Quum porro omnes autumnales escas exiguum corpori alimentum præbeat, minime omnium sicibus id usuuenit: haud tamen compactam firmamq; carnē efficiunt, ceu panis & suilla caro, sed turgidulam & subinanē, ueluti sabæ. Quin uentri flatibus implent

C & ipsa: & non mediocrem hinc profectio molestiam intulissent, ni celer descensus anticipando occurrisset: quo dotata, quum non multum temporis in uentre trahant, haudquaquam diu inflare sinuntur: ideoque alijs autumnii fructibus innocentes esse se consueuerunt. Ceterum maturae ficus immaturas haud paruo interuallo antecelant: quod & in alijs omnibus cernitur fructibus: quanquam non tam ingens in illis discrimen existat. Siquidem ad plenum maturatae ficus paulo minus omni prorsus noxa uacant, iam uel caricis exaequanda: quae licet ipsae multiplici utilitate commendentur, si quis tamen crebro largiterque esitauerit, sentiet non esse innoxias. Non admodum enim probum sanguinem gignunt: quapropter pedicularum quoque agmen eas comitatur. Incidendi extenuandique uim habent: quo nomine aluum stimulant ad excretionem, renesque expurgant. Iecori autem lienique inflammatione obsessis offiunt, uelut ficus quoque, communi ratione omnium dulcium epularum, non peculiariter quapiam eximia uirtute. Obstructis autem illis, aut scirro duritia ue tentatis, ipsae ex sese proprijs uiribus nil profunt, nec obsunt: sed incidentibus, extenuantibus, & abstergentibus iunctae, non mediocriter auxiliantur: ideoque medici nonnulli in dicitis lienis iecorisque affectibus eas longe ante cibum cum thymo, aut pipere, aut zingibere, aut pulegio, aut satureia, aut calamentho, aut origano, aut hysopo dare soliti sunt. Ad eundem modum cum alio quouis acrem qualitatem, aut omnino incidendi extenuandique uim gerente caricis assumere, non solum ita affectis, sed sanis quoque ex usu fuerit. Siquidem iecoris meatus, per quos fertur alimentum, patentes apertosque seruari non solis laborantibus, sed bene ualentibus etiam tutissimum est. Proinde hoc pacto ficus extenuante sale, aceto, garoque conditas uulgo comedunt, experimeno id utile esse compertum habentes. Verisimile autem est & a medico quopiam, qui ita alia quando sumere praeeperit, notitia eius in uulgus dimanasse. Qui quum aliquo inae crassantium eduliorum caricis ficus ue esitant, non mediocriter offenduntur.

De uuis.



Icus, uuaeque, ut autumnalium fructuum, quae oporae nominantur, caput honosque sunt, atque fugacibus omnibus praeclearius nutriunt, ita quammini me prauis sunt succi, praesertim exactam maturitatem adeptae. Nutritionis certe maximo argumento sunt uinearum custodes. Siquidem hos toto biestri, quo custodia agunt, nihil esitantes praeter ficus & uuas, nisi in certum aliquando panis modicum admetiantur, obesos tamen ac pingues uidemus. Ceterorum minime firma densaque est caro, quae ex his generatur, sed fungosa, & cum uuiditate quadam staccescens: ideoque haud longe post cessante esu contrahitur ac corrugatur. Uuae ficibus minus alunt, bonumque his hoc maximum est, quod uelociter per autum subeant. Etenim si aliquando retineantur, grauiter nocent: id quod maturis ficibus minime usuuenit. Haec nanque etiam si non, ut par est, deorsum concedant, dummodo probe in uentriculo concoquantur, innoxium corpori alimentum tribuunt: quorum neutrum uuis concessum est: nec enim retentae probe nutrire possunt: & dum per iecur uenasque distribuuntur, crudum humorem procreant, qui non facile in probum sanguinem natus est conuertitur. Acini namque corpus ex quatuor componitur: ex eo scilicet quod eius ceu caro est: exque humiditate per eam dispersa, unde uinum: praeterea ex nucleoleo, atque eo quod omnia haec foris circuncludit membranoso tegumento. Nucleorum porro substantia sicca est & substringens, atque per omnes intestinorum anfractus transit citra ullam sensibilem immutationem, non secus ac ficaria granula: sunt enim haec in utroque fructu proportionem inter se similia, quum & in sua utrunque planta seminis ratione obtineat, & inalterabile, illiquefactum, & non mutatum transmittatur. Est & proportio quadam in exteriori tegmine, quo uterque fructus uestitur, eandem illis utilitatem praestante, quam cutis aut corium animalibus. Obscura uero & huius in uentre fit immutatio, ac nonnulli ceu inutile expuunt, exucto omni eius ac nucleorum interiore succo:

A succo: quos ipsos aliqui expuere tentant, maximeque quum grandes fuerint uuae: nam in exilibus id factu permolestum est. Liqueat porro uentrem magis laxari sola acinorum carne cum succo hausta, nucleis ac membrana foris ambiente exclusis. Adhuc uero fustus, quum solus ipse expressus succus, quum mustum uulgo appellant, sorbetur: qui uentrem flacibus non nihil distendit, ni uelociter pertransseat. Ergo hic quoque corpus utcumque nutrit, sed quam carnea substantia imbecillius: eoque accidit uuas quasdam magis nutrire, quam deorsum concedere: contra alias promptius concedere quam nutrire. Ergo quibus exiguus succus, uberior etiam alimonia: quibus copiosus, cum minore alendi facultate maior laxandi uis inest. Vocantur autem uuae illae, quibus exigua humidae substantiae portio est, solidae uero permulta, quum ceu carne acini esse diximus, generosae. Atque ipsae utuntur autumnii tempore, non uno eas modo reponentes. Etenim in mustum conijciunt, impletasque ipsae nouas ollas in uinaceis condunt: sic porro appello duras solidasque uuarum in torculari penitus expressarum reliquias, quas ipsae homines in dolijs componunt stipatas admodum & costrictas: Graeci stemphyla eas uocant, uulgo eorum tryga. Nam stemphylis nomine congeriem illam ceu radicalium ex sarmento prodeuntem huius significat: unde uidelicet acini cum pediculis dependent: quam alij *Βετρυγα*, Latini scopium nominant. In his igitur uinaceis ollas nouas uuis refertas condunt, operculo diligenter obfirmantes, ne ulla fiat perspiratio, spatium inter ollam & operculum oppicando, omniaque spiracula obturando. Ipsae item fidelias ex luto bene olido, & plene cocto fictas esse oportet. Huiusmodi uua uentriculum dissolutum confirmans, cibi aueritatem fastidiosam inducit: sed per aluum non facile delabitur: mansaque largius, capitis arcem inuadit. Quae in musto conditur, magis etiam quam haec caput infestat. Pensilis nihil ei prorsus infert noxae, uentrem nec reprimere, nec concitare in deiectionem nata. Similiter & appetitum nec torpentem expergefaccere, nec constantem prosternere ualeat. Uuarum omnium illae concoctu optimae sunt, quas homines in uinaceis & musto per totum annum conditas seruare usque ad alteram uindemiam retulimus. Pensiles uuae dum inaruerint, inutiles fiunt, idque quibusdam statim in ipso uere, nullis certe non in aestate contingit. Haud porro exigua uuarum in sapore est differentia, dum aut dulces, aut acidae, aut austerae sentiunt, aut nulla uerementi qualitate praeditae, quas ipsas uinosas nominant. Proinde dulces calidioris sunt succi, ideoque siticulosae. Austerae pariter ac acidae, frigidioris. Uinosae, in caloris frigorisque medio. Dulces item aluum subducunt, maxime humentes. Acidae austeraeque non huic solum muneri inidoneae aduersaeque sunt, uerum etiam concoctioni, distributioni, ac nutritioni. Equidem acidae quamuis exactam maturitatem in ipsa uite assecuta, suspendantur, ne sic quidem mitescant. Austerae quaedam ad dulciorem naturam transseunt quamdiutissime suspensae. Acerbae, similiter acidis, quantumuis longa suspensione in dulcem saporem nequeunt transmutari: quocirca esum earum cauere perpetuum oportet. Omnium ergo tutissime illis utare, quarum natura carneo liquore constat, cumque hoc maturitate sunt adeptae: sed has ipsas intra modum esse oportet, siue in uite summa maturitate obtinerint, siue quod deerat, suspensio perfecerit. Secundum pensiles, eas quae austerae acidaeque qualitatis sunt expertes, assatum uentris deijciendi gratia ingerere licet. Quidam in hunc usum mustum, idque in primis dulcissimum, bibunt. Hoc enim, si quod aliud, maxime mouet. Quod ab austeris aut acidis profluxit, ad omnia ineptissimum. Verumenimvero ego me ita nominibus usum fateor, ut passim nunc homines usurpant: maius meo operae precium ratus facturum, dilucide res ipsas tradendo, quam ueterem atticisum anxie affectando. Qui uero id perspicuo docendi genere praestantius ducunt, uuarum solidas partes ab expresso musto relictas, brytia malunt appellare, ceu stemphyla oliuarum, quae expresso supersunt oleo. Quod uero crassum in uino subsedit, plerique atticis sermonis studiosi *τρυγα*, id est fecem uocant: eoque nec ulla apud eos in uocibus ambiguitas cernitur, ceu apud alios homines quicumque uinacea etiam tryga nuncupant. Quin tertium quiddam hoc

C nomine *τρύγος* Græci nunc solent significare. Si quidem uinaceorū madefactorum dilutum *tryga* uocitant. Quod rursus a nostris Atticis *δευτερία*, apud nos *σεμφυλίτις*, a Latinis lora uocatur. Coniectis namq; in parua dolia uinaceis aqua superaffundunt, usque dum undique omnia permadescant. Quod ubi satis factum uidetur, in doli fundo foramen aperiunt, ut possit effluere dilutum; idq; pro uino bibunt. Illud porro non arbitror obscurum, quod pro modo racemorum aquam affundant, ita experientia docti: quò uidelicet neq; aquosa admodum, neque meraca sit lora. Deinde uero rursus aquam uinaceis, parcius tamen quam prius, infundunt, sic ut hoc quoq; positioni sit attemperatum: quod quidam atticæ proprietatis curiosi proprie *δευτεριαν* dici uolunt, non ueluti prius illud. Vtraque lora capiti dolorem affert, nisi dilutior bibatur, sed prior magis ferit. Dos una huic potioni concessa est, nempe quod ocysus per urinam reddatur: sed non pauca subest diuersitas ex uaria uuarum specie, e quibus uinacei sunt relictī. Etenim si dulces fuerint, suauior longè erit potus, citiusq; per uesicam excernetur. Ab acerbis acidisq; multo inamœnior, & minus uinalis. Dilutum huiusmodi seu lora ualentius uinosiusq; efficitur, quum in uer usq; aut æstatè seruetur. Hyemis tempore usibus aptatum, ut caput minus tentat, ita & segnius emittitur.

De uuis passis.

H Andem passæ cum uuis rationem, quam caricæ cum ficubus, obtinent. Euadunt enim dulces complures, acerbæ omnino perpaucæ. Plurimæ mistæ ex dulci austeraq; sunt qualitate; quanquam dulcibus quoq; portio quædam subobscura inest austeritatis, ipsiq; austeris dulcedinis. Austeræ temperamento frigidiores sunt, ceu dulces calidiores. Stomachum item austeræ corroborant, & uentrem cōstringunt; acerbæ his etiam fortius. Dulces medium quodammodo inter ipsas locum tenent, nec stomachum dissoluentes, nec aluum subducentes. Adest tamen dulcibus semper uis quædam correctrix temperamenti, quam Græci *ἐπιπεραντικὴν* uocant, ceu etiam mediocriter abstergentia, ita ut ex utriusq; facultatis ope leues oris uentriculi (quod & stomachus Græcè dicitur) moriunculas retundere seu hebetare possint. Nam grauioribus mordicationibus præstantiora sibi auxilia exposcere. Passarum optimæ, pingues, & suo ueluti cortice tenues. Nonnulli, & bene profectò, e dulcibus grandibusq; quales sunt scybelicæ, prius quam ingerant, nucleos eximunt. Quæ & ipsæ inueteratæ duram crassamq; membranam acquirunt: ideoq; in aqua præmacerare oportet: nam & nucleus hoc pacto extrahit expeditius. Contra diuersæ ab his aliæ quædam sunt solidæ, crassæq; nullo prorsus nucleo. Crescunt hæc in Cilicia, subflauo colore. In Pamphylia scybelicæ colore nigro: quæ, ut dixi, grandissimæ sunt. Minimæ in Cilicia, uermiculæ. Aliæ præter has in Cilicia nascuntur, colore nigro, mediæ magnitudinis: quemadmodum & apud alias plerasque gentes, potissimū in Libya. In Asia uaria passarū species mediocri magnitudine prouenit. Etenim subflauæ, nigrae, dulces, subausteræ quædam apparent. Cæterum in frigidis regionibus ne ipsæ quidem uuæ permaturari omnino queunt; nedum passarum quæpiam. Quapropter resinam uinis superinjiciunt, ne celeriter acefiant. Quemadmodum igitur coloris discrimen nihil ad passarum uirtutem facit, ita nec magnitudo. Sola gustabilis qualitas omnem facultatem potest discernere: cui uni intentus, quibus, & quando exhibere eas oporteat, inuenies: ut prius dictum est. Alimentum ex passis tale in corpus distribuitur, qualis eorum fuerit natura, dulce ex dulcibus, austerum ab austeris, mistum ex ijs quæ utriusq; qualitatis participes sunt. Quantitatis hæc est ratio. Ex pinguibus dulcibusq; amplior, ab austeris & macris parcior alimonia. Quod si passarum pinguium, dulcium ac uisceratarum modum parem cum uuarum modo componas, passas ualentius nutrire deprehendes. Huiusmodi sane ut minus quam caricæ subducant abstergentq;, illis ipsis tamen stomacho sunt utiliores.

De sycaminis

De sycaminis, quæ & mora uocantur.



M On hæc atticæ sermonis affectatoribus scribimus: forassis enim ne lectio ne quidem ea dignabitur ipsorum quispiam, corporis pariter animiq; sanitate fortiter contempta: Cæterum cum medicis, potissimum de atticismo non admodum sollicitis, tum uero ijs etiã qui non uti pecora, sed pro rationis imperio uitam transigunt, quibusq; corporis & animi cura ac cultus, ambitione, gloria, opibus, luxu, ciuiliq; potentia potior antiquiorq; habetur. Hi enim, probe scio, atticam linguam nihilo pluris quam aliorū hominum æstimant: at sanitatem ipsam præstantius quiddam digniusq; ducunt homini, qui naturæ conuenienter studeat uiuere. Quum igitur planissimum maximeq; perspicuum sermonem magis ijs ex usu esse cognoscam, familiaria usitataq; ipsis nomina sum propositurus, quam uis prisca illis Græcorum minimè in usu fuisse arguentur. Mora ergo uocem esse puto uulgo utcunq; notam, si non alia de causa, at saltem ob stomaticum illud medicamentum, quod diu morum appellatur, ex illorum succo compositum. Cæterum quidam autumnalium fructuum, quos deinceps referemus, quo nomine ante annos sexcentos ab Atheniensibus fuerint appellati, bona pars hominū hodie ignorant: quandoquidem hac tempestate uident eos nihilo secius ac alij Græci unumquenque fructum nominare, moraq; ipsa tam sycamina, quam mora dicere. Item persica, carya, præcocia, cæteraq; poma pro aliorū Græcorum consuetudine. Si quidem nihil illis, modo rerum uirtutes calleant, etiam si prisca earum nomenclaturas ignorent, hinc damni incommodi ue queat accidere. Quanto hac nominum peritiã præstantius est illud nouisse, eduliorum scilicet deiectionem procurantium quæ tarde comæat, postremo sumenda esse ordine: quæ uero celeriter subsidunt, & in uentriculo morata corrumpuntur, primo ante omnia loco. Quanquam sanè non omnino mihi homines quo quæq; ordine sumenda sint, ignorare uidentur. Nam in plerisque edulij eum etiamnum seruant, dum uidelicet radiculam, oliuas, scenumgræcum ex garo prægustantes, deinde maluas, betam, aliãque id genus olera ex garo & oleo assumentes cernimus. Ciborum enim qui quotidie esantur uires, longa eos experientia facile potuit docere, nisi qui planè mente sint capti. Rarius & longiore tempore in experientiam uenientes, diligenti duntaxat uiro obseruare datum est ac commemorasse. Itaque mora ubi & in purum uentriculum, & prima fuerint ingestæ, citissime transeunt, & alijs cibis suo ueluti ductu uitam struunt. Verum secundo loco assumpta, aut prauo in uentre humori occurrentia, celerissime alijs unã cum cibus corrumpuntur, alieno quodam atque indicibili corruptelæ modo, similiter cucurbitis. Tametsi enim fugacibus hæc sunt esculentis innocentiora, corruptione tamen, eaq; noua ac perniciofa uitiuntur, nisi uelociter deorsum concedant, non secus ac pepones. Verum & hi cito subeuntes, haud ita multum officiunt. Quū porro uentriculos squallens calidumq; erit, tum sicut peponibus, ita & moris peropportune uteris. Tale namq; iecur etiam tunc esse necesse est. Cæterum cucurbita & cucumis siue maturus, siue immaturus, cumq; ijs melopepon, adstringentis qualitatis participes non sunt. At in moris, maximeq; nõ admodum maturis, manifeste hæc facultas cernitur. Immaturioribus uero adest & acida. Hæc nonnulli ab arbore decerpta, siccataq; in hyemem reponunt, ut sibi medicamen ex ijs parèt utile ad dysenteria, aluiq; diuturnū fluore per sanandum. Verū nunc minimè medicaminū facultates recedere nobis est institutum. Rursus ergo que mora ut alimenta præstare possint, doceamus. Quod quidem facile descendant, dictū iam est. Forte autē id eis usu uenit sola substantiæ humiditate & lubricitate, forte uero etiã admistione acrioris facultatis, quæ stimulanda ad excretionem aluo sit satis. Nam adstringens qualitas adeo nihil ad deiectionem optulatur, ut etiam reprimere stipareq; sit nata. Haud paucas porro res contrariarum facultatū participes esse, in libris de simplicium medicamentorū facultate declarauimus. Proinde moris exiguam quandam eius uirtutis portiunculam inesse conijcio, cuius

C permagna in purgantibus medicamentis, quæ aluiduca quidam uocant, habetur: quæ facit non solum ut facile deiciantur, uerum etiam ut diutius in uentre morata corrumpantur. Quod si corruptionem effugiant, omnino quidem, ut dixi, humectant, sed non plane refrigerant, nisi frigida accipiantur. Parcissime corpus alunt, similiter ut pepones: haud tamen uomitum cient: nec stomacho, ut illi, aduersantur.

De cerasijs.

Erasiorum quædam moris similia sunt, minimum adstringentia: quædam rubi fructibus manifestius adstringentia. Sunt quæ his etiam uehementius adstringant. Ergo cuiusque iam dictorum facultates ex ijs quæ de moris & rubi fructu referuntur, conijcere licebit.

De rubi fructu.

Rubi fructum nostrates homines à bato batinum uocant, quemadmodum mora, & sycamina, [eum quæ morus aut sycaminus profert:] nam utroque modo appellantur. Fructus hic magis quam mora adstringit: siquæ liberalius ingeratur, capitis affert dolorem. Est in hoc genere qui stomachum quoque lacestat. Quapropter eluere pulchre hunc fructum prius quam assumatur oportet: quod in moris sanè non minus faciendum censeo. Alui excrementa non expellit, sed potius retinet: siquæ immaturorem eum desiccans quis reponat, longè uehementius coërcebit. Omnia porro quæ ex mori succo medicamenta componuntur, ex huius liquore parata efficaciorum uirtutem acquirunt.

De fructu canis fentis.

Anis fentis fructus longè adstringentior rubi fructu existit: ideoque uentri super primendo accommodatior. Rustici frequenter hunc esitant, tenui alimenta uocantque cynosbaton, id est canis fentem.

De iuniperi fructu.

Iuniperi fructum Græci arceuthidas nominant. Acris abunde est cum iunctura uicula dulcedine, leuioreque etiamnum adstrictione. Edit & odoratum quidem, ideoque calfaciendi uim habere non est obscurum, cum ob acrimoniam (ostensum enim est acria omnia calfacere) tum uero etiam quoniam gustu olfactuque odoratus sentitur: siquidem omne odoramentum calidum est. Iecur renescit expurgat, nimirum crassos ac glutinosos humores extenuando: eaque de causa salubribus medicamentis immiscetur. Perexiguum corpori humano alimentum ex quo apponitur. Assatum sumptus hic fructus stomachum ardit, caputque exalfacit: ex quo illud quandoque uaporibus implens, dolore diuexat. Aluum nec retinet, nec impellit: urinam ciet mediocriter.

De cedri fructu.

Edrinum fructum uocant Græci cedridas, iuniperino tam colore quam figura similem: nam & sufflauus, & rotundus est: differt duntaxat acrimonia. Parum enim abest quin cibo damnatus, ad medicamenta relegatur. Nullam namque corpori alimoniam præbet, nisi in aqua comadefactus sumatur. Etenim commune id habent acria omnia, ut tenuiter corpus alere possint sua acredine exuta. Quinetiam durior sicciorque est cedri fructus, quam iuniperi, ceu utique & exilior, nulla odoris uim, ut ille, dotatus. Quare perspicuum est, stomachum impense ab eo rodî, caputque uexari, nisi perquam parce sumatur.

De pinea nuce.

Pinea nux bonum crassumque succum gignit, & alibilis est: haud facile tamen concoquitur, Græci hodie non conos, sed strobilos pineas nucas appellant.

De myrta.

De myrta fructu.

Vne fructum uocant Græci myrta: nullius est alimenti, ut iuniperinus: contrariæ tamen facultatis, abunde enim constringit, ideoque uentrem coërceat. Verum pro adstrictionis portione refrigerantice uim nequaquam est perditus: quandoquidem non solum eam, sed cum acrimonia quadam permistam obtinet. Illud porro omnium eduliorum que uehementem quampiam medicam gerunt uirtute, commune est, ut ea elixando, affando, macerandoue deposita, paululum alere corpus queant, quum antea nihil omnino ualeret. Quod ipsum & cepis & porro usuuenit.

De persicis.

Sue mala persica fructum hunc, siue persica simpliciter, uti nunc Græci, siue alio quouis antiquo nomine uocare uelis, per me magno equidem id ocio facias licet. Iam uero quod uocabulorum disquisitione scitu uilius est, accipito, nempe horum quoque succum facile corrumpi, & penitus noxiu esse. Quapropter post alios cibos ultima minime edere, uti quibusdam mos est, oportet. Nam in summo natantia, cito corrumpuntur. Quin huius quoque communis edicti decet meminisse, uidelicet: Omnia cibaria prauum succum cum humiditate & lubricitate obtinentia, ex facili descendere, eoque prima mensa sumenda esse. Sic enim & ipsa celeriter pertranseunt, & alijs commode præcunt, ac quasi uiam muniunt. Postremo autem sumpta, una secum alia in corruptionem trahunt.

De malis quæ armeniaca & præcocia dicuntur.

Malorum persicorum genere hæc quoque numerantur, in hoc solum discrepantia, quod minus mala sint. Neque enim similiter in uentriculo corrumpuntur, neque accescunt. Plerisque etiam suauiora apparent, ideoque stomacho utiliora. Etenim omnibus cætera quidem paribus, uerum suauioribus, id solent esse proprium, quemadmodum insuauibus, ut uentriculum superum reddant & euerstant, stimulentque ad uomitionem, nimirum quam citissime desiderantem quod molestum est à se abijcere: quod utique pro molestantiu ductu agit ac procliuitate. Si namque deorsum illa uergant, pessum trudit ac expellit: si sursum, per uomitum reiecit. Idem in prauorum humorum ex uniuerso corpore confluxu facere consueuit. Etenim quicunque ex ijs in superiorem uentrem affluxere, per uomitum eiciuntur: qui uero inferiora petunt, fluorem quem Græci diarrhœan uocant, efficiunt. Cæterum ante diximus poma omnia exigui nutrimenti esse: appellata tamen præcocia armeniaca meliora censentur. Quibus præcocium nomen displicet, armeniaca mala utrunque hunc fructum nonnant: quidam armeniaca, quatuor, non quinque, ut priores, syllabis.

De malis.

Ona horum est species, uti nec pirorum, nec punicorum. Alia namque austerum, alia acidum dulcem uel saporem gerunt: sunt que ex ijs mistum, nempe dulcem simul & austerum. Alia quædam cum dulcedine acida que treis simul sapes luculente referant, acidum scilicet, & dulce, cum aliquantula acerbitate. His porro tribus uocabulis, adstringens, austerum, acerbum, unam qualitatem significari, & acerbum ab austero duntaxat quia fortius constringit, differre, ipso adstringente ad utrunque generis rationem obtinente, ex quarto libro de simplicium medicinarum facultate, in quo de saporum substantia ac uiribus disceptatur, potes didicisse. Itaque indidem dicta in memoriam reuocans, mala quæcumque adstringunt, gelidum terrestremque scito habere succum: acida uero frigidum quidem, sed eum ipsum tenuem. Mediæ temperaturæ dulcia sunt, ad calidius nonnulla proniora, ceu penitus qualitate carentia & insipida, ac ueluti aquosa ad frigidius inclinant. Ergo pro ratione ac uirtute præpollentis saporis quibusque iteris, nimirum austeris malis, quum uentriculus aut ob calidam intemperiem, aut ob copiosam humiditatem fuerit im-

C becillis: acerbis, quum ista admodum increuerint: acidis, quum de crasso humore in eo collecto non ita frigido incidit suspicio: nam gelidus non actida, sed acria expostulat. Vtraque enim crassitudinem incidunt, tam acida, quam acria: eo duntaxat discrimine, quod illa cum frigiditate, hæc cum calore id præstent. Liqueat autem ex his que sæpe iam diximus, quod adstringentia infernas deiectiones, quantum equidem in ipsis est, in uniuersum cohibeant. Acida uero crassum succum offendunt, hunc ipsum secant, & deorsum agunt: eaque ratione excrementa reddunt liquidiora: contra in purum purgatumque uentrem incidentia, magis sistunt. Dulcis succus citra acrimoniam & crassitudinem, hoc est, mere & exquisite dulcis, quantum in se est, distributioni est accommodatior: cum acrimonia uero & crassitudine, magis in descensum proclinat. Est præterea aliud saporis genus, non tantum in malis, uerumetiam alijs permultis, quem aqueum & sequelem fatuumque nuncupant, ut supra quoque diximus: hic stomacho minime est utilis, in medio dictarum iam facultatum constitutus, ceu ipsa est tiam aqua. Idem in malis, dum cibi causa sumuntur, aut ad oblectamentum, aut ad utilitatem, pro uitioso habetur. Ergo huiusmodi mala quum neque cibo iucunda sint, neque uentri robur addant, ueluti adstringentia, neque aluum fluentem reprimant, merito floccipenduntur, ceu apud nos quoque in Asia frequenter porcis obijciuntur *πλατανίσια*, quasi platanina dicas, appellata, quoniam mollibus platanii folijs quandantenus gustatu similia sunt. Cæterum & ab optimis in toto genere malis, quum nondum in arbore maturuerunt, abstinere expediat: sunt enim concoctu pertinacia, frigida, tardi transitus, & prauis succi: ad hæc gelidum simul crassumque sensum humorem pariunt. Quæ uero belle maturata, in hycmem, eique proximum uer asseruantur, morbis sæpenumero perquam utilia sunt, aut crusta pistoria circumoblita, aut in feruidis cineribus mediocriter assata, aut ad aquæ feruentis uaporem conuenienter elixata. Danda autem sunt statim à cibo, aliquando etiam cum pane, ad uentrem stomachumque corroborandum, cibum auersantibus, tarde concoquentibus, ad uomitum pronis, fluxu molestatis, & dysentericis. In hunc usum idonea sunt acerba: nam in eum quem iam dixi modum parata, ad constringendi mediocritatem rediguntur: quum austera in hac præparatione omnem ponant adstrictionem, ideoque his quæ natura sua aquea sunt similia euadant.

Qui fiat ut quibusdam aluus ab adstringentium malorum aut pirorum esu soluat.



Voniam uero nonnullos aliquando audiui, qui sibi aluum ab adstringentibus cibis molliri dicerent, operæ precium facturus uideor, si hoc loco semel quæ mihi cum ratione, tum experientia crebro hac de re compta sunt, fuse pleneque explicauero. Principio igitur quum quidam ex nostra ciuitate orator ab austeris piris malisque uentrem laxari sibi prædicaret, re mecum diligenter perpenfa, perque experientia examen prius comprobata, in alijs quoque maiore cum fiducia eius periculum facere non dubitauit. Itaque uirum oratu, ut mihi uel uno die conuiuia esset, quod uidelicet ipse intueri possem & quo tempore, & quo modo constringentibus illis uteretur. Ac in primis continuo illum id sum precatus, ut ne quid ex consueta uictus ratione immutaret. Hic ergo à balneo aquæ haud ita multa præbibita, mox foenumgræcum, ac radiculam, aliaque id genus que plerique solent alijs nondum gustatis sumere, similiter prælibans, dulcisque uini modicum super his bibens, malas deinde ex oleo & garo uinisque momento comedit. Hæc & de pisce non nihil, & suilla carne, ac aue. Ac denique quum secundo bibisset, paulum quid intermittens, austeris piris prandium inclusit. Tandem uero ad ambulationem prodimus: nec longè post aluus illi egregie soluta est. Quæ ubi conspexitsem, egi cum amico, ut postridie mihi conuiuia denuo esse ne grauaretur, utque penes me omne uictus arbitrium esse permitteret. Quo non agre impetrato, mox à balneo primæ mensæ pira induxi, cæteraque deinceps ordine quo erat assuetus. Quibus ita peractis non modo non abunde, sed ne mediocriter quidem desedit. Ipsi igitur obfuprefacto,

A pefacto, reique causam ex me scire gestienti, quæ nunc sequuntur, exposui. Quum ea, inquam, gari ac aliorum simul cum eo sumptorum sit natura, ut aluum subducant, huic iam ita ab illis preparata, adstringentia postremo iniecta, subductionis causa fiunt, maxime his qui stomacho sunt imbecilli. Nam hæc ipsa uentrem roborantia, concitantiaque, deorsum trudent in eo contenta. Hæc autem ut ita habere credas, facilius adduceris, si cras inchoato ab adstringentibus prandio, proxime illis carnes, ultimo ex oleo garoque fercula sumpseris. Minime gentium, inquit ille: nam si postremas cum oleo & garo malas essem, repente uomerem. Acu, inquam ego, rem tetigisti. Etenim hæc tum uentrem subuertunt, tum eius potissimum os, quod nunc ab omnibus trita uoce stomachus appellatur. Contra adstringentia ipsum firmant, atque corroborant. Ideoque si uentriculum alius quispiam humor percussat, ac labefactet, ut solet nonnullis flauabilis copiosius aceruata: aliquo adstringente degustato, qui ita affectus fuerit, illico infestantem humorem deorsum expellet. Sub hæc iuuenem quendam illi commonstrauit, qui paucis ante diebus purgationis gratia deuorato scammonia succo, quinque post sumptionem horis nihil dum potuerat excernere, sed stomacho angustis premis se, & uentris distentione pondereque torqueri dixerat: ac idcirco pallidus, anxius, inopsque animi, symptomata quibus oblidebatur, mihi indicare erat coactus. Proinde quam illi iuuenem sistebam, quænam sibi euissent relaturum: nempe ut postquam ego iussissem, aut mali, aut punici, aut piri frustulum mandere, ipse horum aliquo transglutito subito à molestis omnibus fuisset persanatus, uentre coaceruatum & in uniuersum multa uariaque extrudente. Quocirca tibi quoque rhetori, aiebam, quum adstringentibus cibo finem imponis, quoniam & stomachum, & uentrem totum nactus es imbecillum, idem scito usuuenire. At ille, nihil, inquit, uerius dixisti: quippe talis prorsus natura mihi est stomachus: facile à quibuslibet eueritur: atque ego à cibo austerum quid assumere tum præcipue soleo, quum illum uehementer supinum, & nausæ iam ferere proximum perentisco. Hic itaque qui mihi cum rhetore sermo intercessit, satis docere te poterit, his qui infirmo sunt stomacho, si adstringentium quippiam supermandant, aluum laxari.

De cotoneis & struthois malis.



Ximum quid hæc præ alijs malis possident: nam & magis adstringunt, & durabilem succum habent, si cocta cum melle asseruare quis cupiat. Alia breui fugiunt, succusque eorum repositus acescit, utpote frigidus, & humidis excrementis redundans. At nos medicamentum ex struthocorum malorum confectum succo, cibos auersantibus summopere expediens, non temere in propatulo expositum, sed diligenter custoditum, tandem aliquando exacto septennio inuenimus nulla prorsus qualitate immutatum. Circa autem os uasculi densa crustula concreuerat, qualis melli sæpenumero, & alijs quibusdam supernasci solet. Que nequaquam detrahenda erit, si aut mel, aut medicamentum citra immutationem quam diutissime cupias seruare. Atque hoc quidem obiter & extrarem dictum sit. Cuius porro gratia in mentionem non corrupti longo tempore medicaminis incidimus, id repetamus. Struthorum malorum succus perennare potest, ubi recte fuerit præparatus, quemadmodum & cotoneorum: uerum minus hic gulam oblectat, maximeque adstringit, ita ut huius quoque aliquando usus sit idoneus ad uentrem maiorem in modum dissolutum suo robori restituendum. In Iberia placens *μλοπλακόντα* uocata, edulium tam longæuum, ut nouæ patinæ tam componunt illo refertæ Romam usque perferantur. Conficitur autem ex melle, & carne [malorum] ad leuorem trita, atque una cum melle percocta. Nostrium uero medicamentum, quod tibi fastidio laborantibus dicatum est, non solo melle, & malorum succo constat, sed accipit præterea aliquantulum piperis albi, zingiberis, & aceti. Cæterum non est nunc huius enarrandi locus: nam alibi ad plenum de eo disseruimus.

Alia t Syria.

De piris, & punicis.

I quæ de malis diximus, omnia ad pira punicaque transferantur, nihil nouo alio super his sermone opus erit. Nam in ijs quoque alia aultera tantum, alia acerba apparent, ceu quedam acida, quedam dulcia, quedam denique ex horum permissione conflata. Sunt quæ nullam huiusmodi qualitatem exasperantem habent: quamobrem quum aquatici soluti que sint saporis, nulla roborandi ut pollebunt. Talis igitur omnino pirorum usus, qualis malorum. Punica, cætera illis consimilia sunt, nisi quod pistoria crusta oblita non assantur, nec in aqua aut uapore elixantur, succum ampliore quam mala pirarum continentia, gustuque gratiorem. Nonnunquam etiam magis iisdem fructibus comperitur prodesse cum ad alia quedam, tum ad eum affectum quem Hippocrates in secundo libro popularium morborum recitat, his uerbis: Mulier quadam est stomacho dolebat, nec consistere potuit, maloue leuari, prius quam punici succo polenta inspersa uteretur: quo solo semel duntaxat in die sumpto contenta mansit: nec uero similiter Charionis uxori euomuit. Liquec ergo mulierem ex eo quod prauis humoribus os uentriculi permaderet, ac fluctuaret, nausea & stomachi mordicatione uexatam fuisse. Id porro symptoma Hippocrates, & ueteres Græci per καρδιαλγην & καρδιώσσειν significabant: nam illis siomachus καρδια quoque dicebatur. Illum ergo humorem siccauit polenta: succus uero unâ sumptus uentriculum roborauit, ut possit humorem tunicis obhærentem excutere atque exturbare. Punica parcissime omnino corpus nutriunt, adeo ut nunquam illis tanquam cibis, sed ut medicamentis tantum utamur. At piris, præsertim quæ grandibus, quæ apud nos menata uocantur, aliqua alendi facultas donata est. Proinde selecta ea in tenues orbiculos siccataque reponunt. Quibus coctis per hyemem & uer famis tempore aliorum infirmorum ciborum uice uescuntur. Cæterum Græci punica ποία nuncupant. Attici priorem huius nominis syllabam frequentius abscidunt, Iones cum u proferunt: sed huiusmodi disceptatio uitæ mortalium nihil adferre commodi, quemadmodum nec illa de οὖρον, id est sorborum nomine, ut Græci nunc omnes uocitant. Verum Attici nostri cum u proferre nobis non permittunt. Hos igitur cum suis nominum speculationibus ac contentionibus missos facientes, siue cibus facultatem enarrabimus.

De mespilis, & sorbis.

Orum eadem quoque cum prædictis est ratio. Ambo enim adstringunt: sed multo fortius mespila quam sorba. Quam ob rem aluo fluenti in cibo ac comodoatissime exhibentur. Sorba maiore cum uoluptate sumuntur. Profructus namque nihil acerbi uti mespila obtinent: sed succus eorum citra acerbantem duntaxat austerus est. Illud porro neminem puto latere, hæc omnia parces, non affatim, ut ficus uuasque, esse comedenda. Nequaquam enim eis ut cibis, sed magis ut medicamentis egemus. Hæc nouisse longè tibi fuerit uulius, quam si primam huius disceptationis οὖρον syllabam a præcis Atheniensibus per o solum prolata scriptamque fuisse cognoscas.

De palmæ fructu.

Vnc fructum siue balanum phœnicos, id est glandem palmæ, siue arboris suæ nomine φοίνικας, id est palmas appelles, ut omnes iam Græci, nihil in ea gente refert: nec sanè quocumque modo appelletur, ad facultatis notitiam id obesse quicquam aut prodesse potest. Est autem non exigua in palmolis differentia. Alia namque sicca sunt, & adstringentes, ut ægypticæ: alia molles, humidæ, & dulces, ut caryotæ appellatae. Huius generis laudatissimæ nascuntur in Ierichone, quod Syriæ Palæstinæ oppidum est. Inter has mediæ censentur reliquæ omnes palmolæ: uerum cōcoctu difficiles sunt, capitique inferunt dolorem: alia alijs magis humidæ, & dulces, & sicca atque adstringentes. Sed definitis extremis, quæ cum in medio consistunt, faciles deprehensu erunt. Nulla ergo ex illis est quæ non dulce quiddam & adstringens respiciat. Nam & caryotæ leuiuscule constringunt, & thebaicis obstruunt

Ara quadam inest dulcedo. Dulcem porro succum alendo esse, austerum uero stomacho conuenire, & aluum retinere monstrauimus. Omnes palmulæ concoqui perti naces, capitique infestæ sunt liberalius ingestæ. Quædam morsionis quoque sensum ori uentriculi, quod & stomachum uocant, inducunt. Succus ex ijs in corpus digestus, crassius omnino est, cum quodam etiam lentore, ubi pingues fuerint palmulæ, ut caryotæ. Si autem huic succo dulcedo etiam commisceatur, celerimè iecur ab eo obstruitur. Quin inflammatione, aut duritia, quæ scirrus dicitur, idem uiscus tentatum, summopere ab illorum esu offenditur. Secundum iecur lien iniuriæ ac obstructioni patet. At multo sanè maximè uirides palmulæ per omnia nocentiores sunt paulo largius manducatae. Clarum autem est, dulces calidiore, adstringentes frigidiore succo præditas esse. Uirides præterea palmulæ inflationes pariunt, ueluti & ficus. Eadem namque harum ad alias est proportio, quæ ficuum ad caricas. Cæterum in regionibus non admodum calidis hi fructus ad plenam maturitatem nequeunt peruenire, ideoque nec reponi commode possunt. Quapropter uirides eos coacti ingerere, crudis inde aceratis succis, contumacibus rigoribus, quosque ægre calor expugnet, corripuntur, & iecoris obstructionem incurrunt.

De oliuis.

Perquam infirmam alimoniam oliuæ corpori præbent, maximè drupæ. Mandunt has frequentius homines cum pane. Sine pane autem halmades & colymbades uocant, ante alias epulas alui subducendæ causa cum garo sumuntur. Quemadmodum autem drupæ plurimum pinguis, ita hæc non parum adstringentis succi in se continent, ideoque stomachum corroborant, & cibi excitant cupidinem. In quem usum idoneæ etiam sunt quæ aceto reponuntur. Variæ eas apparant qui condimentariam seu obsonatricem artem exercent: cuius ipsius non planè rudem aut inexperum uelim esse medicum. Nam duorum ex æquo salubrium, quod suauitate præstat, minore item negotio concoquitur. Verum nunc tempus non est obsonatricis industriæ experimenta, aut artis præcepta tradere, proprius nanque ijs sermo dicatus est.

De nucibus.

Iuglandes nuce Græcè carya nunc ab omnibus uocantur: sunt tamen qui non simpliciter sic uelint appellare, sed basilica carya, id est regias nucec. Sunt & auellane nucec multo his minores, quæ gens ea idcirco leptocarya nuncupant, pontica ab alijs uocitata. Vtræque multo in usu sunt, quæuis haud multum nutriant. Valentiores sunt auellane quam iuglandes: nam densior strictiorque his est substantia, ac minus oleosa: contra iuglandi laxior uaniorque, cum multa pinguitudine. Est hæc adstringentis quoque qualitatis haud obscure particeps, quæ temporis processu marcescit interitque, degenerante tota eius substantia in pinguem succum, ut penitus cibo tandem fiat inidonea, quod ueteri oleo, suo pingui liquore persimilis appareat. Uiridis etiamnum atque humida, nec planè adstringentem qualitatem, nec oleosam repræsentat, sed est quodammodo qualitatis expers: quod æquosum, ut dixi, solemus appellare. Iuglans felicitius quam auellana concoquitur, & stomacho utilior est, multoque magis si unâ cum ficibus edatur. Prodiderunt plerique medicorum, si ambo hæc cum ruta ante alias dapes sumantur, hominem non magno opere à letalibus uenenis lædi posse. Constat item humidam deiectioni magis, aridas minus conuenire. Non pauci quoque cum garo iuglandes præmandunt, quod facilius uenter soluat. Ad hoc uirides aptiores sunt, utpote adstringentis minus qualitatis particeps. Quin aridarum quoque, ubi in aqua fuerint præmacerata, ceu nonnulli faciunt, similis ac uiridium uis habetur.

De amygdalis.

Nihil hæc prorsus adstrictoriae qualitatis sortita, sola extenuandi atque abstergendi ui pollet: cuius nomine uiscera expurgant, humorumque e pulmone ac thorace

C race excreatus moliantur ac promouent. Quædam ex ipsis tam exuperantem cras-
 forum ac glutinosorum humorum incidendi uim habent, ut cibo prorsum propter
 amaritudinem sint ineptæ. Quin & pinguis ac oleosæ qualitatibus participes sunt, uer-
 luti iuglandes: propter quam ipsas quoque longa dies oleosas facit, uti illas. Minus ta-
 men eis pinguitudinis inest, quam iuglandibus: quapropter non tam cito ac illas, ole-
 osæ apparent. Ex his liquidò constat, neque ad aluum soluendam eas idoneas esse, ne-
 que corpus ualde nutrire. Peramaræ ad facilem sanie ex thorace & pulmone expul-
 sionem, & crassorum humorum ac glutinosorum educationem mirifice conducunt.
 Est porro inutile quoddam genus hominum, tota uita uerborum aucupio, nec ulli
 præterea arti quæ humanæ uitæ ex usu sit, deditum, qui se Atticorum sectatores iacti-
 tant: ex ijs alij fructum hunc amygdalas genere feminino appellandum censent, a-
 lij neutro genere amygdala: id ipsum cuius tantopere studiosi sunt, nondum scien-
 tes, nempe utroque modo apud Atticos hæc nomina scripta inueniri.

De pistacijs.

Ascuntur hæc quidem circa magnam Alexandriam: sed longè uberius in
 Berræa oppido Syriæ: pauci nutrimenti, sed iecori cõsumando, ac liberan-
 dis ab infarcto humore eius uis non inutilia: subausteram namque & ama-
 riuiculam uim cum odorifera participant. Scimus porro alia item id genus
 multa esse iecinori perquam accommodata: ut in opere de simplicibus medicamen-
 tis ostendimus. Cæterum an stomacho noxia hæc, an utilia sint, nullum habeo cer-
 tum eius rei testimonium, quemadmodum nec an aluum ducant, an sistant.

De prunis.

Raro fructum hunc austerum, aut acidum, aut omnino iniucundum inue-
 nias, ubi exactam maturitatem fuerit assecutus. At prius quam eò perue-
 niat, nullus est ferme qui non aut acorem, aut acerbiteriam præ se ferat: est
 qui & amaritudinem. Proinde ex hoc fructu minimum alimenti corpus
 capessit. Verum quum humectare & refrigerare mediocriter uentrem statuemus,
 accommodus erit: quem subducere etiam ualet; humiditatis ac lentoris sui gratia,
 ceu alia quædam ante à nobis tradita. Prunis porro æque ac ficibus concessum est,
 ut uel exiccata utilia permaneant. Damascenis à Damasco Syriæ monte, in quo na-
 scuntur, appellatis, prima laus bonitatis magna hominum opinione defertur. Proxi-
 ma ijs quæ in Iberia & Hispania proueniunt. Verum hæc nullam adstringendi uim
 representant, damascena quædam sanè quàm præclaram. Probatissima in his sunt
 quæ cum mediocri constrictione, ampla laxa sunt. At parua, dura, acerbata, & in
 cibo permolesta, & uentri mouendo inidonea sunt: cui officio iberica maxime con-
 ueniunt. In melicrato mellitiore decocta, abunde molliunt, etiamsi sola comedan-
 tur, & multò magis si melicratum ipsum subsorbentur. Perspicuum uero est, si uinum
 dulce post assumptionem superbibatur, siquæ prandium non statim, sed aliquanto post
 interuallo inchoetur, id ad alui solutionem profuturum. Quæ communia omnium
 laxantium præcepta meminisse oportet, ceu & alia quæ de pluribus speciebus com-
 munitè dicuntur, ne identidem quæque de iisdem repetenda sint.

De fructu quem serica Græci uocant.

E his quidem quid ad tuendam sanitatem morbos uel profligandos uia-
 leant, testis esse possum. Nam ab insolentibus & effrenatis pueris ac mu-
 lierculis cibo duntaxat appetuntur. Imbecillissima sunt, & difficillime co-
 coquuntur: cumque hoc, stomacho inutilia sunt. Sed ipsa scilicet exigua
 etiam corporibus dant alimentum.

De ceratijs.

De ceratijs, id est siliquis.

Eratia per t litera scripta atque prolata tertia syllaba, nihil cum cerasijs per s
 scriptis habent similitudinis. Lignosus namque est hic fructus, & in cibo pra-
 ui succi, necessario etiam concoctu difficilis. Nullum namque lignosum facile
 conficitur. Præterea ob tardam secessionem non parum huic mali accedit:
 adeo satius fuerat ne transferre quidem ad nos ex orientalibus locis, in quibus nascit.

De cappare.

Apparis ex fruticum genere stirps est. Plurima in Cypro nascitur: præ-
 tenuibus constat partibus: proinde minimum ex ea alimonie in uescen-
 tium corpora digerit, ut & ex alijs omnibus quæ tenuia consistunt. Me-
 dicinis quàm cibo familiarior est huius platur fructus. Importatur ad nos
 etiam sale conspersus, quia solus asseruatus putrescit. Clarum ergo est uiridem etiam
 num antequam sale condiatur, plus habere nutrimenti: nam ex salitura permultum
 eius amittit: neque sal abluatur, prorsus haud quicquam nutriet: aluum tamen subdu-
 cet. Verum ablutus & demaceratus, donec omnem salis naturam exuat, ut minimi
 sanè alimenti cibus est, ita obsonium & medicamentum cum ad excitandum prostra-
 tum appetitum, tum ad deradendam desciendamque pituitam uentri adhærescentem
 accommodatum erit, ac denique ad lienis iecorisque amolendas obstructions. Verum
 in hos usus cum oxymelite aut oxelæo ante alias omnes dapes sumi oportet. Tenel-
 lis porro capparibus germinibus homines ut terebinthi turionibus uescuntur: quumque
 adhuc uiuent, in oxhalme & aceto non secus atque hos reponunt.

De sycomoro.

In Alexandria sycomoræ plantam unam cum fructu conspexi, qui parue
 candida que ficui persimilis est. Nulla hic fructus acritudine constat, per-
 exigue dulcedinis particeps: facultate ad humidius frigidiusque non nihil
 declinat, ueluti mora: quinimo inter mora ac ficus hunc non temere me-
 diu quis ponat: atque hinc mihi nomē inuenisse uidetur. Deridiculi namque sunt qui ex
 eo fructum hunc sycomorum appellatum dicunt, quod paruis ficibus assimiletur.
 Alia porro huic nascendi ratio data est, quàm cæteris arboreis fructibus: haud enim
 ex primoribus ramulis ac germinibus, sed à prægradibus ramis caudiceque producit.

De persea.

Anc quoque stirpem in Alexandria uidimus: quæ ipsa etiam magnis arbori-
 bus est annueranda. Tradunt huius apud Persas fructum tantæ perni-
 ciei esse, ut edentes interimat: in Aegyptum uero translatum, in esculentum
 mitescere, & pirorum malorumque modo, cum quibus & magnitudine
 conuenit, esitari.

De citrio.

Thunc fructum Medicum malum appellant, qui id student, ut à nemi-
 ne intelligantur: quanquam inter præcipuas orationis dotes numerant
 perspicuitatem. Cæterum præstiterat quàm istiusmodi curiosè persequi,
 quas uires citri partes, quidque ad uitam humanam utile habeant, inquit-
 siuile: id quod ego nunc sum facturus. Ergo tres huius fructus sunt partes, nempe
 acidus in medio succus: & quod hunc ambit quasi ipsius caro: tertio tegmen forinse-
 cus circumdatum. Quod utique odoris gratia ac suauitate commendatur, non olfactu
 tantum, uerum etiam gustu. Verum quum durum, callosum, coarctatumque sit, merito dif-
 ficulter quoque conficitur. Si quis tamen ut medicina utatur, concoctionem non nihil
 adiuuabit, ceu alia multa acri qualitate constantia. Eadem ratione stomachum fulciet
 modice sumptum: ideoque contusum expresso succo medicamentis misceri solet, que
 ad laxandam aluum, aut uniuersum corpus purgandum deuorantur. Aridam uero

C & cibo inutilem fructus partem, in qua semen continetur, quum ad alia quaedam usurpant, tum frequenter in defectum, inersq; acetum, ut acius reddatur inijciunt. Quod inter hæc duo medium est, corpori uidelicet alendo dicatum, citra acoris aut acrimoniae intellectum, duritie sua concoctu perucax est. Quare cum aceto & garo omnes id assumunt, saporis socordiam ac fatuitatem acueri uolentes: fortasse uero ea quoq; de causa, quoniam ita mansum facilius perfici norunt, aut ipsa experientia edocti, aut à medicis prius commonefacti.

De agrestium plantarum fructibus, in quibus & robuste & glandes numerantur.

Syluestres plantas omnes homines uocare solent, quæ passim in aruis campisq; citra ullam agriculturalum curam sponte sua proueniunt: ceu utiq; & syluestres uites nominantur, quæ nullam repastinantis, sarrientis, aut pampinantis, aliam ue uinitoris operam requirunt. Ex harum plantarum genere est fagus, quercus, ilex, cornus, arbutus, aliæq; huiusmodi arbores, quemadmodum & fructes nonnulli, ut puta rubus, sentis canis, acherdus, achras, & syluestris prunus: in Asia *περσικον* uocatur: atq; is qui fert epimelidas, quem unedonem Italiæ rura appellant. Huius fructus fructus stomacho capitiq; infestus, & magnopere acerbus est, cum breui quadam dulcedine. Ergo corna, glandes, memecyla (is arbuti fructus est) rustici in cibario usu sunt: aliarum arborum fructumq; perraro fructus edunt. Veruntamen quum aliquando fame terra obsideretur, apud Syros autem abunde glandes quernæq; lignæq; prouenissent, rustici eas recondentes, tota hyeme, ipsoq; ueris initio pro frumentaceis esculentis abutebantur: quas ante te sanè porcis obicere soliti erant. At tum à consuetudine illa pascendorum hyemino tempore porcorum ob annonæ caritatem auersi, incunte hyeme eos mactabant, ut rem cibariam adiuuarent. Tandem uero ad glandes siccas uentum est: quas cotice detracto, alio aliâs modo apte in cibum præparabant, nunc in aqua decoquentes, nunc calidis cineribus obrutas tectasq; mediocriter assantes. Rursum aliquando ex fractis molitisq; pulmentum, emos uocatum, instituentes: quod modò sola aqua coepergebant, superiniecto aliquo condimento: modò melle perfundebant, aut cum lacte coquebant. Glandium porro nutrimentum copiosum est, nequaquam simile ijs quæ hæcenus secundo hoc libro enarrauimus. Siquidem hæc cum multis frumentaceis in alendo certare queant. Ac antiquitus profectò, ut aiunt, mortales ijs solis uicibatant: Arcades uero ad multum etiam tempus, quum reliqui omnes Græci ad cereales fruges iam essent conuersi, Alimonia harum ægre permeat, & uitiosum succum parit: ad quæ consequitur, ipsi quoq; concoctioni rebellem esse. [Ligna glandis] ad omnia deterior querna habetur, ceu ipsa quoq; uocatis castaneis. Istæ namq; inter omnes glandes principatum tenent: nonnulli lopimos nuncupant: solæq; agrestium fructuum alimentum memorabile corporibus præbet. Etenim corna, brabyla, memecyla, ziziphia, diospyra, seu louis flamma, alycacaba, item rubi, canis sentis, terebinthi, acherdiq; fructus, & quæcunq; istiusmodi sunt, ut aliquantulam nutriendi uim habent, ita prauo quoq; humore plena sunt omnia. Quædam etiam ex ipsis stomacho inimica sunt, & ingrata gustui, suumq; elcis, earumq; non domesticarum, sed in montibus degentium, dicata: ut quæ ex ijs ualentissimum capebant alimentum.

De alimonia ipsarum plantarum.

Plantarum non seminibus tantum fructibusq; uescimur, uerum & ipsas sæpenumero totas, sæpe etiam radices aut turiones, aut nouella germina, prout suadet singulorum usus, esitamus. Noltrates ergo homines, raparum, quas & buniadas dicunt, caulem foliaq; soliti abijcere, nonnunquam ijs quoq; in cibo meliorum inopia coacti abutuntur. Sic item & radiculis, & quæ ueracacula lingua rapia uocamus. Est autem, ut ita dicam, syluestris radícula hæc planta. Quin & pyrethrum, & sium, & equapium, & fœniculum, & scandicem, cichorium, chondrilam,

A chondrilam, gingidium, daucum, ac complurium arborum fructumq; tenella germina decocta homines comedunt haud raro fame publica coacti. Quædam uel extra famem, ceu nonnulli palmæ summum, quod ipsius cerebrum uocatur. Quid insuper de teneris spinis attinet dicere: Nam ipse profectò extra famem etiam cum acetogaroq; sumptæ in cibo, non sunt aspernandæ. Superindunt aliqui & olcum, præsertim quum in aqua prius fuerint seruata. Duplici namq; modo, sæpenumero cruciæ, aliquando coctæ manduntur. Voco autem spinosas plantas carduum, colum rusticam, eryngium, cnicum, atragida, & appellatam leucacanthum, item chamæleontis alteram speciem. Quorum nonnulla agricolæ aceto aut muria inijciantes recondunt, quemadmodum & rapas, & cepas, & quæ uocantur ampeloprasa, pyrethrumq;, & alia istiusmodi. Huius quodammodo generis sunt ciboria, colocasia, & quod abaton nominatur. Constat autem, hæc omnia, præterquam quod exiguam corpori alimonia præbent, prauum quoque succi esse. Quædam præterea stomacho inutilia sunt, spinis, ut dixi, exceptis modò terra prodeuntibus. Quæcunq; uero aceto, aut muria iniecta conduntur, ac in totum sequentem annum asseruantur, adsciscunt ex ipsa præparatione incitandi appetitus facultatem, si modicè quis degustet, ceu ipsi uiticis terebinthiq; turiones. Hæc itaq; inter syluestres plantas connumerantur, ac id in commune de ipsis nouisse suffecerit, omnia uitioso succo constare. Satiuorum uero non communem aliquam rationem, sed propriam singulorum uirtutem pernouisse longè optimum fuerit, potissimumq; si qua in assiduo usu habentur, quæ ob id ipsum ab hominibus expetunt, longa experientia compertum habentibus, alijs ea esse præstantiora. Itaq; deinceps de his sum scripturus, sumpto ab oleribus initio.

De lactuca.

Lerique medicorum reliquis omnibus hoc olus, ceu ficus autumnalibus fructibus, prætulerunt. Nam inter ipsa aliud melioris succi non inuenias. Quod porro nonnulli uitio uertunt, id in præcipuam ei laudem cedit: & si ita se re uera haberet, non modò nulli olerum, sed ne optimi quidem succi ac ualentissimi cibi edulsi esset secundum. Nempe sanguinem aiunt generare: quidam non simpliciter sanguinem, sed multum quoque sanguinem gignere lactucam clamant. Verum hi tamen prudentius obijciat, longius tamen alijs à uero abest: quanquam hoc ipsum, puta multum sanguinem procreare, non est quod merito quis damnet. Constat enim, huiusmodi edulium laudatissimi succi censendum esse, quod plurimum quidem sanguinis, aliorum uero succorum nullum producere sit comparatum. Si uero quia permultum ex lactuca sanguinis congeratur, idcirco damnandam eam censeant, facillimè huic malo occurrere potest: quippe quum uescientibus & liberalius exerceri, & ea parcius uti integrum sit. Hæc ergo aduersus temerarios oleris huius insectatores dixisse sufficiat. Illud porro nouisse expediat, cum ijs nimirum alijs oleribus paucissimum sanguinem & uitiosum generantibus, ex sola lactuca non multum quidem, nec uitiosum, haud tamen omni ex parte laudabilem gigni. Vt plurimum cruda ipsa uescuntur. Aestate autem, quum in semen iam proruptura est, in aqua dulci præcoquens, cum oleo, garo & aceto assumunt, aut cum aliquo ex condimentis, obsonijs ue, præsertim ijs quæ caseo constant. Plerique etiam antequam excalescat, in aqua elixa utuntur: uti ego iam facio, ex quo dentes mihi deteriores esse cœperunt. Nam amicus quidam meus, quum olere hoc à longo tempore me ut familiari cibo usum fuisse sciret, uideretque post mandam me citra magnam molestiam non posse, cocturæ rationem indicauit. Etenim in iuuentute, quoniam assiduo os uentriculi bile efferuescebat, æstus moderandi gratia lactucas esitabam. Quum autem ad prouectam ætatem peruenissem, olus hoc, contra quam in iuuentute, somnum iam studio accersenti mihi, auxilio fuit: Quippe qui etiamnum iuuenis lucubranda gratia uigilijs dedita opera me assuefecerã, declinante iam ætate, ipsa ex se in somni, grauius hoc incommodo molestabar. Aduersus

C quod unicum mihi presentissimum remedium lactuca uespere comanducata semper fuit. Græce porro hæc thridacine, & uulgo nunc ab omnibus thridax nominatur. Est & aliud quoddam syluestre olus thridacines nomen gerens: nascitur id in uis passim, & sepulchrorum cacuminibus, amœnioribusque locis, quæ Græce libades appellantur: præterea non confitis, inculsisque. Est item perpusillū, instar hortensis lactucæ modo exortæ. Quin & paululum quid amaritudinis præ se fert, eamque in dies euidentiorem pro incrementi ratione, ut emissio caule perquam manifeste eam liceat percipere. Est & aliud syluestre olus lactucæ non absimile, quod chondrila nuncupatur maturius procaulescens, illoque amarius, glutinosum quendam liquorem albumque, similem ei qui ex thymalis manat, continens: haud tamen simili acrimonia constat, eo nonnunquam ad palpebrarum agglutinandos pilos utimur. Hæc itaque olera ad hortensium discrimen syluestria sunt appellata. De hortensi uero lactuca, quæ trito nomine thridax Græce uocatur, summam quæ dicta sunt repetam, quod memoriae tenacius inhereant. Frigidum ergo humidumque succum profert, haudquaquam tamen noxium. Itaque sicut alia olera, iusta concoctione non excidit, neque aluum cohibet, ut neque impellit. Atque hæc illi non immerito accidunt, quum nec austera, nec acerbata, quibus auxilijs in uniuersum aluus sistitur: quæadmodum a falsis, acribus, & omnino abstergendi uim habentibus ad excretionem concitatur: quorum nihil lactucæ inheret.

De feri, hoc est intybo.

A Nintybos à Romanis uocatos, seres tantummodo ueteres Attici appellarint, an & alias quasdam agrestes plantas, non plane ausum asserere. Seris cum lactuca consimilis est facultatis, suauitate inferior, aliisque quæ de lactuca perhibuimus.

De malua.

D St & ab hac hortensi alia quædam syluestris malua, ceu in lactuca thridacinem esse diximus. Inter uero has congeneres plantas id est discriminis, nempe quod siciora sint syluestria, satia humidiora. Permissum quoque est maluæ succo aliquid glutinis, quo lactuca caruit. A refrigerandi facultate manifeste abest, ut ante sumptionem, etiamsi ex ambobus uicissim oleribus cataplasma ad calidum quempiam affectum, quale est erysipelas, componas, cernere licet: id quod facitare homines consueuerunt, molliuscula folia perquam diligenter tundentes, donec ad leuorem exactissimum redacta sint. Tum namque cognoscens lactucam manifestò refrigerare, maluam uero modicum, & quasi tepidum quendam calorem obtinere. Facile hoc olus deorsum labitur, non tantum quia humidum est, sed etiam quia glutinosum, præcipue quum oleum garumque affatum una hauritur. Ad *concoctionem mediocriter se habet. Si horum trium olerum, betæ inquam, maluæ, & lactucæ succos inter se compares, tenuis & absterforius betæ, maluæ crassior lentiorque, lactucæ in utriusque medio statuetur.

De beta.

L Quidem non satiuam solum maluam, sed agrestem quandam etiam inueniri perhibuimus, quemadmodum & lactucam. At agrestem betam nullam nouimus, nisi utique lapathum sic quispiam arbitretur nominandum. Betæ absterforius inesse succus conspicitur: adeo ut aluum ad excretionem extimulet, & nonnunquam stomachum demordeat, præsertim ijs quibus sensilior is obrigit: eoque largius commansa stomachum infestat. Huius ceu aliorum olerum, exigua est alimonia. Iecoris obstructionibus, quam maluam, aptius ac commodatur: magis autem ubi cum sinapi estur, aut aceto. Lienosos item similiter sumeducata mirifice iuuat. Adeo medicamentum iustius quam cibus hoc modo sumpta censeatur. Videoque homines huiusmodi omnia pro obsonijs, non ebarijs esse, ceu aliquando porrum, pulegium, thymum, origanum, cepe, allium, nasturtium, & alia quæcunque huius sunt generis,

De brassica.

De brassica.

B Brassica quoque à multis ut obsonium estur: medici ut desiccante medicamento ea utuntur. Diximus de hac quædam quum de facultatibus medicamentorum ageremus, ut in præcedente item uolumine: quæ nunc summam perstringemus. Ergo brassicæ succus purgandi uim quandam obtinet: contra solidum eius corpus siccitatis ratione cohibere magis quam incitare deiectionem potest. Proinde quum expellere alui excrementa propositum erit, alieno in quo elixa una cum aqua fuit, propius admoto, ipsam eximere cõfestim, uasculoque in quo paratur, oleum cum garo iniicere oportebit. Si salem pro garo sumas, nihil reforet. At humentem aluum siccare uolentes, quum mediocriter bullisse uidebitur, priore aqua effusa repente aliam calentem iniicimus, ac ita rursus in ea discoquimus usque dum tenera flaccidaque euaserit: uentris subductione proposita, minime discoquentes. Tum enim non omni proprio succo spoliare eam intendimus, sed quantum maxime licet, seruare: quandoquidem quicquid elixatur, proprium succum omnino quidem retinere non potest: quæ tamen amplius decoquantur, plus eius amittunt. Quinetiam lentem brassicæ modo parandam esse retulimus, & utrunque olus siue mul uentrem ducere posse, ac sistere. Vocatur autem hoc modo parata siue brassica, siue lens, disephtios, id est recocta. Item cepa, porrum, multoque magis ampeloprasum, & allium, adeoque quicquid a uetere natura ad aliam contrariam ducere tentas, hoc modo apparatus: illius ante omnia memor, quod neque aere, neque frigida aqua tangi debet quod coquitur: haud enim unquam postea tenerescere poterit, etiamsi diutissime percoquatur. Verum oportet, uelut modo diximus, feruentem aquam paratam habere, in eamque ilico id quod priori exemisti, iniicere. Ad hæc equo inter se modo brassica ac lens siccant: ideoque usum reddunt hebetiore, nisi oculus totus præternaturam humidior sit. Caterum lens haud exiguum corpori alimentum præbet, idemque crassum ac melancholicum. Brassica lente & infirmior est, & humidior: quippe quæ non solidæ substantiæ, sed fungosæ sit cibus: quanquam nec laudabilem succum uti lactuca ingenerat, quum eum noxium habeat & graue olentem. De ea porro an ad urinam prouocandam eximie cõferat, an officiat, nihil certi possum perhibere. Verum hoc olus peruersissimè fucataque doctrinæ sectatores raphanum appellandum censent: quasi iam cum Atheniensibus qui sexcentis ante nos annis uixerunt, non cum nostræ tempestatis Græcis nobis sermo sit habendus, quibus omnibus consuetudo est, dictam iam plantam, cramben, id est brassicam nuncupare.

De atriplice & blito.

A Quosiora sunt hæc inter olera, ac uti quis non absurde dixerit, qualitatis expertia, & insipida, magis etiam quam cucurbita, aut omnino certe non minus, quum uidelicet elixa fuerint. Nam ex huiusmodi oleribus sola lactuca utriusque modo estur. Qui porro atriplicis blitiisque gustabilem qualitatem intelligit, brassicæque saporis commeminit, lactucam in brassicæ ac horum olerum medio esse non dissitebitur. Siquidem illa egregie desiccata, hæc contra planè humida aquosaque sunt: quapropter non ex solo oleo garoque, sed addito aceto sapius meliusque assumuntur. Alias namque stomacho infesta sunt. Diximus autem istiusmodi olera non nihil ad leuigandam aluum momenti afferre, maxime si cum humiditate glutinosam lubricitatem sortita sint. Verum id ipsum perquam exiguum est: quoniam nulla ipsis acris nitrosæ adest qualitas, quæ aluum ad excretionem possit irritare. Liqueat etiam quod minima ab ipsis alimonia in corpus dimanet.

De portulaca.

L Ac quidam in cibo utuntur, sed imbecillum præbet alimonia, eamque humidam, frigidam, & glutinosam. Ut medicamentum, dentium stupori medetur, ob lentorem suum mordere nescium: de ea fusius in opere de facile parabilibus sumus locuti.

De lapatho, id est rumice.

Rumicem, uti ante diximus, sylue est: cum betam possit quis appellare: quum non gustu solum, uerum etiam facultate hortensi betæ persimilis sit. Quoniam autem beta aliquanto iucundior est rumice, idcirco ea magis homines uescuntur. Quare nec nos quoque prolixius hic de rumice scribere oportet, quum in beta omnia ad rem facientia exposuerimus.

De oxylapatho.

Vel ex nomine ipso huius herbe tum qualitate, tum uim conijcias: est namque rumex acutus. Et crudum sanè rumicem, uti nec betam, edere neino sustineat: oxylapathum uero rustice mulieres absurdo quodam appetitu, quam cittam uocant, laborantes, sicut & insolentes quidam ac curiosi pueri, esitant. Clarum quoque est, hoc olus magis quam rumicem meritum esse, ut ceu nullius alimenti damnetur.

De strychno, id est solano.

Inter olera que edendo sunt, haud aliud noui quod adeo ut solanus adstringat. Quamobrem non immerito crebro eo in medicinis, raro in cibis utimur. Ergo omnibus adstringi simul ac refrigerari postulantibus efficaciter adhibetur: sed leuissime corpus alit.

De aculeatis plantis.

Miusmodi plantas e terra modo exortas prius quam folia spinis asperentur, plerique rustici mandunt, non tantum crudas, sed etiam in aqua coctas: crudas garo acetoque immergentes, coctas oleo insuper ungentes. Diximus iam ante, olera omnia leuissimum alimentum, & humidum ac tenue exhibere. Aculeata stomacho mediocriter profunt. In hoc genere plantarum est carduus, colus rustica, & uocata leucacantha, labrum ueneris, cnicus, tragacantha, atque gis, & quæ pluris quam pro merito penditur cinara.

De cinara.

Qui porro usitata ac trita despiciunt, per y primam syllabam, non per i, cinaram proferunt. Præui succi esca est, præcipue quum durior iam euascentum enim biliosi humoris copia abundat, totaque eius substantia ad ligni magis naturam degenerat, adeo ut ex ipsa melancholicus, ex succo tenuis & biliosus humor producat. Proinde coctam edere præstiterit unâ cum coriandro, si ex oleo garo, uinoque sumatur: si in patina aut sartagine præparetur, coriandri ne addito. Plerique enim sic eius ueluti cacumina comedunt, spondylos ea nominantes.

De apio, equapio, sio, smyrnio, quod Romani olus atrum uocant.

Mnia hæc urinæ ciendæ potestatem habent. Apium inter cætera familiarissimum est, & ori stomachoque gratissimum. Equapium & sium insuauiora. Nam smyrnium insuauitate caret: ideoque Romæ plurimum uenditur: acrius longe calidiusque quam apium: quin & aliquam odoris uim habet: quapropter & apio sioque efficacius urinam mouet. Ad hæc mulieribus menses pro- uocat. Veris tempore caulem producit, qui crudus edendo est, haud aliter quam folia: quæ sola per hyemem citra caulem retinet, sicut & apium. Tandem uero caule accedente, tota planta iucundior redditur, siue cruda, siue cocta edatur, siue ex oleo & garo, siue uinum, siue acetum libeat adijcere. Nonnulli cum aceto & garo tantum edunt, ueluti apium: alij paululum affundunt olei. Sium & equapium non nisi cocta sumuntur: utrumque enim insuaue, si crudum edatur, apparet. Sunt uero etiam qui apium smyrniumque lactuca iungentes folijs, ita esitent. Etenim quum lactuca insipida & fatua quæpiam res sit, præterea frigidi succi, gratius commodiusque cum acrum aliquo assumitur. Hæc ergo de causa quidam etiam eruca porrique folia ipsi admiscunt.

Admiscunt. Sunt qui & ocymi. Quod porro nos synonymum, Romæ nunc passim ab omnibus non hoc nomine, sed olus atrum appellatur. Et fortasse quis iam omnino ne numerandum quidem inter alimenta ipsum censeat, uti nec sium, nec equapium, quum sint huiusmodi omnia ciborum obsonia duntaxat, quemadmodum & cepa, & allium, & porrum, & ampeloprasum, & simpliciter omnia acra. Ad hoc genus pertinent ruta, hyssopum, origanum, fœniculum, coriandrum: de quibus in commentarijs obsonatorijs tractatur, qui ad medicos quodammodo ac cocos communiter quidem illi spectant, proprius tamen utriusque finis est ac propositum. Siquidem nos ut pro- sint cibi in primis, non ut delectent curamus: & uoluptatem si quando quærimus, uti- litati eam cogimus seruire. Nam in nonnullis magnum ad cruditatem momentum affert edendi insuauitas: ideoque modice talia condire satius fuerit. Cocorum uero lau- titias atque cupedias prauis apparatus instructas, ut uulgo passim utuntur, cruditas magis quam laudabilis concoctio excipere consueuit.

De eruca.

Lus hoc perquam manifeste excalfacit, adeo ut non facile solum absque iun- ctis lactucæ folijs edatur: nam ita nimio feruori par frigus admistum, tem- peramentum æquat. Quinetiam genitale semen augere creditur, & in ue- nerem stimulos addere. Caput magis, si solum edatur, inuadet.

De urtica, quæ & acalyphe, & cnide dicitur.

Syluestrium herbarum hæc quoque una habetur, tenuibus partibus con- stans. Quapropter ut cibus a nemine sumi meretur, nisi perquam immen- sa fames eo compellat. Ut obsonium & medicamentum aluum ducens conuenienter accipitur.

De gingidio & scandice.

Rurimum in Syria gingidium nascitur: estur scandicis apud nos modo. Stomacho mire utile, siue crudum, siue elixum libeat sumere. Longioris decoctionis impatiens est. Nonnulli ipsum ex oleo garoque esitant. Alij uti- num etiam aut acetum adijciunt: ac multo sic magis stomacho conducit. Cum aceto sumptum, fastidiosos ad cibum inuitat. Perspicuum uero est, hanc quo- que herbam medicinæ magis conuenire: quippe quæ & adstrictionis, & amaritudinis non obscuræ, nec exiguæ particeps sit.

De ocymo.

Perique hoc etiam ut obsonio utuntur, ex oleo garoque esitantes. Succo mi- nus commendatur. Admentuntur ob hoc quidam, si tritum fictili nouo inditum operiatur, citissime intra paucos dies, præsertim soli expositum, scor- piones gignere. Sed hoc sanè a uero abest. Id porro uerissime de eo dixeris, nempe & stomacho inimicum, & pertinax concoctu, prauisque succi olusculum esse.

De fœniculo.

Sua nonnunquam sponte fœniculum prouenit, ceu & anethum. Seritur & in hortis. In condimentis assiduus anethi usus, fœniculi uero & in obso- nijs. Apud nos enim hoc reponunt, non secus ac pyrethrum & terebin- thum condientes, ut in totum annum usui sit, quemadmodum & cepas & rapas, & alia huiusmodi quædam in solo aceto, alia in oxhalme asseruantes.

De asparagis.

Nper ph, an p, secunda asparagi syllaba sit proferenda, ut nunc Græcis omnibus mos est, minime iam nobis contemplanandum proposuimus. Haud enim atticarum uocularum captatoribus, sed bonæ ualitudinis curam ha- bentibus hæc conscribuntur. Et profecto quod ad hanc rem pertinet, hi Platonis neque libros, neque mentem nosse aut intelligere uidentur. Quoniam qui-

C dem igitur omnes ferme Græci teneros coliculos, quæ ad fructus seminisque eruptionem increuerunt, asparagos per littera sonant, illorum ego uirtutes prosequar, permit- tens unicuique utentem ut libuerit appellare. Sunt ergo in oleribus ac plantis permulta quæ huiusmodi coliculos seu germina producunt: attamen non omnia in cibo usantur: ideoque de ijs tantum quæ usitatiora sunt, sermonem sum habiturus, ceu hactenus in ante dictis fecimus. Itaque brassicæ tenerior delicatiorque coliculus (cyma id quidam uocant, per contractionem, ut opinor, nominis trissyllabi cyema) ipsa minus brassica siccatur: quanquam aliorum olerum asparagi ut plurimum ipsa planta siccioris sunt temperaturæ, maximèque quæ iam propè est ut in semen prorumpant. Alia porro olera dico non quæuis, sed lactucam, atriplicem, blitum, betam, malua: quum contra raphani, rapæ, sinapis, nasturtij, pyrethri, ac omnium ferè calidorum acrumque asparagus humidior esse comperitur. Ad hæc autem bulbus quoque, apium, sium, cruceca, ocymum, oxylapathum, rumex, omnesque oleracei generis herbarum, huiusmodi coliculum ante seminis emissionem edunt: qui parto iam semine arefcit, & cibo inutilis redditur. Id autem generis omnia in aqua feruefacta, cum oleo & garo esitantur, adiecta exigua aceti portiuncula. Ita enim & suauiora, & stomacho gratiora sunt. Cæterum corpori alimentum ista nec amplum, nec boni succi præstant.

De alio asparagorum genere.

Est aliud asparagorum genus, quod in fruticosis plantis provenit, oxymyrtsine, chamædaphne, & oxyacantha. Insuper asparagorum alius regius in hortis nascens, alius helios, id est palustris appellatur, ceu alius ab ijs qui à brionia oritur. Omnes stomacho accepti sunt, & urinales, paucique alimenti. Atque hi, si quidem probe concoquantur, olerum asparagis magis alunt: nimirum quanto illis sunt sicciores. Cæterum inter fruticum arborumque germinum similitudo quædam est: haud planè tamen eadem esse dicenda sunt. Quippe in arboribus magis ea lignosa conspiciuntur. Quare seorsum de ijs exinde dicendum est.

De turionibus, seu germinibus.

Arborum fruticumque turiones olerum asparagis proportionem respondentium sunt enim hi quoque progerminationes quædam totius stirpis ad seminis generationem prorumpentis. In hoc autem dissident, quod arborum caudex, qui cum olerum herbarumque caule proportionem gerit, perennet: horum caulis annuus existat. Cuncta porro arborum fruticumque germina in aqua decocta, edendo sunt, quibusdam exceptis, quæ aut ori ingrata, aut medicamentosa sentiuntur. Haud tamen prioribus illis homines uescuntur, ob aliorum esculentorum longè præstantiorum affluentiam. Quum uero famis publicæ diu uiget necessitas, ad horum cibos confugiunt. Quodam namque modo hæc etiam nutriunt si belle conficiantur. In hoc genere probatiora sunt quæ ex terebintho, uirice, uirte, lentisco, rubo, sentesque canina prodeunt. Apud nos in acetum aut oxhalmen terebinthi turiones coniecti, in domesticos usus asseruantur.

De differentia quæ in plantarum, quæ edendo sunt, partibus conspiciuntur.

Idem uera esse in primis optarim quæ Mnesitheus in libro de alimentis scripta reliquit. Nam publici ac uniuersales sermones ut cum ueritate multa breuibus docere, ita citra hanc magnopere obesse confueuerunt. Quæ porro generatim de plantarum partibus Mnesitheus prodidit, habent in hunc modum. Primum ergo radices omnes concoctu difficiles, turbatricesque sunt, uelut raphanus, allium, cepa, rapum, & reliqua id genus. Quorum cunque enim radix, quodque proxime terram nascitur, edendo est, omnia eiusmodi eorum numerum quæ concoctioni resistunt, demigrant. Ita namque comparatum est, ut alimenta ex radicibus in omnes plantarum partes diffundantur. Ex quo fit ut radices multum in sese humiditatis colligant: quam magna ex parte crudam habere necesse

A necesse est. Siquidem fieri nequit ut omnis ea penitus in ijs concoquatur. Quod enim concoctum est, perfectum esse uidetur. At in radicibus contentus humor, alibi per se etiam concoctionem assequatur oportet, per singulas nimirum plantarum partes digestus. Cuncta namque à radice alimentum trahunt: quare necesse est crudos indidem humores consistere. Illic enim collecti, sinem concoctionis quæ in superioribus fit partibus, operiuntur. Itaque in radicibus consentaneum est permultum crudæ & inconfectæ humiditatis contineri. Merito ergo in nostris quoque corporibus humida ab ijs & turbatoria relinquuntur alimonia. Hæc est Mnesitheus oratio, uerbo quidem tenuis ueri speciem præ se ferens, sed experientia iudice falsitatis damnanda. Etenim raphani radix caule suo folijsque multo acrior est, ceu cepæ, ampeloprasii, porri, & alij. Quin si betæ, maluæ, rapicque radicem unam cum folijs conferre libeat, fortiorè in ea uirtutem deprehendes: uelut in altheæ quoque radice, quæ agrestis quædam malua esse uidetur. Ipsius ergo radix, sicut & betæ, uim suam palam exeret, nempe complures inflammatos tumores discutens: quod folia sanè præstare non queant. Quinetiam in medicamentosis plantis quæcunque radices iam dictis similes habet, ipsis radicibus folia sunt imbecilliora, ut in cyclamino, scylla, aro, dracontio, alijsque quamplurimis. Quemadmodum enim alijs in plantis maxima substantiæ pars ad caulem caudicemque conuertitur, ita in ijs ad radicem: hancque earum natura præcipue educat, auget, ac enutrit: quodque in ea minus probe fuerit elaboratum, in folia caulesque secernit. Proinde hæc in ipsa etiam hyeme magnam radicem seruant: uere autem in semen iam prorumpentia, caulem producunt. Videtur porro & in animalibus natura nonnunquam totius corporis recrementis, ceu etiam Aristoteles perhibuit, ad partium quarundam non necessariarum generationem abuti: ut in ceruis ad cornua, in alijs animalibus ad copiam magnitudinem uel spinarum, setarum, aut crinium. Itaque tutius fuerit unamquamque plantarum particulam seorsum considerare: primum quidem gustando olfactuque, deinde ipsa quoque comanducatione experiendo. Ipse namque olfactus ac gustus præterquam quod qualem saporem odoremque plantarum pars habeat docet, simul eius totam protinus temperiem coincidat. Per experientiam uero, si quidem certis proprijsque finitionibus tentetur, exactè uirtus omnis explorata habebitur. Nonnunquam etiam stirpis consistentia unam cum suo succo simul innotescet. Alia enim humidum aquicumque, alia crassum & glutinosum habent succum: quos ipsos per se rursus gustare conueniet. Horum namque alij acres aut acidi, aut amari sunt, alij falsi, ceu quidam austeri aut acerbi, quidam in super aquæ aut dulces. Quare non oportet Mnesitheus auctoritate inductos fidem nos eius uerbis tanquam perpetuo ueris adhibere, sed unamquamque plantarum partem ipsam seorsum ac per se experiri præstiterit.

De rapis.

Rapida hæc apud Græcos tam gongylis, quam bunias appellatur. Quod eius extra terram est, oleraceum censetur: radix, quæ terra continetur, ante elixationem & dura est, & cibo aliena. In aqua autem decocta, mirum si aliqua ex congeneribus plantis minus nutriat. Hanc quoque ipsam multam uiam homines parant: nam & in muria & in aceto reponunt, quod in totum annum usui esse possit. Succus ex ea in corpus digestus, temperato crassior est: ideoque si quis ultra modum esitauerit, & maximè si perfecte conficere eam nequeat, crudum succum in uenis congeret. Ad alui deiectionem nec conferre quicquam, nec officere dixeris, potissimum quando bene fuerit percocta, ut quæ longam elixationem requirat, optimaque sit bis decoctione perpeffa, ad eum modum uidelicet quem antea in hac præparandi ratione docuimus. Sin crudior ingeratur, concoctioni pertinacius resistet, pariet inflationes, & stomachum infestabit: nonnunquam etiam mordere illum non uerebitur.

C Vius plantæ radix, rapæ modo manditur. Quibusdam in locis acrior nã scitur, ut dracontio ferè similis sit. Dum recte parare uoles, prioris decoctionis aqua effusa, repente alteram calidam iniicere cõueniet, uti in brasiica & lente præcepimus. Cyrenis contra quàm in nostra regione arum fe habet: nam illic minimum medicinae, minimumq; acrimonie præ se fert, adeo ut uel rapis utilior habeatur: idcirco radicem quoq; in Italiam comportant, ut quæ absq; ut putrescat aut regerminet, longo tempore perennare possit. Perspicuum quoque est, alendis corporibus hanc esse accommodatiorem. Si quis uero in thorace ac pulmone collectos crassos lentosq; humores extussire studeat, acrior ac medicamento sior magis conueniet. In aqua elixa estur cum sinapi aut aceto, ex oleo & garo. Quinetiam cum obsonijs quæ hypotrimmata Græci uocant, & sale, & ijs quæ caseo constant, sumitur. Haud porro obscurum est, succu eius qui in secur ac uniuersum corpus distunditur, quo uno animal nutrit, crassiusculum esse, ceu de rapis diximus: idq; maxime quæ radix medica ut caruerit, similis illis quæ Cyrenis aduchuntur. Apud nos nanq; in Asia terra pleræq; ar radices acriores sunt, medicinae potestatem iam obtinentes.

De dracontio.

Racontij quoq; radicem bis ter ue elixam, quò omnẽ exuat medicinarum, cibo interdum ari modo exhibemus, quum crassi ac glutinosi pectus pulmonemq; obsidentes humores fortiore ui expellendi ueniunt. Illud porro commune ac publicum de omnibus cibarijs edictum perpetuo in memoria habendum est, nempe acria amaraq; perexiguum corpori alimentu conferre, copiosum uero ac largum qualitatibus expertia: ijsq; magis dulcia, tum uero etiam magis quæ solidæ cõstipataq; substantie sunt, ita ut neq; humida, neq; laxa cõstitutione distillant. Hæc ergo si iugiter memineris, atq; insuper si animaduertas, an unum quodq; eorum quæ per experientiam exploramus, elixatione aut assatione, aut fixura ualentem suam qualitatem deponat, nil erit opus ut speciatim de singulis nos audias distulentes. Verum, ut hactenus in alijs, ita nunc quoq; ea potissimum quæ in cibario utu assiduo usurpantur, enarrabimus.

De asphodelo, qui albus & hastula regia dicitur.

Cyllæ radici, albuçi radix, magnitudine, figura, amaritudine quadantenus similis est, duntaxat in hoc differens, quod lupini modo parata, suæ plurimum amaritudinis abiciat. Scyllæ nanq; qualitas difficulter elui potest. Cæterum Hesiodus albuçi celebrare uoluisse uidetur, quum inquit:

Nec quanta in malua atq; albuco sint bona norunt.

At ego compertum habeo, famis tempore rusticos uix crebris dulci in aqua macerationibus, multa que coctura radicem hanc cibo idoneam reddidisse. Inest tamen ei extenuandi facultas, atque obstructa demoliendi, ueluti & dracontio. Ideoq; ipsius coliculus arquat tanquam summum præsidium exhibetur.

De bulbis.

Vm prædictis bulbi genere conueniunt. Nam horu quoq; radix direptis folijs manditur, in uere ipse etiam coliculus. Amaram austeramq; uim cui denter bulbi in se habent: quam ob rem iacentis ac dissoluti stomachi aliquid quatenus excitant auuiditate. At uero neq; ijs incommodant, quibus è thorace atq; pulmone pus conuenit exspuere: quanquam crassiore ac glutinosiore sunt corporis substantia. Etenim amaror crassitudini reluctatur, lenta crassaq; natus incidere, ceu in cõmentarijs de medicamentis prodidimus. Quapropter bis elixi uberius quidem alent, sed excreare uolentibus aduersabunt, utpote omni amaritudine exuti. Tum uero ex aceto, oleo garoq; mistis esitare satius fuerit: nã ita magis profectio oblectabunt,

Actabunt, ac nutrient, minusq; inflabunt, ac facilius concoquentur. Quidam horum cibo abunde & immodice uti, plane seminis auctam copiam, inq; uenerem se esse satiaciores senserunt. Hos quoque homines non uno modo apparant. Non solum enim in aqua, ut retuli, elixam, uerum etiam patinas ex ipsis uarie conditas instruunt. Alij quidam in sartagine fringunt: plerique in craticula assant. Verum hi longam decoctionem oderunt, admodum pauca contenti. Sunt qui nihil prorsus præcoquant: delectat nanque eos ipsa illa integra bulborum amaritudo ac austeritas: quippe qui amplius ab ea ad cibum alliciantur: quanquam ad huiuscemodi illecebram duo, aut ad summum tres plus satis facient. Si uero liberalius sic apparati sumantur, præsertim ubi, ut ferè mos est, crudiores ingeruntur, amplius sua cruditate molestantur. Quisdam etiam non probe concocti inflationes & tormina pariunt. Qui ad hunc sanè modum esitantur, alimentum minime laudabilis succi suggerunt. At amplissimè decoctorum, aut bis etiam, uti diximus, succus crassior quidem ille erit, cætera uero melior ac alibilior reddetur.

De pastinaca, dauco, & caro.

Orum quoq; radices manducantur. Minus quàm rapæ alunt: sicut cyrenais etiam aris infirmius. Manifeste excafcant: quin odoratum etiam quid ædunt. Similiter item ac aliæ radices ægre conficiuntur. Vrinam mouent. Si quis immodice ijs utatur, prauum utcunq; succum generabunt. In hoc tamen minus noxia est cari radix quàm pastinacæ. Sunt qui daucum pastinacæ agrestem nominent. Vrinam is sanè potentius ciet, sed ad medicinae naturam propius iam accedit, multa q; eget elixatione, ut in cibum recipiatur.

De tuberibus.

Vlboris radicibus tubera annumerare oportet, nulla euidenti qualitate prædita. Qui ergo his utuntur, ad excipienda condimenta tanquam materiam habent, ceu alia quæ ἀρωγὰ, id est qualitatibus expertia uocantur, & innoxia, gustuq; aquosa sunt. Quibus omnibus commune est, ut alimentum nulla insigni facultate constans corpori præbeant: sed frigidiusculum duntaxat, crassitudine tale, quale erat ipsum quod ingerebatur: ex tuberibus quidem crassius, ex cucurbita liquidius & tenuius. In alijs eadem est proportio.

De fungis.

Inter fungos boleti quoq; rite cocti proxime ad cibos qualitatibus exortes & fatuos accedunt. Verum nequaquam homines illis similiter folijs utuntur: sed uarijs modis parant ac condiunt, ceu alia quæ nullam insignem gerunt qualitatem. Alimonia ex ijs procedens pituitosa est: clarum etiam, quod gelida, malicq; succi, si largius æquo quis utatur. Hi porro aliorum omnium fungorum innocentissimi sunt. Secundi ab his Amanitæ. Alios omnino non attingere fuerit tutius: multis nanq; mortem attulerunt. Ego certe quendam noui, cui ob bolectos, qui minime noxij uident, crudiusculos, maioreq; copia ingestos, os uentriculi angustia pondereq; afflictum cõstrictumq; fuerit, intantum ut spirandi difficultate, animiq; deliquio corripere, & frigidum exudaret, uixq; auxilijs crassos humores incidentibus seruari posset, cuius generis est oxymel tam ipsum per se, quàm unã cum hyssopo origanocq; mediocriter incoctis. Nam hoc remedio esse a quodam acceperat, præterea & nitti spumam illis superinspersam. Post quæ deuoratos fungos euomit, iam tum in pituitosum succum prægelidum crassumq; quadantenus commutatos.

De raphano, seu radícula.

Radiculam solam crudamq; urbani homines ut plurimum prima mensa ex garo sumunt, alui ducendæ gratia: pauci acetu admiscunt. Rustici uero frequenter cum pane esitant, non secus ac alia quæ nobis natura, non ars parauit obso-

Cnia, in quibus est origanum uiride, nasturtium, thymū, satireia, pulegium, serpillum, menta, calamintha, pyrethrum, eruca: quippe hæc omnia uiridia, eduliorū sunt obsonia, unā cum illis sumpta: suntq; herbacei generis plantæ. Radiculae caulis quoque & folia nonnunquam eduntur, sed necessitate magis quam sponte. Radix in eorum numero est, quæ obsonij potius quam nutrimenti nomine passim edimus. Vm extenuatoriam gerit, cum qua conspicue unā calfacit. Acris enim in ea qualitas exuperat. Verno tempore caulem in altum assurgentē producere solet, ceu alia quæ nata sunt excaulescere. Hic elixus estur ex oleo, garo & aceto, ut rapæ caulis, napiq; & lactucæ: idemq; magis quam cruda radícula nutrit, ut qui acrimoniam in aqua deponat: quanquam minimam sanè & ipse alendi potestatem habet. Quidam non solum caulem, sed unā ipsas radículas elixantes comedunt, raparum modo. Cæterum cum medicos illos, tum medicinæ rudes homines mirari subit, qui à cœna crudas eas, quò uent scilicet concoctionem, ingerūt. Aiunt nanq; id se ipsa experientia abunde comertum habere: nullus tamen eos citra damnum potuit imitari.

De cepis, allio, porro, & ampelopraso.

HArum quoque plantarum radicibus percrebro uescuntur homines, rarius caule folijsq; acri admodum facultate præditis, pro radicū portione. Corpus excalfaciunt, & crassos in eo humores extenuant, glutinososq; incidunt. Bis tamen aut ter in aqua decocta, acrimonia spoliatur: quanquam ne sic quidem uim perdunt extenuandi: uerum facultatem quandam obscurissimam alendi corporis exinde acquirunt: cuius antea quam decoqueretur, nihil profus obtinebant. Cæterum allium non modò ut obsonium, uerum etiam ut medicamentum sanitati accommodum, quò obstructa soluere & discutere possit, usurpat. Aliquantisper elixum, usquedum acritudinem abiiciat, ut uiribus suis imbecillius fiat, prauit certe succi notam deserit, quemadmodum & porrum, & cepe, quū bis fuerint decocta. Ampelopraso autē à praso, hoc est porro, tanta est differentia, quanta in alijs congeneribus plantis inter syluestria & satia inuenitur. Sunt qui hoc in totum sequentem annum reponant, aceto condientes, haud aliter quam cepas: eaq; ex parte cibo commodius. & prauo minus succo obnoxium efficitur. Acrium porro omnium assiduus usus est euitandus, præsertim ei qui naturæ est plus æquo biliosus: quoniam quidam huiusmodi edulia sunt accommodata.

SECUNDI LIBRI FINIS.

CLAVDII GALENI PERGAMENI

DE ALIMENTORVM FACVLTATIBVS

LIBER TERTIVS.

Ioachino Martinio Gandauo interprete.

Reliquum nunc est, ut de alimentis quæ animantia suppeditat, differamus: quæ multum inter se uiribus dissident, pro ipsarum partium ratione, ac eorum quæ in illis continentur, aut ex illis proueniunt: in quibus sunt oua, lac, caseus, butyrum, & sanguis.

De pedestrium animalium nutrimento.

Singulæ animalium partes haud eadem facultate sunt præditæ. Siquidem caro quum probè fuerit concocta, optimum sanguinem gignit, præcipue animalium quæ bono constant succo: cuius generis sunt fues. At neruosa partes plus iusto sunt pituitosa. Inter omnia ergo edulia ualentissima est

Asuilla. Argumento sunt euidentissimo ipsi athletæ: nam hi si de exercitijs confectis nihil remittentes, alterius cuiuspiam escæ parem modum uel una die assumant, postmodum infirmiores, uerum etiam palam macilentiores euadent. Idem in pueris experiri licet, qui in palæstra exercitantur, aut quibusuis alijs qui graues admodum operas obeunt, ut fossiores, ac messorum. Bubula uero alimentum ipsa quoque nō exiguum, nec discussu leue præstat, sed sanguinem crassiorem quam par est progignit. Præterea si melancholicæ quispianaturæ in eius cibo modum non seruet, affectu quopiam melancholico tandem corripitur, cuiusmodi sunt cancer, elephas, psora, lepra, quartana febris, & morbus qui speciali nomine melancholia uocatur. Ad hæc licet ab huiusmodi succo intumescit: quod uitium mala totius corporis habitudo, quam cachexiam uocant, & aqua intercus excipere sape consueuerunt. Quantum autem totius substantiæ crassitudine bubula caro suillam superat, tanto suilla bubulam leniore. Suilla porro ad concoctionem quam bubula accommodatior est: ac robustis quidem, florentibus ætate, & labore se aliquo fatigantibus, ea quæ à suis in ætate suæ uigore macctatis sumitur, cæteris nondum adultorum, sed incrementum caro conuenit. Quemadmodum autem suum ætate uigentium caro bene habitis iuuenibus peridonea est, ita ipsi eorum nondum adultorum. Longè nanque bos sue temperamento siccior, uti uir annis florens puero impubere. Merito igitur quibuscunq; animalibus à natura siccior temperies obigit, ipsi tenella ætas, quo uidelicet humidior est, magis ad conueniens temperamentū confert. Contra quæ humidiora sunt, à consistentia ætatis, quod iustæ temperaturæ deest, tandem acquirunt. Quare non solis uitalis accidit ut peradultis bubus melius concoquantur, uerum ipsis quoque hæc ad capras collatis idem concessum est. Quanquam enim capra boue minus sicca est, homini tamen suisq; comparata, in hoc non mediocriter excellit. Similitudinem autē quæ suillæ carni cum humana est, uel ex hoc colligas, quò quidam humanis carnibus quasi porcinis uescētes, nullam eius neq; ex gustu, neq; olfactu suspitionē habuerunt. Nam hoc sanè perditissimi hospites, ac alij quidam patrauisse aliquando sunt deprehensi. Merito ergo porcellorum alimentū tanto magis eo quò grandes præbent fues, excrementis abundabit, quanto illi ipsi sunt humidiores. Quin illud ipsum merito imbecillius quoque erit: quandoquidem humidior alimonia ut ocyus per corpus digeritur, ita citius etiam dissipatur. Agni porro carne & humidissima sunt, & pituitosa. Quin ouilla quoque excrementis prauoq; succo abundat. Caprina præter succi malitiam accessit & acrimonia. Hircina tum ad succi probitatē, tum ad concoctionem omnium ineptissima est, mox arictina, deinde taurina. In his omnibus castratorum caro præstantior. Annosa autem & à concoctionis, & succi, & nutritionis laude sunt remotissima. Quare suum quoque, tamen propria temperie humidarum, quædam præ senio duram & concoctu pertinacem carnem acquirunt. Leporina quamuis crassiorem sanguinem facit, succum tamen meliorem quam bubula aut ouilla gignere potest. His non minus prauis succi ac difficilis concoctionis est ceruina. Ferorum asinorum optimè habitorum ac iuuenum caro proximū huic locum habet: quanquam mansuetorum quoque, quorum ætas inclinat, nonnulli carnem ingerunt: ea tamen pessimæ concoctionis est, ac succi, præterea stomacho oriq; in cibo ingrata, ceu equina, & camelina. Nam ne ab harum quidem esu abhorrent homines quidam, mente pariter ac corpore in asinos camelosq; degenerantes. Sunt insuper qui urorum deuorent carnes: atque his abominabiliores, leonum, ac pardorum, semel aut iterum decoctas. Supra uero quid sit his decoquere, exposuimus. De canibus porro quid attinet dicere, ut apud quasdam gentes, qui in ipsis iuuenes pinguesq; sunt, frequenter esentur, potissimòque quum castrati fuerint. Non pauci quoque pantherarum carnibus uescuntur, ceu asinorum etiam habitorum, quales

C sunt syluestres. Hæc nanque non modò eduntur, uerum à quibusdam etiam medicis summopere commendantur. Vulpinam pulpam esitant apud nos uenatores autumnali tempore: tum nanque uuarum sagina pinguescunt. Alia item animalia, quibus conuenientium & familiarium alimentorum suppetit copia, multò ipsa se ipsis cibo utiliora euadunt, ceu alia deteriora, quibus ea negata est. Quinetiam quæcunque prodeunt e terra herbas depascuntur, aut arborum primores ramusculos seu turiones: quo hæc tempore ubertim largiterque proueniunt, eo semetipsis habitiora redduntur, magisque obesa, atque ad nostri corporis alimoniam comodiore. Eaque ex parte quæ procerioris herbe partu gaudent, gracilia in hyeme ad usque ueris inuicium mediumque fiunt, & prauum colligunt succum, ueluti boues. At isdem progrediunt tempore inauicta iam herba ac densata, inque seminis fertilitatem late se diffundente, manifestò & crassiores, & bono succo plentiores fieri cernuntur. Contra quæ ex humili herba partum carpere possunt, primo medioque uere melius agunt, ut oues: ineunte uero æstate, ac circa eius medium, capra: quoniam tum fruticum germina copiose proueniunt, quæ ijs in cibo gratissima esse solent. Quum ergo animantium me audis inter se comparantem species, tu quoque adhibita experientia rem inquirito, excutito, ac prudenter iudicato, non approbe nutritum ac pingue, gracili macroque componens, neque quod etiamnum adolescit, uetulo. Vitiosum enim & iniquum fuerit huiusmodi iudicium. Verum in unaquaque seu specie, seu genere, seu quocunque modo libeat appellare, quod optime constitutum est, ad aliud simile comparato. Itaque nequaquam posthac erit necessarium, ut prolixum de uernaculis cuiusque genti animalibus sermonem contexamus. Nam in Iberia animalculum inuenit lepori ad simile, quod cuniculum nominat. In Lucania, Italiae ora, aliud medium quodammodo inter suum & ursum: ceu aliud quod in eadem Italiae regione, aliisque permultis locis estur, inter sorices & domesticos mures ac glires medium. Quæcunque igitur ex ijs animalibus bene pasta obesaque sunt, per experientiam ea probato, commodos præparandi modos, quos quilibet que incolarum experimento didicit, ab isdem percontans atque accipiens. Singulorum uero facultatem iam uel à nobis discas licet. Quæ nanque assantur, aut in sartagine fringuntur, corpori siccius dant alimentum: contra in aqua seruefacta, humidius. Quæ in patinis condiuntur, inter hæc media sunt: quanquam in illis ipsis haud mediocre pro modo conditura est discrimen. Nam assatum uino garoque saturata, alijs sicciora sunt eo liquamine carentibus. Rursus quæ exiguam illorum portionem, aut saporem, quam Græce etiam hepsema quidam nuncupant, ampliore habent, aut in simplicibus & tenui alboque iure elixa sunt, multò iam dictis sunt humidiora. Quæ denique ex sola aqua sumuntur, ijs ipsis magis humectant. Maximum præterea præparationi discrimen accidere potest ex ijs quæ superinihiuntur, omnibus quidem illis siccantibus, sed alio minus, alio magis. Sunt porro ista, semina quidem, anethi, apij, cari, lygustici, cumini, & alia quædam id genus. Ex plantis uero porrum, cepa, anethum, thymum, fatureia, pulegium, menta odorata, organum, & quæcunque sunt huiusmodi, ad obsonaticam seu condimentariam commentationem, non ad præsens institutum pertinentia. Quemadmodum autem modò præcepimus, quum animalium differentia inquiritur, optima cum optimis esse conferenda, ita nunc in apparatus diuersitate non nisi de optimis utrinque erit considerandum. Hæc itaque de pedestrium animalium carne audiuisse sufficiat. De eorundem uero partibus deinceps, quum sermonem de limacibus absoluerimus, sumus tractaturi.

De limacibus.



Occurrit ergo animal neque inter uolatilia, neque inter aquatilia adscribi posse liquido patet. Quod si ne inter pedestria quidem eius mentionem faciamus, nunquam omnino de limacium cibo differendi dabitur locus. Atqui silentio omnino præterire non fuerit æquum, ceu lignorum uermes, uiperas, aliasque serpentes,

A serpentes, quibus Aegyptus ac alia quædam gentes uescuntur. Neque enim illorum quispiam hæc nostra lecturus est: neque nos quæ apud illos edendo sunt, unquam comedemus. At limaces ab omnibus Græcis quotidiano cibo usurpantur. Dura est harum caro, eoque concoqui pertinax: eadem tamen si conficiatur, ualentissime nutrit. Inest ipsis, ueluti ijs quibus testa pro cute data est, Græci ostracoderma uocant, succus uentri ducendo idoneus. Quapropter nonnulli limacium oleo garo uinoque conditarum iusculo ad deicienda alui excrementa utuntur. Si autem ex harum carne citatum duntaxat qui nutriat petas, in aqua prius seruefacito: eaque post effusa rursus in altera elixato: deinde decenter condiens, tertium decoquito, usque dum caro tota præteritudo intabescat. Nam hunc in modum præparata ut alium retinet, ita alimentum non contemnendum corpori præstat.

De excarnibus pedestrium animalium partibus seu trunculis.



Edestrium animalium excarnes partes homines mandunt, pedes, rostra, ac aures: easque ut plurimum in aqua decoctas ex aceto & garo assunt, addito nonnunquam sinapi. Quidam ex oleo & garo, uinum affundentes. Sunt qui cum oleribus aut in aqua elixis, aut in patinis apparatus. Suilli petioli omnium conuenientissimi sunt piscinæ incocti: nam & illam meliorem efficiunt, ipsique molliusculi redduntur: ideoque tam in ore, quam in stomacho expeditius confici poterunt. Ergo haud exigua in præparationis modo differentia existit: neque ea tantum in partibus quæ carnis expertes sunt, uerum alijs etiam omnibus: quam fusius in condimentarijs libris explicabimus. In præsentia uero ipsas in se tantum animalium partes consideramus, earum uniuersales differentias enarrando, ita semper temperata adinuicem comparatione, quasi ad eundem modum paratae sint, ut prius retulimus: nam ea demum æqua fuerit comparatio. Itaque excarnes seu extremæ corporis partes, ut minimum pinguedinis, ita carneæ quoque substantiæ perexiguam obdinet. Neruorum item ac cutis natura in illis præpollent. Haud porro tales hi nerui cutis ue sunt, quales qui per uniuersum corpus disperguntur. Hæc nanque in ijs magis trita sunt ac exercitata, eoque etiam glutinosiora. Etenim neruacea omnia ac cutacea dum elixantur, ad huiusmodi deueniunt naturam. Quare merito & tenuiter corpus alunt, & expeditius per aluum, lentoris sui nomine, delabuntur. Pedes suilli magis quam rostrum probandi sunt, uti hoc magis quam aures: nam hæc sola cute ac cartilagine constant. Cartilago porro si ab adultis sit animalibus, omnino confici non potest. Quæ uero ab etiamnum in crescentibus sumpta fuerit, si in ore dentibus bene comminuat, ac in uentriculo concoquatur, pusillum alimenti præbet. Idem de alijs animalibus ac partibus proportionem dictorum intelligito. Quanto enim eorum caro alimonie bonitate suilla inferior est, tanto summæ quoque seu excarnes partes suillis deteriores sunt æstimandæ. Cæterum illud nequaquam arbitror quenquam latere, quod partes in pedibus appellem neruofas, ad eius qui proprie neruus uocatur, similitudinem, qui ex cerebro & spinali medulla originem ducit. At quæ in partibus carne nudatis neruosa apparent corpora, per similitudinem neruorum nomine appellari permittuntur: quum uere sint ossium ligamenta, sensus expertia, & tendones quidam ad ipsa pertinentes.

De animalium pedestrium lingua.



Ars hæc peculiariter quandam sibi substantiam ex carne fungosiore, ac magis sanguinea, sortita est. Nam pura ueraque caro musculi sunt, atque in ijs ipsis media potissimum pars. Siquidem multi circa fines in iustos tendones designant, quos plerique Græcorum medicorum aponeuroseis musculorum nomine s, omnium maximas huiusmodi abneruagines emittunt. Quin nonnulli mu-

C sculi capita habent nervosa. Ipsi autem linguæ propria substantia fungosa est, ut diximus, caro. At tamen coci, qui eam è suis solent extrahere, non solam illam educunt, neque solam decoquunt, sed simul cum adnatis musculis. Vt plurimum vero etiam cum epiglottide, seu ligula, & summa gutturis parte, quæ Græcè larynx nuncupatur, atque glandulis illic sitis, tam ipsæ quæ linguæ ad generandam salivam proprie dicatae sunt, quam ipsæ quæ faucibus gutturisque adherent. Nam arterias sanè, uenas ac nervos lingua cum alia carne cõmunes habet: tria enim illa conceptacula unà cum carne educti solent, in lingua duntaxat magnitudinem ac numerum proportionem excedentia. Quæ porro facultas sit alimenti à glandulosis corporibus sumpti, deinceps ex me audito.

De glandibus.



Vantum lingua à carnis substantia, tantum glandes à linguæ natura recesserunt, haud tamen omnes pari ab ea distant interuallo. Quæ nanque illi adherent ac contingunt, ipsæ quadantenus similes sunt quæ in mammis habentur nondum lacte refertis. Nec enim perpetuò suo munere funguntur mamillares glandulæ, seu aliæ propemodum omnes, & hæc quæ linguæ adherent: quippe huius glandulæ ad salivæ generationem natura sunt comparatae, mamillares uero, quum quidem foetus gestatur, laxæ, turgidulæ, & lacte plenæ sunt. At quo tempore lacte carent, in sese contractæ densantur, tantum inter se differentes, quantum permadidæ spongiæ ab alijs, quæ Græcè sceleteuomenæ uocantur: nam sic appellant spongias, quæ expressa omni humiditate uinculis obductis constringuntur, ac in unum corpus coguntur. Sunt autem & circa guttur ac fauces huiusmodi quædam glandulæ, sicut & in mesenterio: uerum hæc adeò sunt exiles, ut multorum oculos fugiant. At illæ quas in faucibus & gutture esse diximus, grandes sunt, omnibusque conspicuæ. Præter has aliæ in multis corporis partibus glandulæ paruae reperiuntur, quæ uasorum diuisuris confirmandis datae sunt. At illa sanè glandula, cui thymus nomen est, non parua, sed perquam grandis in nuper editis animantibus conspicitur: uerum illis incrementibus ipsa decrescit. Itaque cunctis glandulis illud commune est, ut dulces ac friabiles in ore sentiant. In mamillaribus lacte refertis, ipsius quoque lactis dulcedo quædam intelligitur. Quapropter hæc glandulæ quum sic lacte tumescunt, si quod aliud epulum, à ganeonibus summopere commendantur ac experientia niens, tantum non cum carnis alimonia certat. Si uero plena cõcoctione frustrantur, crudum aut pituitosum humorem procreant: quæ in ipsis humidiores sunt, pituitosum; quæ sicciores seu duriores, crudum: de quo supra retulimus. Testes quædam ad glandularum naturam spectare uidentur, non perinde tamen laudabiles sunt sicut ut mamillares: quinimo uirosus nescio quid sapiunt, seminis, cuius sunt officina, naturam referentes, seu renes etiam ipsius urinæ. Et difficilioris utique concoctionis sunt pedestrium animalium testes. Nam gallorum gallinaceorum altilium testes & suauissimi sunt, & laudabile corpori afferunt alimentum. Glandulæ item collo uesicæ adherentes, ad testium naturam ferè accedunt. Sunt autem qui inter glandulas renes connumerant: hi nanque ipsis etiam glandulosum quid habere uidentur. Verum primum admodum succi sunt, & concoctioni rebelles, uti aduulorum animalium testes ubi execti eduntur. Nam iuniorum longè præstant. Taurorum, hircorum, & arietum testes insuaues, concoctioni & succo inutiles sunt.

De testibus.



Uenibus suis ac bubus apud nos testes execant, sed non eadem in utrisque spectata utilitate: nam sues cibi causa castrantur: quoniam & suauior, & alibilior, ac concoctu mansuetior talium caro redditur. Boes uero in hoc testibus orbantur, ut obeundis agriculturæ munijis sint aptiores, quandoquidem tauri nimium feroces sunt, ac rebelles. In capris ouibusque castrantur hæc

A dis hæc simul ambæ considerantur utilitates. Omnes dictorum animalium testes difficulter perficiuntur, & uitioso succo sunt obnoxij: at probe concocti, probe alibiles sunt. Maius uero & minus in his quoque pro portione eorum quæ de animalium singulorum carnibus differuimus, inuenitur. Etenim quanto suum caro alius præfertur, tanto harum quoque testes aliarum animantium testibus. Cæterum soli gallorum gallinaceorum ad omnia præcipue commendantur, potissimoque saginatorum.

De cerebro.



Cerebrum omne in cibo pituitosum est, crassi succi, tardi meatus, & operosæ concoctionis, nec minus etiam stomacho inimicum. Quidam uero ipsius mollitudine decepti, laborantibus offerunt, quum præter alia nauseam etiam concitet. Ergo potius quum à cibo quempiam uomere uolueris, huius partem pinguius conditam ultimò edendam exhibebis. Illis uero caue ne dederis, qui cibi fastidio laborant, quos Græci ἀνοήτους appellant, ac ueteres coru ἀνοήτους. Quamobrem nemo facile cerebrum in cibis ultimo loco sumere uelit, nimirum ipsa loquente experientia, nauseam post consecuturam. Neque iniuria plerique cum origano sumptant, uti nonnulli cum apparato uarijs modis sale: quippe quum crasso succo & superfluo constet, omnino uomitioni sit accommodatius, incidentibus & calfacientibus iunctum. Si uero recte confici possit, alimentum corpori non infimæ notæ præstabit.

De ossium medulla.



Edulla quæ in ossibus continetur, cerebro dulcior, iucundior, pinguiorque censenda est: adeò ut si cerebrum cum ea comparando, degustes, putaturis sus austerum aliquid illud in se habere. Prouocat & medulla nauseam, si liberalius assumatur, ueluti cerebrum; at tamen si probe cõcoquatur, ipsa quoque alibilis erit.

De medulla spinali.



Edulla spinalis eiusdem cum cerebro generis est, sed non recte medullam eam appellarunt: quum medulla humidior, mollior, & pinguior non solum spinali hac, uerum ipso etiam cerebro uideatur. Quonia uero in spinæ ossibus continet, colore medullæ non absimili, ea ex parte medullam nominat, quo nomine quidam ipsum quoque cerebrum uocitarunt. Est porro spinalis medulla cerebro continua, ac eiusdem cum eo naturæ, duntaxat durior, nec id sanè mediocriter: præsertim quò propius ad os sacrum, qui spinæ finis est, accedit. Quanto enim à cerebro longius abscedit, tanto magis durefcit. Proinde minimum pinguitudinis habet, eoque nauseam non æquè inducit: & si probe concoquatur, non exiguam secum alimonia in corpus desert.

De pinguedine & adipe.



Mbo hæc olei quidam naturam referunt, sed humiditate & siccitate à se inuicem distant. Pinguedo nanque humida quæpiam res est, oleo adsimilis longa uetustate in crassato. Adeps uero pinguedine multò siccior est: ideoque si ipsum in calfactum fundas, coit facile ac conerescit. Pauci ambo sunt nutrimenti: potiusque ciborum nostrorum condimenta, quam cibaria ueniunt appellanda.

De pedestrium animalium uisceribus.



Mnium animalium iecur crasso succo constat, difficulter conficitur, & tarde cõmeat. Primam in omnibus, nedum in edundi uoluptate, laudem meretur, quod Græci sycotum, id est ficatum appellant: inde in uento nomine, quod in animante mactationi destinato multarum caricarum sagina iecur tale sit effectum. Potissimum uero suis ita pascendis operam impendunt, quia huius animalis uiscera natura sua longe suauiora sunt aliorum omnium uisceribus: quanquam hæc quoque caricas multas uorante animali, delicatiora fieri nihil prohibet. Verum id minime rationi consentaneum hominibus uidetur, ut præteritis quæ natura

cæteris præstare uoluit, ad deteriora ueniant. Reliquorum uiscerum lien gustu non omnino iucundus uidetur: est namq; in eo acerbum quiddam intelligere. Neq; im merito prauis succi esse creditus est, quum melancholici sanguinis fons sit, & officina. Pulmo quanto iecore lieneq; mollior rariorq; existit, tanto concoctioni quoque accommodatior, sed longè iocinere imbecillior est: atq; id ipsum quod corpori præstat alimentum, magis pituitosum habet. Cor, substantia sua, fibrosa duraq; est caro: ideoq; non sine magno negotio confici potest; tardeq; commeat. Si tamen in uentriculo perfici possit, alimentum exhibebit corpori nec mole, nec succo contemnendum. De renibus, nam hos quoq; nonnulli inter uiscera cõnumerant, superius retulimus.

De quadrupedum animalium uentriculo, utero, & intestinis.

Mæ partes carne duriores sunt, eamq; ob causam si rectam concoctionem assequantur, succu edent non planè sanguineæ naturæ, nec prorsus inculpatum, uerum & frigidior, & crudior. Proinde multum temporis requirunt prius quam satis peragi, & in sanguinem ualeant conueri.

De ferorum & domesticorum animalium differentia.

Domestica animalia temperie humidiora sunt quam syluestria, tum ob æris in quo degunt humiditatem, tum uero etiam ob uitæ totius ignauitatem. At syluestria multis cursitationibus ac laboribus sese fatigantia, in aere etiam sicciore uersantur. Quapropter eorum caro & durior est, & nulla prorsus, aut pauca admodum pinguedine resperfa: eoq; pluribus diebus à putrefactione seruatur immunis, quam domesticorum, & inertem uitam agentiu. Liqueat item horum cibum ab excrementis puriorem esse, ceu eum qui à domi natis sufficitur, magis abundare: ex quo necessarium est illum amplius quoq; nutrire, & succi bonitate longè hoc esse superiorem.

De lacte.

Lac quoq; inter cibos qui ab animalibus proficiuntur, numerandum est: in quo haud parua ex anni temporibus differentia inuenitur: hacq; maior etiam ex diuersa animaliu natura. Siquidem crassissimum pinguisimumq; est bubulum: liquidissimum, ac minime pingue, camelinum: mox equinum, deinde asininum. Mediæ constitutionis est caprillum: hoc crassius ouillum. Secundum anni tempora lac quod in uere statim à partu editur, liquidissimum est: temporis progressu magis semper ac magis in crassescens: circa medium autem æstatis in sua naturæ medio consistit: ex quo sensim ad tantam crassitudinem peruenit, ut pernitus deficiat. Vere ut humidissimum est, ita etiam copiosissimum. Quod porro lac, ut diximus, pro animalium specie uarietur, id uel intuenti protinus erit conspicuum: clarius tamen cognoscetur, si ex uno quoq; lactis genere caseus fingatur. Etenim lac humidissimum, sero: crassissimum, caseo abundat. Merito igitur humidum lac magis, crassum minus aluum mouet: contraq; crassum ualentius nutrit, tenue imbecillius. Si quis uero lacti præferuefacto serum omne consumat, iam nihil prorsus subducet. At iniectis candentibus calculis tantisper dum omne serum dissipetur, adeo aliquid hoc modo accuratum non subducet, ut contrarium etiam sit effecturum: ijsq; hoc exhibemus, quibus uenter acrim excrementorū demorsu infestatur: quod ipsum non segnius quam calculi, imò efficacius, ferrei orbiculi candentes præstant. Cito uero huiusmodi lac in uentriculo casei modo cogitur: qua de causa mel illi cum sale infundimus. Quin aquam etiam affundere securius fuerit, ceu non pauci medicorum faciunt. Neq; mirum tibi uideatur, quod sero studiose dissipato, rursus aquam infundant. Non enim seri humiditas est quam fugiunt, sed acrimonia: cuius nomine lac omne aluum subducit, ex duabus diuersis permistis substantiis, nempe sero, & caseo. Ad hæc pingui quoq; succo constat: quo maximè, ut dictum iam est, abundat bubulum, ideoq; butyrum ex eo conficiunt: quod gustu solo uisusq; quantum in se pinguedinis

A tudinis habeat, facile cognoscas. Quod si & in unguenda quapiã corporis parte uti co libeat, pinguedine delibuta cutem haud secus ac si oleo fricuisset, uidebis. Præterea si mortui animalis aridam pellem eo inungas, eundem cernes effectum. Quinimo pleræq; frigida inueniuntur regiones, quarum incolæ olei penuria butyro quum se lauerint, utuntur. Idem si candentibus prunis inspergas, flammam excitare instar pinguedinis conspicietur. Persape etiã pro adipe id usurpamus, cataplasmatibus alijsq; medicamentis commiscetes. Ergo bubulum lac, ut testati sumus, pinguisimum est. Quillum caprinumq; habent & ipsa certe pinguedinem, sed longè pauciorè. Asininum quamminimum huius obtinet. Quocirca perraro cuiquam in uentriculo coagulatur, ubi calidum protinus ut mamillis excidit, haustum fuerit. Quod si sal cum melle adijciatur, fieri non potest ut in uentre concresecat. Eandem ob causam uehementius aluum deijcit, utpote seri copia affluens, à quo omne lac facultatem accipit delaxandi, uti à caseosa substantia sistendi. Quanto uero serum alia lactis natura ad succi bonitatem aluum retinente inferius est, tanto magis inter alia omnia uentrem mollientia excellit: ideoque ueteres ad aluum exonerandam creberrime hac potione usi fuisse uidentur. Tantum uero ei mellis optimi adijciendum est, ut citra stomachi euerisionem dulcescentiatur. Similiter saltem ea mensura, quæ gustui ingrata non sit, admiscebis. At si copiosius subducere stitueris, quamplurimum salis immittito. Hæc equidè diffusius quam præsens postulet institutum, exposita sunt. Quæcunq; enim lacti ut alimento præclaræ insunt dotes, eas duntaxat referre propositum erat. Verum quum inter alias quoq; subductio ei attribuat, fecit rei affinitas, ut in hanc digressionem exspatiaremur. Ergo rursus à diuerticulo ad rem propositam reuertamur, eaq; in medium afferamus quæ nondum de lactis uirtute sunt tradita. Quorum hoc uel inter præcipua habendum est, quod omnium rerum, quas cibi causa capimus, lac optimum optimi sit succi. Cæterum ne oscitanter hunc nostrum sermonem accipias caue. Haud enim simpliciter protulimus, lac omne optimi esse succi, sed insuper, optimu, adiuximus: quippe uisiosum lac tantum abest ut ad succi probitatem conducat, ut malo etiam succo utentium corpora impleat. Ac illud sanè liquidu uisum est, infantem priore nutrice extincta, alterius noxijs succis plene lac sugentem, multis in toto corpore ulceribus tandem scaturisse: quippe secunda hæc nutrix syluestribus herbis ac oleribus ruri ueris tempore, quum fames grassaretur, uicitauerat: quare & ipsa huiusmodi ulceribus obfessa est, cumq; ea indidem alij nonnulli simili uictu usi. Vidimus & alijs permultis lactantibus mulieribus id temporis idem accidere. Quinetiam si capræ, aut alterius cuiuspiã animalis, scammoniam aut tithymalum depasti, lac cibi loco quis sumat, omnino aluus illi profluxura est. Itaq; quemadmodum quæ de alijs omnibus, ita & quæ de lacte pronunciantur, non quasi simpliciter de quouis dicta sint, intelligere oportet, sed duntaxat tanquam de probatissimo. In quolibet autem genere quatenus quidq; à primo præcipuoq; recessit, eatenus ad nos iuuandos minoris erit efficaciam. Lac igitur plurimo abundans sero, etiam si iugiter eo utare, quamminimè periculi affert. Quod uero huiusce humiditatis minimam portionem, sed caseosæ crassitudinis permagnam obtinuit, omnibus usum eius frequentantibus infidum est. Etenim renes offendit, si quidem hi calculo ingenerando idonei sint. Iecur itè obstruit ijs qui ex facili huic iniuriæ parent, ut sunt qui fines uenularu, cibum ex cõcaua iecoris parte in gibbam transitentium, angustos habent. Thoracis pulmonisq; partibus omne lac utile est: capiti minime, nisi admodum ualenti: sicut nec hypochondrijs, si qua leui de causa inflare nata sint: quandoquidem uentrem statibus implere consueuit, ut paucissimos inuenias qui non ita ab eo afficiantur. Verum cum quopiam edulio crassi succi abunde feruefactum, statuofam quidem naturam exiit, sed iecur magis hinc obstruit, & calculos in renibus promptius gignit. Huius autem modi edulia primo uolumine esse perhibuimus amyllum, simalam, alicam, tragum, oryzam, lagana, rhyemata, panesq; non bene in clibano coctos, nec multa tritatione præelaboratos, saleq; non abunde nec fermento saturatos. Cæterum ut hæc lacti immista aliquam eius facultatem aut augere,

C uero inueterato acrimonia crescit, & omnino quam antea calidior urentiorque is reddi-
tur, ideoque [& stuculosior] & concoctioni rebellior, & succo deterior tandem euadit.
Qua de causa nec id ipsum quod crassis epulis, acris ac tenuatoriae facultatis non nihil
habentibus, inest commodi, iste citra noxam possidet. Quippe plus damni ex succi
prauitate, & aestuanti feruore infert, quam crassorum extenuatio possit prodesse: quan-
do ad calculi in renibus procreationem hic item succus [non] minus est appositus.
Siquidem in illis eos corporibus contrahi ostendimus, in quibus cum crassitudine hu-
morum igneus feruor simul conspirat. Quare istiusmodi caseus summopere erit fugi-
endus, ut qui neque ad concoctionem, neque digestionem in corpus, neque ad mouenda
dam urinam, neque uentrem soluendum quicquam boni conferat, ceu utique nec ad
succu probitatem. Ad hoc alius est neque uetus, neque acris, infestus quidem & ipse,
sed minore noxa. Laudatissimus inter omnes caseos recens habetur, qualis is quem
Pergamena rura, & superior Mysia mittit, ab indigenis oxygalactinus, quasi lactis
dum dicas, appellatus. grauisimus ori, & stomacho minime noxius, aliisque omnibus
caseis concoctu facilius, & commediabilior, succo constans non uitioso, neque utique
adeo crasso: quod omnium tamen caseorum commune uitium esse solet. Praestantis-
simus is quoque qui Romae diuitibus in precio est, uauiscus nomine: alijque quidam
alij in locis praestant. Quoniam porro permagna in illis particulam inuenitur disse-
rentia, cum pro animalium natura, tum pro uariis praeparandi modis, accedente ad hec
diuersa ipsorum caseorum aetate: conabimur hoc in loco quosdam ceu scopos boni-
tatis ipsorum describere: quibus intentus quis, ex facili meliorem a deteriore queat
discernere. Itaque duplices in genere hi sunt scopi. Alter substantiae consistentiam com-
plectitur: penes quem, an mollis sit caseus, an durus: densus, an laxus: lentus, an
friabilis, contemplatur. Alter in gustabili qualitate consistit, qui alium eximie acie-
dum, alium acrem, aut pinguem, aut dulcem, aut alio id genus sapore praedictum esse
monstrat, aut omni ex parte aequalem. Si ab his generatim prolatis ad speciales disse-
rentias uenias, mollem duro, rarum ac laxum ualde presso densoque meliorem iudica-
bis. Denique quum & admodum glutinosus, admodumque friabilis ad asperitatem usque
uterque noxius sit, medium inter hos locum fortius praestantior censebitur. Gustu au-
tem illum optimum iudicatio, qui nullam uehementem qualitatem obtineat, duntaxat
xat paulo dulcior. Suauis item insuauem praecellit, & mediocriter salutus, permulsum
aut nihil omnino salis habentem. Quinetiam post assumptionem hunc ipsum, bo-
nus ne an malus sit, poteris ex ructu cognoscere. Cuius namque qualitas paulatim emo-
ritur, utilior: contra qui diu in stomacho uiuit, minime probandus. Palam enim hic
difficiliter cum qualitate, tum substantia sua immutatur, ideoque aegre etiam confici-
tentur necesse est.

De pedestrium animalium sanguine.

Anguis omnis concoctioni rebellis, praecipue crassus & melancholicus,
qualis est bubulus. Leporinus ut suauissimus celebratur: apud plerosque
mos obtinuit ut cum iecore elixetur: quidam alij etiam uisceribus indunt.
Sunt qui suum quoque iuniorum sanguinem edant, ceu alij etiam adultero-
rum, quum fuerint castrati. Nam aprorum nemo ne gustare quidem tentauerit, pro-
pter nimiam insuauitatem, & concoctionis pertinaciam. Caprarum uero sanguinem
in cibo gratum esse ipse etiam Homerus nouit.

De alimento quod a uolatilibus sumitur animalibus.

Risca Graecorum gens omnes uolatiles bipedesque animantes ornithas appel-
lauit. Hac uero tempestate gallinae, quas ueteres alectoridas, uti gallos alex-
etionas uocabant, eo nomine significant. Autem porro omnium genus leuiss-
imum cibum praestat, si ad quadrupedes conferatur, in primis uero si ad suillam,
qua

A qua non aliud facile inuenias, quod ualentioris sit nutrimenti. Veruntamen eorum
quae uolatu fidunt, caro, ob facilem concoctionem praecipuam laudem meretur, ma-
ximeque perdicis, atagenis, columbae, gallorum gallinaceorum, & gallinarum. Tur-
dorum, merularum, paruorumque passerum, quo numero turriculae etiam uocati ha-
bentur, illis durior est: quas ipsas turturis, palumbi, anatisque caro duritate etiam supe-
rat. Phasianae gallinae concoctione pares sunt, & nutrimento, cibo etiam suauiores.
Dicitis omnibus durior, & concoqui contumacior, fibrosiorque pauonis pulpa. Illud
porro & ijs quae pedibus, & ijs quae uolatu magis nituntur, commune nosse oportet,
carnem etiamnum adolescentium longe praestantiorum quam iam aetate declinantium
esse: florentium, in utriusque medio haerere. Noxia uero est admodum nouellorum,
diuersaque ratione admodum uetulorum. Etenim horum dura, sicca & nervosa est ca-
ro: ideoque & concoctu pernicax, & exigui nutrimenti. Contra nuperime aeditorum
corpora, mucosa, eoque excrementis plena sunt: leuius tamen per aluum subeunt. Haec
in cunctis animalibus meminisse te uelim: communiter namque omnibus & ex a quo
haec differentiae, quas ab aetate sumpsimus, inhaerent. Quin & praeparationis ratio sa-
nitati accommoda, quam antea exposuimus, his quoque communis existit. Rursum
tamen breui formula repetetur, indicata tantum cuiusque modi facultate. Quippe
assa, ac in sartagine fricta, sicciora sunt: in aqua dulci elixa, humidius corpori alimen-
tum praebent. De ijs porro quae ex albo iure, uariisque patinarum condimentis estan-
tur, satis superius relatum est, ceu de domesticis quoque, ac syluestribus. Haud medi-
ocris uero differentia est inter ea quae in stagnis, aut paludibus, aut lacustribus de-
gunt, & ea quae in montibus aut siccis locis uagantur. Nam pro portione locorum,
animalium carnes aut siccae, & excrementis uacuae, ac concoctu faciles, aut humidae
& excrementitiae, concoctuque difficiles redduntur.

De anseribus, & struthocamelis.

Pud Graecos anseres uisitato nomine chenes ab antiquis etiam appellaban-
tur, sed struthocamelorum nomen ipsis insolens: eas namque *μεγαλας ερπυ-
θους* nominabant. Ego uero etiamnum adolescentulus sophistam quen-
dam ex eorum numero qui in utramuis partem disceptant, audiui utrun-
que de ijs ostendere conantem, nunc uidelicet haec animalia aues esse, nunc uero
non esse. At longe praestiterit, non in huiusmodi captiunculis otium terere, sed qua-
lemnam habeat eorum alimonia uirtutem inuestigare. Ex me ergo istud ubi audie-
ris, ab alijs, magno quidem ocio, an aues istiusmodi animalia uocanda sint, an non,
condiscas licebit. Ipsorum igitur caro excrementis abundat, & multo amplius con-
coctioni repugnat, quam praedictorum uolatilium animalium: eorum tamen alae alio-
rum alis non sunt deteriores. In multis namque uolatilibus, potissimum parujs, duraque
carne praeditis, aliarum natura fibrosa duraque est. In quibusdam etiam uniuersa caro ta-
lis est, ceu & in gruibus: quas ipsas tamen edunt, plurimis ante diebus aere maceran-
tes, quod tenerescant. Inter grues porro anseresque, tardarum, quae Graece *ετιδες* aut
ετιδης uocantur, caro quadantenus media est: utroque enim modo prima syllaba apud
Graecos & profertur & scribitur, tam per *ε* diphthongum, quam per *ω* uocalem.

De differentia partium quae in uolatilibus sunt animalibus.

In uolatilibus uiscera ad carnes eam proportionem obtinent, quam in pe-
destribus haberi retulimus. Intestina uero horum omnium prorsus cibo
sunt aliena, exceptis uentriculis: nam hi & edendo, & alendo sunt. Non-
nulli uero ex ipsis perquam etiam suaves, ceu anserum, ac deinde alulium
gallinarum. Quemadmodum autem suum iecori, ipsis adhuc uiuentibus, gratia quaedam
& suauitas ex caricarum pastu comparatur: ita anserum quoque iecur pabulo lacte con-
fuso saginari uideo: ut non modo iucundissimus sit cibus, sed etiam optimi alimentum
ac succi, & deiectione minime difficilis, & probae in uentriculo concoctionis. Anserinae
quoque alae nutritioni & concoctioni idoneae sunt: his uero magis ipsarum gallinarum.
Ceterum quum in iunioribus & adultioribus animalibus magnum sit carnis discrimen,

C in alarum quoque natura ex atate euidentior differentia conspicietur. De obesitate macris eadem est ratio. Ac iuniorum quidem probeque nutritorum caro praestantissima est, pessima macilentorum, & uetulorum. Pedes paulo minus omnium cibo inepti. Gallorum gallinaceorum cristas ac palearia non est quod laudes aut damnes. Testes horum maxime probantur, praecipue altissimi: qui ipsi deliciae sunt, quum escis seroso lacte conspersis saginati galli fuerint: nam & bonum succum ac alimoniam praestant, & facillime concoquuntur: defectione tamen nec iuuant, nec impediunt. Sunt praeterea uolatilium parua cerebella multo quam pedestrium meliora, quanto uidelicet duriora. Inter ea uero quae uolatu fidunt, motana praestantius quam palustria cerebrum habent. Eadem in alijs omnibus partibus est proportio. Falso quidam struthocamelum uentriculum praedicant, tanquam unum ex medicinis concoctionem adiuuantibus. Alij uero longe magis uentriculum mergi. Verum haec neque ipsa facile concoquuntur, neque alijs in hoc ceu medicamenta auxiliant, ueluti zingiber, & piper, aliaque ratione uinum & acetum. Praeter haec autem si de uolatilium animalium lingua rostroque tentem dicere, quae nemo qualia sint ignorat, merito nugae me persequi quisquam sit obiecturus.

De ouis.

Va quoque inter alimenta quae ab animalibus sumuntur, numeranda sunt, in tres differentias partita. Harum una est a propria substantia: siquidem gallinarum ac phasianarum in his meliora sunt: anserum ac struthocamelorum deteriora. Secunda est, per quam, recentia an uetera sint, consideramus. Tertia penes cocturae rationem uersatur: nam quaedam affatim coquuntur, a Graecis ephtha, id est cocta uocata: alia ad mediocre usque consistentiam: tremulaque dicuntur, Graecis trometa. Alia duntaxat incalescunt, quae sorbilia uocamus. Tremula, molliaue, omnium bellissime nutriunt. Sorbilia minus id praestant, sed expeditius descendunt, ac gutturis scabritiem leuigant. Cocta seu dura difficilis sunt concoctionis, & tardi transitus, crassamque alimoniam corpori exhibent. Quae uero in feruentibus cineribus assantur, longe adhuc tardioris sunt meatus, & crassioris succi. Quae in sartagine ad crassitiam usque friguntur, eoque a Graecis tagenista appellantur, deterrimi omnino sunt alimentum. Dum namque concoquuntur, nidorem ac fimum addunt: succusque ex ijs prognatus, non solum crassus, uerum etiam prauus & excrementitius est. Duris assisque praestant quae peculiari quodam cocturae modo suffocantur, pnictha ob id a Graecis uocata. Ratio apparandi sic habet. Consparguntur oleo, garo, & momento uini: mox uas quo continentur, aheni aquae calidae imponitur, superne undique operculatum: deinde lento igne usque ad mediocre crassamentum coquuntur. Nam plus aequo conspissata, a duris & assis nihil differunt. Quae uero ad mediocre crassamentum perueniunt, & melius quam dura concoquuntur, & corpori praestantius alimentum praestant. Hanc consistentiae mediocritatem ex ijs quae sursum in ollae labra effunduntur, erit colligere: quae ut indurentur, non est committendum: sed quum adhuc succum suum seruant, olla ab igne remouenda erit. Recentium porro ouorum ad uetera non mediocris est differentia: quippe optima sunt recentissima: pessima perquam diu asseruata. Quae uero in horum excessuum medio statuuntur, pro portione recessus ab extremis, bonitate aut prauitate inter se differunt.

De uolatilium animalium sanguine.

Gallinarum ac columbarum sanguine nonnulli uescuntur, maxime altissimi. Nec enim suillo inferior est, siue suauitatem, siue concoctionis facilitatem spectes, longe tamen cedit leporino. Omnis porro sanguis concoctu peritina est, & excrementitius, quocumque paretur modo.

De nutrimento quod ab aquatilibus animalibus sumitur.

Animalium in aquis degentium permulta sunt genera: in quibus ijs uariae differentiae ac species. Nunc uero quae in ipsis ad uisum medicinale seu salubre utilia inueniantur, referemus. Ergo de omnibus quae assiduò in usu cibario sunt, sicut ante fecimus, nunc sumus tractaturi.

De mugile.

De mugile.

In squamatorum piscium genere mugil censetur, non tantum in mari, uerum etiam in stagnis ac fluuijs nascens. Ideoque magnum est mugilum inter se discrimen, adeo ut pelagus ab eo qui in fluminibus, stagnis, lacubus aut chloacis, urbium sordes ac latrinas expurgantibus, manserat, diuersi generis esse uideatur. Piscium namque in coenosis aquis sordidisque uersantium excrementa, ac mucosa admodum est caro. Optima eorum qui in puro natant mari, maxime quum uentorum aestu agitato attollitur. Nam in silente, nullisque agitato fluctibus, tanto piscium caro uisior est, quanto minus exercitata. In falsis stagnis, quas limnothalassas Graeci appellant, hac etiam peior, atque hac magis in ipsis stagnis. Quae si exito profecto magis noxia erunt. Quod si nihil omnino affluat aqua, nec defluat, sed stagnum reses planè immotumque maneat, maiorem in modum id piscibus incommodabit. De ijs porro qui in paludibus lacubusque capiuntur, atque id genus locis, ab initio mentione fecimus: nam qui indidem uersantur, carne longe pessima constant. Fluuiatilium meliores sunt qui in rapida ac multiflua aqua faugantur: in stagnante nequaquam boni. Ipso praeterea pastu pisces meliores peiores uel euadunt. Nam quibusdam herbarum ac bonarum radicum copia suppetit: ijsque praestantiores eam ob causam sunt. Alij herbis pascuntur limosis, maliisque succi radicibus. Sunt qui in fluminibus populosarum urbium, hominum stercorebus & prauis id genus escis uictitant: qui, ut dictum est, extremum prauitatis gradum tenent. Si namque mortuos aliquandiu asserues, ilico putrescent, & terribilium audent odorem. Sunt hi & cibo prorsus insuaues, & concoctu difficiles, parumque boni alimenti, excrementi plurimum reddunt. Quare mirum non est, si prauum succum in eorum corporibus, qui quotidie illis uescuntur, coegerant. Hi ergo deterrimi. Sunt contra, ut diximus, optimi qui in purissimo mari natant, maxime ubi littus nec terrosus, nec leue aqua cingit, sed aut asperum, aut arenosum. Si uero uentum insuper spectet Aquilonarem, pisces longe erunt meliores. Nam quum ad succi probitatem unicuique animanti haud leuiter peculiaris exercitia conducant, amplius etiam flatuum qui aquis permiscetur, puritas, horum piscium augebit bonitatem. Ex quibus perspicuum est, in eo etiam mari praestare, quod aut omnino purum sit, aut magnis multisque fluminibus adulteratum, ueluti Pontus. Nam huius pisces quanto stagnales antecellunt, tanto alijs in puro mari degentibus sunt inferiores. Inueniuntur & stagna quaedam huiusmodi, quas limnothalassas uocant, ubi uidelicet fluuius ingens mari coniunctus stagnum efficit. Quin etiam absque hoc ut stagnet fluuius, quo primum loco is mari miscetur, mista quoque ex salia & dulci aqua inuenitur. Caro autem piscium illic uersantium, inter fluuiatilium & marinorum piscium carnem media euadit. Hic porro sermo alijs piscibus qui in fluminibus, & stagnis, & mari degunt, communis esto: nam bona eorum pars non ambigit: quum marini fluuialem aquam perpetuo uitent, fluuiatiles ac stagnales marinam. Mugilis uero inter omnes maxime utrisque aquis uisior, eaque natura est, ut possit aduersus fluminis impetum longo a mari interuallo ferri. Hic mugil numerosas ac paruulas spinas non habet, uti nec alius quisquam marinorum piscium. Contra qui est fluuijs aut stagnis mare ingreditur, non secus ac congeneres, plenus est huiusmodi spinarum. Quippe omnium piscium caro, qui in stagnis agunt aut fluminibus, exilibus spinis stipatur, marinis eas non habentibus. Quo namque loco ingentis fluminis ostia mari committuntur, contingit identidem ut fluuiatiles in mari, & marini in flumine capiantur, ex eo cogniti, quod illiusmodi spinas aut numerosas, aut omnino nullas habent. Itaque fluuiatilium pauci in mare tranant: at marini omnes dulcibus gaudent aquis. Continuò autem & gustus mandenti tibi praestantiorum mugilem indicabit. Lucundior namque ipsius est caro, cum quadam acrimonia, citraque pinguedinem. Pingues contra & soluti saporis, tum ci-

BB 4

C bo, tum concoctu deteriores sunt, præterea stomacho infesti, succoq; inutiles. Quæ propter cū origano ipsos parant. Quidam uero nostrates quosdam in fluuijs natos pisces leuciscos nominant, diuersi à mugile generis eos esse opinantes: cetera tamen omnino mugili similes, candidiore duntaxat ac minore capite, gustuq; magis acuto. In alendo autem eandem obtinent facultatem, quam fluuiatili mugili inesse retuli: adeo ut de nomine duntaxat, non de re disceptatio esse uideatur. Dicam ergo quod nouisse magis sit ex usu. Hic piscis unus ex eorum est numero, qui sale afferuntur: multoq; ex hoc stagnalis præstantior quàm antè erat redditur. Quicquid enim fordidum aut uirosum gustu refert, id totum per saluginè amittit. Verù recens salicus, inueterato gratior est. Cæterum de salitis piscibus paulò post communis habebitur sermo, sicut & de ijs qui niue obruti macerantur.

De lupo, seu laurace.

M Vnc piscem in dulcibus aquis natum non uidimus, sed è mari in flumina se aut stagna inuidentem conspeximus. Ideoq; prauus ac aliquantulum li- mosus aliquando inucnitur, ut frequenter mugil. Non uirat falsa stagna, nec fluminum ostia, quamuis ex pelagiorum numero sit. Sic porro eos pi- sces appellitant Græci, qui in altum mare secedunt. Alimentum tam ex hoc, quàm ex alijs omnibus proueniens piscibus, tenuiorem generat sanguinem, quàm pedes- trium animalium caro, sic ut non admodum nutriat, & celerius per halitum digeratur. Cæterum quoniã uocabulum hoc, tenuius, nunc de duabus inter se collatis res- bus dicimus, nunc citra comparisonem, scire licet, quum absque addito simpliciter proferimus, ad sanguinè mediã inter extrema consistentiã comparationè spectare. Extremæ porro prauitatis, quod ad consistentiam pertinet, sanguis est tum cra- ssius uti pix liquida, tum adeo serosus, ut è uena effusus ubi concreuerit, plurimum habet at aquosæ humiditatis supernatantis. Laudatissimus uero est qui in horù medio con- sistit, procreatus ex pane optime, ut primo libro præcepimus, preparato, & uolatilibus quæ diximus animalibus, perdicibus, alijsq; id genus. Quibus ex marinis piscibus pelagij proximi sunt.

De mullo, seu trigla.

M Ie quoque pelagij annumeratur piscibus, præcipue apud homines nobis- litatis: quoniã inter omnes summa cum uoluptate manditur. Omnium ferme aliorum durissimã habet carnem, impendioq; friabilem: quod pen- inde est ac si dicas, neq; glutinosam, neq; pinguem. Ea q; ex parte cunctis alijs præstantius nutrit, dummodo probè concoquatur. Diximus porro antea quoq; duriores cibos parteis magis crassas habere, & ut quispiam dixerit, terrestres, eoq; ro- bustius alimentum corpori præstare, quàm humida molliãque, si quidem ipsorum substantia alendo corpori propria sit, ac familiaris: id quod delectatio ipsa rectè iudicabit. Nam edulia quæ tota natura ab aliti animalis substantia dissident, ea aut omnia- no in cibum non ueniunt, aut insuauiter sanè eduntur. Ex familiaribus uero cibus hu- midior ut minus nutrit, ita & facilius cõcoquitur, & in uniuersum corpus digeritur. Ergo nulli caro iucundi saporis est, utpote homini natura sua familiaris. Quamquã autem alijs piscibus durior, quotidie tamen edi potest, quoniã friabilis, & sine pin- gui est, quadam cū acrimonia. Quippe pinguis & glutinosa cibaria primo esu pro- tinus nos explent ac satiant, ciborumq; gustu deiciunt: & quod maius est, complu- ribus deinceps diebus ab illorum gustu abhorremus. Nulli iecur à gulæ proceribus mirabilem in modum uoluptatis nomine cõmendatur. Quidam uero ipsum ne per- se quidem solum edendum censent, sed gareleo quod uocât in uase preparato, cum pauillo uini uiscus in eo tantisper distent, dum ex uniuersa eius substantia & pre- parato liquamine unus ac similis succus, quantũ sensu possis iudicare, factus esse uideatur, in hoc intincta nulli pulpa uescuntur. At mihi profectò nequaquam tantè suauitatis esse uisum est, ut cum honorem mereatur, neq; tam insignem corpori tra- litatem

A litatem conferre, uti nec ipsum caput, quanquã hoc quoq; laudant ganeones, ac se- cundas à iecore ferre prædicat. Cæterũ intelligere nequeo, cur permulti grãdissimos mullos empitent, quũ nec adeo suauis sint carne, ut parui: nec concoctu facili, utpote prædura. Itaq; quũ aliquando quendam ingenti pecunia prægrandes mullos emen- tem interrogare, cuius rei gratia illos tantopere expeteret, respondit iecoris in primis magnitudinem, capitisq; in illis quari. Verum hæc de nullis dixisse nobis suffecerit, ut qui utilitatem in sermone proprie præcipueq; spectemus. Laudatissimi nulli in puro mari gignuntur, ceu alijs omnes pisces. Verum alimenta quoq; si bona sint, multum illis ad bonitatem conferre poterunt. Nam qui cancellis uiscitant, & grauius olent, & insuaues, ac cõcoctu difficiles sunt, improbiq; succi. Hos porro di- gnosces prius quidem quàm uescare, uentre reuoluto apertoq; inter uescendum ue- ro, ipso statim gustu ac olfactu.

De saxatilibus piscibus.

S Carum, merulam, turdum, iuliam, ficedulam, percam, saxatiles appellant pisces, à locis in quibus diuersantur. Haud enim in leuibus, aut arenosis, aut terreis littoribus mansitant, sed aut saxosis in locis, aut circa promonto- ria delitescunt ac parunt. Inter hos scarus gulæ principatum obtinere cre- ditur. Secundum hunc merulæ ac turdi, tertio loco iuliæ, ficedulæ, ac percæ. Eorum porro alimonia non modò concoctu facilis est, uerumetiam hominum corporibus sa- luberrima, ut quæ mediã constitutionis sanguinem procreet. Medium autem uoco qui neq; admodum tenuis est, neque aquosus, neq; impendiò crassus. At quum non mediocris huius medijs sit latitudo, de ipsius differentijs suo loco differemus.

De gobione.

G Obio littoralis est piscis, ex eorũ numero qui parui perpetuò manent. Sua uissimus, ac concoctu facillimus, simulq; ad distributionem & succi boni- ratem optime cõparatus est, qui in arenosis littoribus aut saxosis promon- torijs uiuit. At qui in fluminum ostijs, aut stagnis, aut salis stagnis natat, non perinde suauis est, nec probi succi, nec concoctu facilis. Quod si cœnosa quoq; sit aqua, aut fluuius totius oppidi sordibus infectus, deterrimus hinc gobio erit cõsen- dus, ceu alijs omnes pisces qui in [huiuscemodi] aquis uersantur. Meritò igitur in sa- xatilibus piscibus nullum inter congeneres manifestum discrimen inuenitur, ut qui perpetuò in purissimo mari manent, ac tam prædulcem aquam, quàm eam quæ ex falsa dulciq; commista est, uident. Quod post istos pelagij quoq; cõcessum est. Neq; enim hi ipsi permultum à se inuicem distant, ut qui in utrisq; aquis ambigunt. In ho- rum nanque genere optimi sunt qui in purissimo mari natant. Contrã pessimi, qui in fluminibus urbes expurgantibus. Medijs medio ad hos se habent modo. Hæc porro supra etiã diximus, quũ de mugile ageremus. Cæterũ gobij caro ut carne saxatiliũ du- rior est, ita mollior quàm nulli. Ergo pro huius portione uescentiũ corpus enutriet.

De piscibus molli carne præditis.

P Hilotimus in tertio de alimentis libro, de piscibus quos Græci à molli car- ne malacosarcos nominant, sic ad uerbum scripsit: Gobio, fycides, iuliã, perca, murana, turdus, merula, lacertus, ad hæc asinus, hamia, hepatus, ci- tharus, umbra, atq; uniuersum eorum genus quæ molli carne sunt prædi- ta, facilius quàm alijs pisces cõficiuntur. Dignum ergo admiratione est, cur scarũ præ- terierit, qui inter saxatiles pisces primas tenet, quibus omnibus mollior & friabilior adest caro quàm reliquis piscibus. Quidam enim in his molli quidem carne cõstant, sed minime friabili, nempe inserto glutinoso quoqiã ac pingui succo. [Alij nihil glu- tinosum ac pingue habentes] in hoc quidem cum saxatilibus conueniunt, sed quod ad carnis duritiem pertinet, differunt. Huiusmodi sunt omnes propemodum pelagij pisces, nisi qui sint noxij alimentis propriam carnẽ corruptentes, ut nulli cancellis pasti. Sunt porro hæc animalcula perexiguus cancris similia, colore flauo. Saxatiles;

C nec ciborum, nec locorum uarietate capiuntur, nec dulces ingrediuntur aquas: ideoque perpetuo omnes integri & inculpati manent. Asini autem, quos Philotimus nominauit, ab alijs dicti aselli, si quidem probo alimento, & puro utantur mari, cum saxatilibus de carnis bonitate certare queant. At qui corruptis implentur cibis, aut in aquis mistis, ipsi maxime uitiosis diuersantur, carnis quidem mollitiem non abijciunt, uerum praeter eam pinguitudinem quoque ac lentorem acquirunt. Quocirca & minoris in cibo sunt suauitatis, & alimoniam excrementitiam reddunt. De omnibus porro piscibus id communiter, ut diximus, memoria tenere oportet, pessimos scilicet gigni in fluuiorum ostijs, quando in eos latinarum, aut culinarum, aut balneorum, aut uestium, ac linteorum sordes corruantur, aut si qua sunt in urbibus alia quae fluminis alluuium purgari postulant, & potissimum ubi populosa urbs fuerit. Quin ipsius quoque muranae, in id genus aquae educatae, caro deterrima inuenitur, & quamuis flumina eam subintrare non constat, aut usquam in stagnis gigni, summum tamen noxia in huiusmodi fluminum ostijs, qualis est Tyberis Romam praeterfluens, inuenitur: quamobrem omnium ferè marinorum piscium uilissimo uenit, ceu alij quoque pisces qui eodem in flumine nascuntur, quos nonnulli tyberinos appellant, quasi peculiarem sibi speciem habeant, quae nulli ex marinis similis sit. Sordium porro ex urbe confluentium colluuiem perquam uitiosos pisces efficere uel inde discas, quod ex eadem specie praestantiores sint, qui in eodem flumine antequam in urbem perueniat, sunt educati. Quin & alius fluuius Nar appellatus, in Tyberim se plus minus trecentis quinquaginta ab urbe stadijs uoluens, eodem pisces longe quam Tyberis fert meliores: quandoquidem & ab ipso statim fonte ingens oritur, & purus perpetuo decliui rapidoque fluxu in ipsum usque Tyberim procurrit, ut nusquam in stagnum ne minimum quidem degeneret. Itaque qui ex longa ac familiari consuetudine uernaculorum piscium naturam callent, nihil illi nouum dicitis ad eos explorandos egent. At quibus nouus aut infrequens est eorum usus, siue aduenae, siue incolae sint, ipsi huiusmodi omnia protinus ab initio erunt inuestiganda, prius quam in seipsis de cuiusque natura periculum faciant. Quare Philotimus haec oportebat simpliciter de omnibus simul qui molli carne sunt piscibus mentionem facere, neque saxatiles una cum alijs indiscriminatim permiscere: hi namque perpetuo operamini sunt: quod asellis minime donatum est, nec muranis, ut ne gobionibus quidem. Etenim quidam ex his in fluuijs & stagnis, quidam in mari producuntur, alij in salinis uocatis stagnis, aut omnino confusis aquis, ubi ingens fluminis ostia mari committuntur. Hac ergo ratione particulatim longe lateque eiusdem generis pisces inter se distident, ut mugilis sane & murana. Aselli his quidem minus, ueruntamen ipsi quoque non mediocriter inter se discrepant. Caeterum gobij non perinde mollem ac ceteros & saxatiles pisces carnem habent, ueluti nec umbræ, quae Graijs tam scinides, quam sciaenae nuncupantur. De citharis quid Philotimo in mentem uenerit, uehementer demiror: Rombus enim illis persimilis, molliori constat carne, quamuis asello longe sit inferior. Et hos igitur, & piscem qui hepatus a Graecis uocatur, atque alios quoscumque Philotimus cum saxatilibus & asellis permiscuit, in medio piscium duræ carnis ac mollis positos esse scito. Nondum enim duram omnino carnem obtinent, & ab ipsi qui eam exacte mollem habent, recedunt: quibus & lingulacam Philotimus annumerare omisit, ceu saxatilibus scarum: nisi sane psitta nomine lingulacam inchoat ligat. Similes enim quodammodo inter se sunt psitta & lingulaca: non tamen eadem omnino generis. Haec namque mollior est, & cibo suauior, ac in totum praestantior quam psitta. Praeterea lacerti medij quadantenus sunt inter pisces molli carne ac dura carne praeditos. Veruntamen nullus est dictorum piscium qui acetum, aut sinapi, aut origanum poscat, ueluti pingues, lenti, ac duri. Nonnulli praeterea frictis in sartagine uestuntur: alij assant, aut in patinis condiunt, ceu rombum, & citharum. Verum hi cocorum operari ac praelati in patinis apparatus, cruditate in totum carere sunt. Summopere uero concoctionem iuuat albi iuris confectio, quae in hunc habitet modum. Copiosa in aeneum uas infusa aqua, olei quod satis sit inijecto, eum ane-

A thi & porri pauillo: deinde quum haec ad dimidium cocta fuerint, salis tantum addidero, quod totum ius falsum non efficiat. Haec praeparatio ipsi etiam qui se a morbo recolos pisces esse licet, aut etiam in craticula assos. Atque hi sane oleum garumque cum uini momento exposcunt. Frictis plus uini garique addere conuenit, minus olei. Si qui uero sunt quibus hoc stomachum subuertat, paratum habeant acetum, modicum in se gari piperisque recipiens. Nam qui his in cibo utuntur, & rectius concoquunt, & deiectionum sumunt, plerisque piper immittentibus, paucis oleum. Nonnulli autem ex memoratis piscibus, qui frictis puri salis callus inspersus fuerit, in cibo gratissimi sunt, & concocito meliores, stomachoque utiliores ita instructi, quam quouis alio modo, redduntur. Dictorum porro omnium piscium alimoniam hominibus ociosis, senibus, infirmis, & qui a morbo recreantur, est accommodatissima. At exercitijs dediti, robustiores exposculant cibos: de quibus supra differuimus. Iam porro saepenumero diximus, molles & friabiles cibos sanitati quammaxime congruere: quippe qui omnium optimos pariant succos. Nullum enim maius aptiusque ad tuendam sanitatem succorum probitate adminiculum inueniri possit.

De piscibus duræ carnis.

His quoque in secundo de alimentis libro ad uerbum sic scripsit Philotimus: Dracones, cuculi, musteli, scorpij, phagri, ad haec trachuri, & mulli; ac rursum orphi, glauci, scari, canes, cogri, hamiae, libellae, omnesque duræ carnis pisces difficulter conficiuntur, & crassos saliosque humores remittunt. Haec sane sunt Philotimi uerba. Nos uero singula quae in his recensentur, ab ipso initio diligenter expendamus. Ergo dracones quidem ac cuculos quibus etiam alimentum duræ carnis pisces esse palam sit sensurus. Mustelorum uero non una est species. Nam galaxius a Romanis uocatus piscis, qui in summo apud eos precio habetur, mustelini generis est: qui in Graeco mari nunquam nasci uisus est. Ideoque Philotimo ipsum incongnitum fuisse apparet. In Graecis porro exemplaribus dupliciter musteli nomen scriptum inuenitur, modo galæus, per tres syllabas: modo galeonymus, per quinque. Et licet sane, celebrem illum apud Romanos galaxium in eorum numero qui molli carne constant, habendum esse. Reliqui musteli dura magis carne praediti sunt. Deinceps autem scorpium, trachurum, mullum, orphum, glaucum, inter duræ carnis pisces Philotimus recte connumerat. At simul cum illis scarum perperam recensuit, quum hic inter saxatiles ponendus sit. Post haec canem adscribit, qui cetacei potius est generis, dura atque excrementitia carne. Quapropter in partes sectus, ac salitus, ferè non nisi uulgarium hominum est cibus. Ingrati enim saporis est, & sordidus, ac multum hoc item genere sunt balenæ, delphinæ, phocæ. Ad quos proximè ingentes accedunt thunnæ: quanquam non eiusdem in cibo uoluptatis. Sunt enim insuaues hi, maximeque recentes: nam falsi sapidiore euadunt. Thunnorum caro, qui & ætate & corporis mole minores sunt, non perinde dura est, eoque hi commodius quoque perficiuntur, hisque magis pelamides, quae sale conditæ uix laudatissimis falsamentis cedunt. Plurimæ hæc ex Ponto aduehunt, sardicis duntaxat inferiores. Haec namque falsamenta in summo precio haud immerito habentur, quoniam carne & molliuscule sunt, & mirifice gustum delectant. Vocantur autem passim usitato nomine huiusmodi falsameta, sardica. Post sardas ac pelamides myli ex Ponto aduecti precipue commendantur. Proxima laus est coracinarum. Haec itaque extra rem obiterque de salitis piscibus sint dicta. Libellas porro haud perperam Philotimus inter pisces duræ carnis commemorauit: uerum unam earum quoque insuauitatis mentionem facere oportebat, ceu aliorum quoque piscium quos omnino praetermisit. Congrum uero, pagrum, hamiam, & aquilam recte duram carnem habentibus annumerauit. Suntque alij quidam, ut ipse inquit, duræ carnis pi-

C fces, quorum nomina dicere superfedo, quoniam non in frequenti hominum usu habentur. Quare satius est, nos quoque omnis nominibus ipsorum uirtutes contemplari. Haud ergo male censuit Philotimus, duræ carnis pisces difficilius quam mollis confici. Siquidem tum coactio quæ in uentriculo administratur, tum assimilatio quæ in qualibet corporis sit particula, in mollibus leuius succedit, contra in duris ægrius. Illæ namque functiones citra alterationem non perficiuntur. Quo autem quidem mollius, eo promptius alteratur: quandoquidem ad patiendum est accommodatius. Nihil uero aliud est alteratio, quam rerum alterascentium affectio. Proinde uerè dictum est, pisces duræ carnis difficilius peragi: uereque & illud, quod crassum succum gignant. Durior namque cibis crassioris itidem est substantiæ, ceu mollior tenuioris. An autem salsum quoque succum dura cibaria procreent, deinceps erit considerandum. Quippe Philotimus, sicut & eius præceptor Praxagoras, salsum succum ex ijs quæ supra modum exalfaciunt, generari tradit. Mihi uero non simpliciter, sed distinctus cautiusque id pronuntians uidetur. Quoniam uero quæstio hæc ad omnia dura cibaria communiter pertinet, proprio illam capite seorsum deinceps discutiamus.

An dura omnia per decoctionem salfos succos gignant.

Non solum in piscibus duræ carnis, sed in quibusuis quoque duris edulsijs Praxagoras ac Philotimus salsum humorè ex ampliore decoctione gigni arbitrantur. Neque uero hunc salsum modò appellant, sed etiam nitrosum. Enim uero ego in permultis, aut si uis etiã in omnibus, usu uenire id uideo, quanto uidelicet diutius unum quodque elixatur, tanto eius decoctum salsius euadere: tandem uero aliquando & amarum, ut ipsis placet: solidum autem corpus in aqua elixatum, qualitates quas initio habuit, exuere, ita ut tandem sequale & aquosum reddatur citra ullum salitatis, amaritudinis, acrimoniæ, aut constrictionis intellectum. Clarius porò huiusce rei ueritatem cernes, si quippiam, quod duncum uideatur, in alteram aquam translatum, secundo decoxeris. Inuenies namque id quod decoquitur, propriam amittere qualitatem, aquamque ipsam eam in se recipere. Quamobrem lupinum, quod inter cereales censetur cibos, aqua amaritudine inficit: quandoquidem & ipsum congeneritum in se amarum qualitatem continet. Sic & eruum, absinthium, abrotanum, postea & alia quæcunque amari sunt gustus. At solidum corpus quod decoquitur, minus amarum apparct. Quod si in alteram transferens aquam, rursus ipsum decoxeris uti modo retuli, magis etiam ac magis amarorè abijcere deprehendes. Tertio uero quæstio uero translato, longè item magis quam prius spoliabitur, adeo ut tandem omni priore sus amaritudine sit cariturum. Ad eundem modum quæcunque acria sunt, ut allium, cepa, porrum, aquam in qua bullierunt, manifeste acrimè reddunt: at proprium illorum corpus minus acrimè efficitur. Iterum uero atque iterum in aliam aquam transmissa, omni priore sus acrimonia priuantur. Quin etiã mala acerbata, melspila, & pira syluestria quanto magis coquas, tanto efficias dulciora, ipsa uero decoctum acerbius. Cæterum si soli per se decoquantur succi, primum ipsi saliores, postea amari etiã fient. Quamobrem illa Praxagoræ ac Philotimi opinio nequaquam reiicienda erit, si de succis duntaxat intellegatur. Nam de solidis corporibus contra est existimandum. Etenim si, ut paulo ante diximus, ex prima aqua in secundam ipsa transferas, mox rursus in tertiam, aut etiam quartam, comperies priorem saporem deponere, ut gustantibus sequalia, seu insipida aqueaque sint apparitura. Quod si aquam non mutas, primo decoctum necesse est salsius apparebit, postea uero amarius. Verum si ipsum in primis Praxagoræ erroris occasione dedisse uidetur, ut quod coctionis tempore salsius reddatur: qui hoc intellexit, si sal aut garum in principio condituræ in aquam iniiciatur, necessario procedente coctione liquamen salsum euasurum, ceu etiam si nulla alia re immixta minimè salis puræ ac dulci aquæ commisceas. Nam ea quoque serues facta salior reddetur. Quod uero hoc miramur, quum optima aqua longius decocta salsum & ipsa qualitate tempore accipiat.

De animalibus

De animalibus testatis.



Quoniam quidem id quo totum animalis cuiusque corpus ceu adnato quodam uestimento tegitur, cutis appellatur, eique buccinorum, purpuræ, ostræorum, hiatulæ, & quæcunque huiusmodi sunt, tegumentum proportionem respondet: idcirco hæc animalia ostracodema à Græcis sunt appellata. Nam testæ omnino aut lapidi simile est operimentum illud quo foris obducuntur. Omnibus porò illis commune est, ut salsum in carne succum contineant, alium uero: quod seorsum unicuique magis minus ue inest pro qualitatis ac quantitatis modo. Siquidem ostrea inter alia testacea mollissima constant carne. At parua chamulæ, uertibula, solenes, purpure, buccina, omniaque huiusmodi dura carne compacta sunt. Non ergo abs re ostræa aluum subducunt efficacius, nostrum autem corpus imbecillius nutriunt. Dura uero difficilius quidem concoquuntur, sed firmiter sunt nutrimenti. Atque hæc sanè omnia elixantur: solas ostræas citra cocturam esse licet. Sunt qui in sartagine frigrant. Quemadmodum autem in testatis animalibus [quæ dura sunt] difficilem concoctum carnem obtinent, ita etiam corruptu minime facilem. Qua de re consulto ijs sæpenumero ea exhibuimus, quibus cibi in uentriculo corumpuntur, siue ob prauos succos exiecore in eum confluentes, siue ipsius tunicis adhaerentes. Habent autem omnia, uti diximus, salsum in se succum, uentri mouendo idoneum: sed minus quæ dura carne sunt, quam ostrea: ideoque cibum corruptentibus ea offerimus, bis aut ter in laudatissima aqua elixantes: nempe quum prior iam falsa apparuerit, in aliam puram transferentes. Ceterum ex his crudus appellatus succus maiorem in modum generatur, ut ex ijs quæ molli sunt carne, pituita. Quemadmodum igitur illorum salso succo spoliatorum caro ut corruptu quidem difficilis, ita alio sistende idonea euasit: sic & liquamen ipsorum si sale aut garo conditum (quod in hiatalis consuetum est fieri) bibatur, uentrem abunde subducet, sed nullam corpori alimoniam est exhibiturum.

De crustatis.



Astaci, paguri, cancri, locustæ, carides, gamari, ac id genus alia tenui testamento cluduntur, duritieque testaceis similia sunt: sed minus quam illa salis humoris continent: quamquam illius non exiguam habent portionem. Dura in totum carne constant: ideoque & concoctu pertinacia sunt, & firmi alimentum, in dulci uidelicet aqua prædecocta. Aluum quoque horum caro, ceu ostræorum, continet, posteaquam in aqua salisuginem abiecerit, & quo præcepimus modo fuerit decocta. Proinde & hæc corruptioni non secus ac testacea duræ carnis repugnant.

De mollibus.



Mollia uocantur quæ neque squamas, neque asperam aut testaceam habent cutem, sed mollem, instar humanæ: cuius generis sunt polypi, sepia, lolliginæ, quæque his sunt consimilia. Hæc ergo quoniam neque squameum, neque asperum, neque testaceum tegmen gerunt, mollia tangenti apparent. Attamen duræ carnis sunt, & difficilis concoctionis, exiguum in se salsum succum continentia. Si uero concoquantur, alimentum non contemnendum corpori exhibebunt. Cæterum hæc quoque crudi humoris copiam gignant.

De cartilagineis.



Aspera atque noctu splendicans horum animalium est cutis: ideoque nonnulli selachia Græcis nominata esse autumant, ἀπό τοῦ σέλας ἕνεκα, hoc est quia splendorem ædant. Mollis intus carne constant torpedo & pastinaca, ceu utique & suauis, & mediocriter per uentrem subeunte, nec concoctu difficili. Nutriunt item non in postremis, ceu alia quoque omnia quæ carne molli prædita sunt. Cunctis porò id commune est, ut mediæ partes illis quæ proxime pertinent ad caudam, carnosiores existant, id quod in torpedine præcipue est cernere. Huius namque animalis medium instar cartilaginis flaccidum tenerumque apparet. Rara autem, leuis

CC

C raia, Squatina, omniaque huiusmodi duriora sunt & concoctu pertinaciora, cibi que ualentioris quam torpedo aut pastinaca.

De cetaceis animalibus.

D iximus iam ante de cetaceis ex mari animalibus: in quo numero phoca, balena, delphines, libellaeque habentur, ac grandiores thynni: ad haec canes, quaeque his similia sunt: de quibus nunc breuiter dixerim, omnia ea duram, prauis succi, & excrementitiam carnem habere. Quapropter sale macerata ut plurimum eduntur, quod tenuior sit alimonia ex ijs per corpus digerenda, eoque concoctioni & in sanguinem permutationi accommodatior. Nam recens horum caro ni probe concoquatur, crudorum succorum copiam in uenis suggerit.

De marinis echinis.

E x mulso & garo eduntur hi alui subducendae gratia. Parantur & in patinis, ouis, pipere melleque adiectis. Imbecillis sunt alimentum, in eorum quae humores extenuant ac incrassant, medio constituti.

De melle.

A limento materia haecenus tradita, duobus in uniuersum generibus continetur: quorum uno plantas, altero animantes sumus complexi. Ab utroque uero mellis separata est natura. Fit enim in plantarum folijs: neque succus earum, neque fructus, neque pars ullo pacto dici potest, sed eiusdem cum rore generis est: non ita tamen assiduus, nec copiose prouenit. Memini aliquando in aestate super arborum herbarumque folia mellis quam plurimum repertum fuisse, ut gaudio exultantes rustici cantaret, Iupiter melle pluit. Praecesserat autem nox, ut per aestatem, satis frigida (nam tum anni aestiuum tempus erat) pridieque calida & sicca fuerat aeris constitutio. Quamobrem peritis naturae interpretibus halitus e terra atque aquis prodeuntes, solis calore exacte attenuati ac cocti, a frigore secutae noctis in unum coacti ac densati fuisse uidebantur. Sed apud nos raro id accidit, in monte autem Libano quotannis persaepe, adeo ut expanis super terram uelleribus mel a concussis arboribus decidens excipientes, ollas ac fictilia plena referant: uocantque id roscidum mel, aut aerium. Proinde liquet materiam ex qua mel generatur, rori congenerem esse. Videtur autem & ex plantis, in quarum folijs mel colligitur, boni malique quidpiam posse acquirere. Ideoque laudatissimum in locis thymo aliisque herbis sicci temperamenti praedense consitis inuenitur: quia tenuioribus partibus constitit mel in huiusmodi plantis collectum. Quapropter in bilem quoque facile in calidis corporibus id uertitur. Frigidis uero, siue per aetatem, siue morbum, siue naturam ita se habeant, accommodatissimum est: ideoque in sanguinem mutatum, nutrire ipsa potest. Contra in calidis prius quam in sanguinem uertatur, ad bilis naturam transit. Quoniam autem tenuium partium est, necessario etiam acre sentitur: ideoque aluum ad excretionem proritat. Verum ad distributionem & concoctionem ablata acrimonia conuenientissimum efficitur: quae optime auferetur, si primum multum illi aquae admisceas, ac deinde tantisper coquas, dum spumare cesset: oportet autem spumam assiduam mox quam emerferit, detergere. Nam hac parandi ratione acrimonia spoliatum, neque amplius aluum ad excretionem impellens, haud segniter in corpus digeritur. Melicratum uero paulisper, aut nihil omnino coctum, ad descensum properat ante quam concoqui, & in corpus distribui, & nutrire hoc possit. Praeterea in eo differunt, quod mel non plene coctum, uentrem ac intestina inflationibus impleat: contra quod in decoctione spumam omnem abiicit, flatu expers sit, ac urinam moueat. Si autem citra aquae admisionem mel purum per se quis delingat, nutriet quidem infirmius, sed alui excretionem promptius deiciet. Largius uero sumptum, os uentriculi ad uomitum concitare solet. At sine aqua decoctum, nec similiter uomitionem mouet, neque aluum subducit: uerum in corpus aptius diffunditur, & magis nutrit: urinam tamen in eo quod

A eo quod cum aqua coctum est, ciet: quanquam ne tum quidem quum nutrit, memoratu dignam alimoniam corpori exhibet, adeo ut non defuerint qui nihil prorsus alere assererent: quos abunde confutauimus in tertio De uictus ratione in morbis acutis, qui Hippocratis est liber, a nonnullis quidem contra Cnidias sententias inscriptus, ab alijs De pituita: utrisque in hoc delinquentibus: uti in commentarijs in eum librum scriptis ostendimus. In praesentia quae haecenus de melle recensuimus, dixisse satis fuerit, nisi quis ea in summa cupiat audire. Senibus ergo, ac in uniuersum frigidi temperamenti corporibus mel perutile est. In uigenti autem aetate & calida temperie in bilem peruertitur. Inest praeterea ipsi aliquantula alendi corporis facultas, nisi in bilem transmutari anteuertat: quippe si hoc fiat, nihil prorsus nutriet. Clarum autem est quod pallidam & flauam bilem intelligamus ex eo gigni, non atram. Idem enim multis in locis diximus, medicis ex more esse, simpliciter hanc citra coloris adiectionem nominare, ceu reliquas cum coloris sui nota. Nullam porro ex his omnibus, porracea excepta, nisi corpore admodum aegrotante, excerni uidemus. Flaua uero, pallida & porracea ualentibus etiam nobis euomuntur saepenumero, ac deiciuntur.

De uino.

I num, omnium confessione ex eorum numero est, quae nostrum corpus alunt: si autem quicquid alit, alimentum esse fateamur, uinum item in alimentorum censu erit ponendum. Nonnulli tamen medici alimentum id appellandum esse negant. Nam alimentum, quod & cibum, & edulium, & elcam uocamus, potus seu potationis contrarium esse dicunt: eaque de causa uinum alimentum uocari nolunt: quanquam alere ipsum non diffiteantur: quod unum sane in praesentia requirimus. Ac si quidem aliae materiae inuenirentur, quae tamen si nutrirer, non tamen recte alimenta essent appellandae, haud sane eas simul omnes uno seorsum uolumine perstringere grauaremur. Quonia uero solum uinum huiusmodi habetur, permittent nobis tractationi huius de alimentis breuem de uino sermonem adiungere. Quas namque uires Hippocrates in libro De uictus ratione in morbis acutis, enumerat, uerius ei ut medicamento quam ut cibo adscribas. Illas ergo & in eiusdem libri commentarijs, & in Medendi methodo, ac Sanitatis tuendae libris enarrauimus. In praesentia uero differentias quae penes alendi rationem uersantur, sumus tradituri, hinc sumpto initio. Ergo inter omnia uina, rubra crassaque sanguini generando accommodatissima sunt, ut quae minimo negotio in eius naturam transeant: mox nigra crassaque cum quadam dulcedine: deinde quae colore rubent, quaeque nigra sunt, ac crassa consistentia, cumque hoc adstringentia. His minus alunt candida simul crassaque & acerbata. Minime omnium alunt candida, & tenuia, aquis hydromeliti accommodatis fere consistentia. Itaque crassa magis quam tenuia alendo esse, argumento est utriusque natura, & experientia id ipsum comprobant. In uentriculo dulcia magis quam austera concoquuntur, & in corpus digeruntur, utpote calidiora. Vina admodum crassa tardius quidem perficiuntur, ac distribuuntur: sed si in uentrem adeo robustum incidant, ut confici recte ab eo possint, ualentem alimoniam corpori exhibebunt. Constat autem ista ut alendo corpori aptiora sunt, ita ad urinam ciendam minus ualere.

De sale asseruatis piscibus.

D e piscibus sale asseruatis, medicisque edulibus sub finem operis scribere distulimus. Ne igitur haec saltem desiderentur, opportunum iam fuerit utroqueque uires recensere. Animalium corpora quae excrementitia carne consistant, saliturae sunt peridonea. Excrementitiam autem uocamus, ut superioribus locis, quae pituitosam humiditatem in se respersam continent. Quanto autem ea copiosior aut crassior fuerit, tanto caro ad salendum erit accommodatior. Quae uero admodum mollem, aut ualde siccum, & minime excrementosum corporis habitum gerunt, saliturae non sunt accommodata. Salis namque facultas, uti in opere De sim

C plicibus medicamentis demonsttrauimus, composita est, nimirū simul discutens in-
cidensq; corporis cui applicatur, superfluas humiditates, & corpus ipsum in se col-
ligens ac cogens: quū nitri spuma & laxum aphonitrum incidere quidem & discute-
re possint, cogere & in unū stringere non possint. Quæcunq; igitur sicca naturæ sunt
corpora, salis conspersu exarefacta, cibo in idonea fiunt. Et quidam san. e leporum sale
tentans seruare, mustelis assiccatis similem reddidit. Obesorum uero suum in florenti
ætate carnes saluræ appositæ sunt, ab utriusq; ætatis in commodis liberæ, annosorum
uidelicet siccitate, & nouellorum porcellorum nimia humiditate. Quemadmodum
enim sicca corpora salia corij duritiem acquirunt: sic contra, supra modum humida
diffiunt, & salis ui contabescunt. Hanc ob causam nec pisces mollis carnis, & excre-
mentis uacui, ut saxatiles, & puri maris aselli, ad salituram sunt accommodi. Coraci-
ni autem, pelamides, myli, sardæ, & sardenæ, quæq; sexitana uocant salsamenta, sale
aptissime asseruantur. Ceracea insuper ex mari animalia si sale macerentur, meliora
euadunt: quoniam & ipsa excrementosam possident carnem. Mulli, quia duri sunt,
sineq; excrementis, haud cōmode saliantur. Ex his perspicuum est, quæcunq; dura,
neruosa, membranæq; aut corio similia ex salura euadunt, cōcoctu magnopere per-
tinacia esse. Contra quæ secus habent, & ipsa tenuia efficiunt, & in cibo sumpta cras-
sos ac glutinosos succos extenuant. Optima omnium, quæ quidem mihi experientia
cognoscere licuit, sunt quæ a ueteribus medicis sardica salsamenta nuncupantur, ho-
die sardas uocant, & qui ex Ponto aduehantur myli. Proximus honos pelamidibus
debetur, & ijs quæ sexitana appellantur,

De medijs edulij.

D **N**unaquaq; differentia quam alimentis inesse dixim³, media quædam
constitutio inuenitur. Etenim inter ea quæ molli sunt carne, & ea quæ du-
ra, medium quiddam reperias, quod nec molli, nec dura sit carne, similia
ter inter extenuantia & in crassantia, calfacientia & refrigerantia, siccantia
& humectantia. Ac animalibus quidem naturalem seruantibus temper-
riem, similia suis naturis cibaria sumere expedit. Contra quæ prauam temperiem aut
ab initio sortita sunt, aut post acquisuerunt, non similia cibaria, sed contraria sunt
sunt sustinenda. Quidquid enim natura sua sanum & integrum est, per similia obe-
lationem conseruatur: quicquid uitiatum aut corruptum, per contraria ad propriam
temperiem debet reduci. Itaque singulæ animalium species suum sibi proprium
ac peculiare medium habebunt, ceu homo utiq; tale, & canis tale. Sic &
in omnibus alijs habet. Atq; particulatim in hominum natura
aliud huic ætati, aliud alij medium erit. Similiter
uitæ quoq; instituta, seu exercitia, con-
suetudo, & regiones, in
quibus a mul-
to tempore quisque uersatus
est, erunt perpen-
denda.

LIBRI TERTII ET VLTII
MI FINIS.

NOBILISSIMO

A NOBILISSIMO VIRO IOANNI FRAN-
CISCO ROCCOUIO, DOMINO APVD RO-
berual, antesignano illustriss. principis Roberti à Marca, Marscali Fran-
ciae, Ioan. Guinterius Andernacus S. D.



Vbitatum est hæcenus inter multos, uir clarissime, armæ ne, an literæ maiorem gloriam mor-
talibus pararent. Illa siquidem in patriæ defensionem suscepta, communē fructum adferunt:
hæc recte gesta cum legibus honestissimis, quibus uita regitur, ab iniuria obliuionis afferunt,
& quasi deos earum cultores reddunt. Verum illi maxima quaq; laude digni sunt uel omnium
calculis, qui ambo illa sic coniunxerunt, ut neutrum neglectum esse uelint. Hoc tu, Ioannes
ornatissime, a superis ita consecutus es, ut si gesta patriæ nomine etiamnum beneficijs rependerentur, cum ue-
teribus illis Romanis certare queas. Si uero literas respiciam, non tantum nobiles omnes, uerum plerosque
φιλολόγους etiam superas. Deum immortalem, quantum me recreat nomen illud Rocquij, quotiescunque
uel recordor, uel prædicari audio: Prodierunt ex uestra progenie maximi uiri, non aliter quam ex equo Tro-
iano. Testimonio est uel unus Iacobus Rocquius, uir, ita mihi dijs saueant, omni præconio maior, uel
in literis, uel in militia, ex animo egregie mihi charus. Quæ quum ita sint, uir eximie, non
possum committere, quin animi erga te mei μνηστωρ aliquid ostendam
offeramq; hoc est, munus chartaceum, libellum uidelicet de ui-
ctus ratione, qua in ocio ad sanitatem tuendam ute-
ris, quum in bello non liceat. Suscipe
quæso hilari animo
hoc quicquid est, dum maiora quandoq; pa-
rauerimus. Vale feliciter.

B GALENI PRAEFATIO



Nus hic liber est, peculiari insignis titulo, quemadmodum prima totius
superioris libri portio, qua de hominis natura disserit. Nam perfectum in
illo est quod titulus promittit, nihil uerborum etiamnum desiderans. In
hoc autem rursus, quæ proposuerat, toto commentario perdocet. Quam
ob rem ijs quæ duobus his libris interiacent sublati, commodam inscriptionem pe-
culiarem totum opus sortitur. Quam nonnulli de Natura humana, & Victus ratio-
ne indiderunt. Cæterum ut nullum planè uitium habet libellus de NATURA
HUMANÆ, uitiosa autem omnia quæ duobus libris interposita sunt,
ita commentarius hic de Victus ratione salubri, in plurimis
culpa ac uitio caret, Hippocratis opinionem sem-
per representans. In quibusdam ue-
ro, ijsq; paucissimis, men-
dosus est. Por-
rò statuamus esse P O-
LYBI, sicut plerisque uisum est.

CC 3

CLAVDII GALENI

IN HIPPOCRATIS, SIVE VT ALII, POLYBILIB,
DE RATIONE VICTVS PRIVATO-
RVM COMMENTARIVS.

Ioanne Guinterio Andernaco interprete.

IDIOTAS hanc viuendi rationē sequi oportet. Quosnam *idiōtas* Græcē nominet, cōmentarij interpretes omiserunt, quotquot mihi eius exemplaria uidere contigit. Imò neq; ego, quū opus apud præceptores relegerem, inquirere unquam cogitaui. Iam uero interpretandi prouinciam aggrediens, malè præceptores nostros, & expositores existimaui reliquisse conijciendum, considerandumq; quos *idiōtas* uocitet. Liqueat enim infra positam uictus rationē non uniuersis hominibus, uerum solis priuatis Polybum consuluisse. Atqui si priuatis duntaxat cōmentarium conscripsit, minus rectè interpretes citra distinctionem inaudierunt, tanquam omnibus cōmuniter illa tradiderit. Nam inuenimus apud Græcos non simpliciter, sed relatione ad aliquid *idiōtas*, hoc est Latinorū lingua, priuatos appellatos fuisse. Quippe aliū huius artis *idiōtam*, aliū illius exercitiij nominant. Interim ad eos referunt, qui populum aut ciuitatem gubernant, uel omnino publicum aliquod munus obceunt: ediuerso partientes illos, qui uelut propria curant, *idiōtas* nuncuparunt. Accedunt nonnullos *idiōtas*, dum penitus considero, dixisse mihi uidetur. Nam athletas ab alijs hominibus seiunctos esse perliquidò constat: quoniam illi nullam uictus rationem in pane & carniū esu præfinitam habent, quemadmodum nec ijs, qui militiam sequuntur, uel iter faciunt, uel etiam pugnant, ciborum delectus præscribi potest.

D Quippe necessitas cogit assumere, quorum quisq; copiam habuerit. Forsan etiā quomodocunq; festinam profectioem subeuntibus, aut omnino in ciuilibus negocijs, aut circumforanea uita, Græci *πρασιανῶν* appellant, uersantibus, certus uiuendi modus, ut Polybus iubet, nullus potest institui. Solis igitur priuata administratibus, Græcis *ιδιωμάτων* dicuntur, sequens diæta conuenit.

Hycem plurimum esse, minimum bibere conducit. Sed potioni uinū quam meracissimum, cibo panis exhibendus est: obsonia erunt assa omnia: oleribus paucissimis hoc anni tempore uti expedit: sic enim potissimum corpus & calidum, & siccum euadet. Recte nimirū fecit totius diætae summā præfatus, quod in sermonis fine adscripserit, quamobrem unumquodque dictorum instituat. Etenim calefaciendum corpus, sic candumq; propter immoderatā hyemis temperiem autumat. Quæ si mediocris ac symmetra, sicut Veris, esset, diæta quoq; mediocrē indubiè fieri iussisset. Quippe mediocriter temperateq; affecta, cōseruare conuenit: quæ à naturali modo recesserunt, transmutare. Sed mutatio haud aliter quàm ex contrarijs excessibus, siue ametijs fieri potest. Quo accidit, ut corpus impendio magis uel calfactū, uel incallescens, refrigerari desideret: refrigeratū rursus & refrigeratcēs, excalscieri. Itidem in humidis siccisq; intemperie per cōtraria morbidos excessus purgare est opportunū: uidelicet contrariā immoderationē offerendo, à mediō temperatoq; tantū recedentē, quantum morbus inde declinauit. Hac igitur ratione per hyemem frigidam humidamq; temperamento, plurimū esse, paucillum bibere cōducit. Verū, hoc plurimū, nō ceu ad uirtutem, sed tanquā ad alia anni tempora, sic de potu perexiguo sermonē ad alia tempora conferemus. Huc spectat nimirū quod dictum est, uinum meracissimū esse oportere, puta ipsius temperamētū collatione ad alias anni partes facta. Attamen si uinum quantitati, præsentiq; cōmodo animum adhibueris, uinū semper ac cibum medicocrem appones: quemadmodum & somnū, exercitiā, simpliciter omnia animi studia, quæ Græcorum medici *ὑγιεινὰ* uocant, moderata permittes. Porro quod uinum

A uinum meracius ac carnes assæ calefaciant, siccantq; si cum maza, hoc est panis offa & oleribus conferas, nemo est qui ignoret. Pari modo panē si citius offa comparetur, calefacere dices & exiccare. Quæ omnia tanquam exempla ab Hippocrate dicta putandum est. Tu uero ex seminibus quoq; panificio ineptis, Græci *σάρια* nominant, calida & sicca, sicut lentem adieceris. Quin & olerū quædam hac uirtute prædita, ut brassicam. Ad hæc carnes, cuiusmodi sunt animantium agrestium, & sale cōditæ. Sed hæc omnia ego etiā exempli gratia produxi. Cæterum uniuersa alimentorum materia tribus nostris commentarijs est membratim tractata: hoc nempe titulo, De alimentorum facultatibus. Quæ ut pulchre de cibis deligendis ac uitandis secundum qualitates prodita, sic de ciborum quantitate nihil hic prætermisum est. Edere namq; plurimum, ut ad aëstatis partes, per hyemem cōcedendum: haud ignauis probè in aphorismis esse dictum: Aestate & autumno cibos difficillime ferit: per hyemem facillime, mox uere. Quod si iam cōdiscere cupias, quare hæc fiant, docuit & hoc Hippocrates in aphorismis ad eum modum: Ventres hyeme & uere natura calidissimi, quoniam aër nos ambiens frigidus, constringendo cutem, ingenuum calorem repellit, & in alio corpore concludit: qui aestate perspiratu euaporat, respiratione uero calidus aër attrahitur. Nominamus autem respirationem, externam interioremq; spiritus per os tralationem. Perspiratum, qui per totum ex aëro corpus accidit.

Vere iam incunte, plus, sed dilutius & paulatim bibendum est: Cibo demedum: eoq; molliore, panis offa uidelicet, ipsius panis loco, utendum est. Eadem lege secundum ab assis obsonijs ad elixa, donec in aëstatem uentū fuerit. Hac, cibo molli, & elixis pulmentarijs, & oleribus tum crudis, tum coctis: potione plurima ac dilutissima corpus eget. Cauendum tamen, ne magna subito dictorum fiat mutatio.

Vere (inquit) plus & dilutius bibendum est: non plurimum, neq; dilutissimum. Nam aestate hoc conuenit, ut quæ contrariam cum hyeme temperiem obtineat. Verum autem ut in summorum mediō temperaturam habet, ita quoq; mediā uictus rationem requirit: Frigidiorē sanè & humidiorē, ut ad hyemem: calidiorē & sicciorē tanquam ad aëstatē. Hinc igitur liquet, quomodo aëstatis & autumnus uictus ab eo præscriptus inaudiri debeat. Quare id mihi præterire uisum est. Illis qui sapius commentarium relegunt, mentemq; diligenter adhibent, omnia manifestò dicta cōperio, ut nullam hæctenus deducta series interpretationē desideret.

Aestate nutritioni apūssima sunt, panis offa mollis, potio tum multa, tum diluta, obsonia omnia elixa. Atq; hæc ita sunt obseruanda, ut corpus sit molle & frigidum. Nam calido anni tempore & sicco exurit, squallidumq; euadit. Quare his rationibus tueri oportet. Pari modo ex uere in aëstatē, sicut ex hyeme in uer traducere expedit: cibis demendo, adijciendoq; potioni. Rursus qui annū absoluit, ex aëstate in hyemem constituetur. Per autumnum cibo paulò pleniorē & sicciorē: obsonijs similibus uti licet, minus, sed meracius bibere cōmodum est. Ut quū hyems bona cōtigerit, meraca etiā magis, & exigua potione, cibo copiosissimo & uehementer sicco uti. Ita enim hoc frigidò admodum & humido tempore optima ualitudine frueris, minusq; rigebis.

Præsens institutio clara est, nec interprete opus habet (quū Polybus manifesta omnibus reddiderit) neq; obscura cuiusdam methodi inuestigatore. Verum ut uerba facent, ita quoq; per se satis innotescunt.

Plenis, mollioribus, rubicundis ob temperaturæ humiditatē siccior uictus maiore anni parte ex usu est. Quemadmodum aëtatū differentia diuersam uictus rationem ostendunt, sic etiam corporum habitus, ad quorum enarrationē descendit, sermone de aëtatibus absoluto. Porro sicut in aëtatibus cōuenientē uiuendi modum, ita in corporū speciebus ostendit. Etenim plenī, molles, rubicundi ex temperamenti humiditate tales euaserunt. Secus affecti, de quibus mox dicturus est, siccitatis occasione, Conuenit igitur humidis sicciorē diæta uti, siccos humidiorē. Atq; si hæc uera pronuntiata sunt, nimirum temperati uictu temperato utentur. Voco autē temperatos, neq; graciles, neque obesos, sed quadratos, quos Græci *εὐαερούς* appellant.

C » Gracilibus, duris, ruffis & nigris, humidior. Nam huiusmodi corpora sicca sunt.]
 Temperamentorū notas perfecte in cōmentario de temperaturis executi sumus: ubi duos & graciles siccioris esse temperiei, sicut nigros quoque docuimus. Atqui sicco temperata nō ruffos, sed his colore uicinos, quos flauos nominant, esse diximus: quoniam & flaua bilis temperamento sicca est. Verum scriptores nonnulli in terim uocabulis parum exacte utentes, rerū disciplinam cōfundunt. Sic enim nonnulli Germanos uocant flauos, etsi tales non sint, modō uelis accurate nuncupare, sed ruffi. Reliqua in sermone prapōsito uerē iuxta ac manifestō dicta sunt.

» Iuuenibus mollior & humidior uictus conducit: quorum aetas sicca est, & corpora magis induruerunt. Senibus magna ex parte siccior aptus est. Siquidem humidus, molles & frigidi sunt.] Ad aetates digressus, parū integre ipsas distinxit, qui nō quatuor, sed duas tantum differentes statuerit. Nam si uictus modi indicationem ab aetatum temperamentis accepturus erat, certe conueniebat, uti quatuor sunt temperamenta, sic aetates quoque quatuor constituere: Nempe humidam & calidam, pueros: Siccā & calidam, florentium; Siccā & frigidam, declinantium; Humidam & frigidam, senum. Puerorum uero humidam esse aetatem conuenit: quōd in alio temperamento corpora crescere nequeant. Florenti, quoniam impendit calida, & sicca est, contrarijs confert uictus rationibus uti: quemadmodum & ijs qui hac aetate sunt maiores. At de senum aetate non mediocris quaestio est, ab omnibus propemodum neglecta: de qua post paululum dicturi sumus, ubi sermonem de alijs institutum expedierimus. Nam si in confesso est, pueros plus humiditatis habere, quam integre sanis conferat: plus item caloris (haud enim simpliciter calidi sunt ut iuuenes, sed innata caliditate, quae temperata est, ex probo sanguine profecta) media inter pueros & iuuenes, quae est puberum & adolescentium aetas, in optimo nimirum temperamento consistit. Quod quā ita se habeat, etiam uictum temperamento mediū adhibere conuenit, qui nec humidius, nec siccus, uel calidius, uel frigidius ipsorum corpus efficiat. Puerorum sanē corpus etsi humidius, quam salubris habitus exigit, non tamen exiccatum oportuit. Hoc enim modo, ne crescerent prohiberemus. Verum de senibus, quoniam nonnulli ipsos humidos, aliqui siccos, utriusque indefinitē dixerunt, distinguendum nobis uenit, quatenus sint sicci, quatenus humidi. Ostensum id est in opere de Temperamentis. Ipsi enim solidis corporis particulis siccos esse declarauimus. Quia uero multis ob temperamentū frigiditatem recrementis abundant, humidus nominantur. Ratio igitur est, contrariam ac duplicem ab hac aetate indicationem medicis fieri, tum propter temperamentū partium solidarum, quae humectari cupiunt, siccitatem, tum ob humidorum superfluitatem, quae exiccari postulant. Quae utraque quoniam modo obserues, absolute traditū est in libro de Tuenda ualitudine. Quod huc attinet, satis est summam eorum, quae isthic descripsimus, paucis indicare. Cibi quidem & potus, aliaque uniuersa eo spectant, ut humectent, calefaciant, quantum scilicet humectare, & calefacere senum corporis solidas partes decet, quae solae etiam proprie nominantibus partes existunt. Porro de pituitosis superfluitatibus euacuandis prius considerandum est. Proinde si ex cōmentario de Temperamentis reperas, discasque artificio ac scientia peculiarem senum temperaturam, frigidam esse & siccam, humiditatem uero adscititiam propter pituitae recrementorum prouentus, ipsos habere: digressus etiā inde ad sanitatis tuendae libros, unā discas, quis diatae modus senibus conducatur, luculenter intelliges, quam nihil in praescripta serie definitum distinctumque sit. Neque enim bifariam hominum uita diuidenda erat: neque senum corpora, mollia & humida dicere oportebat, neque quod siccis ipsos temperie alimentis ueniret. Quum enim iuuenes dixit compacta corpora habere, & temperamento esse siccos, satis constat de florentibus solum uerba fecisse, & hos nominasse iuuenes. Omissit ergo & puerorum aetatem & declinantium: utque ego arbitror, & temperatissimā, quae inter pueros & florentes media consistit. Atqui obscurum nō est, uel ipsum merorationē suam suspectā habere: non enim simpliciter ait, seniores uictu sicciorē alendos, sed

A dos, sed adiecit, magna ex parte. Idem nanque id erat ac si dixisset, non perpetuo: quod certe neque habitui corporis, neque aetati alij appositum. Quoniam suam cuique corpori diatae tam semper oportet instituire.

» Proinde habitus, & aetatis & temporis anni ratione, uitae modum instituire oportet, qui praesentibus & calori, & frigori contrarius existat. Sic enim potius sani degemus.] Totus hic sermo & uerē, & clarē ab eo dictus est: iam saepe in pluribus cōmentarijs nobis absolutus.

» Per hyemem celeriter ambulandum, aestate conuiescendum est, aut non in sole ambulandum.] Quomodo ambulandum sit in quaque anni parte, docet. Hyeme quidem exiccans calefaciensque ambulatio deligenda: Aestate contrarius scopus conuenit: uel non per solem, ait, ambulare. Tunc enim siccitatem, caloremque qui inde corpori accidit, euitare ocyus conabimur.

» Obesitas cita ambulatio, gracilibus lenta conuenit. Per aestatem multo balneo: Hyeme rariore utendum est: idque magis tenuibus quam obesitas.] Celer motus calorem plus satis in augens, corpus colliquat. Ex modico calor mediocriter sanguinem felicitius generat, tum nutrit plenius. Eoque animantibus in *εὐτροφίᾳ*, hoc est probam alimentam simul uertitur.

» Hyeme corpus ueste pura, per aestum oleo infecta uelandum est.] Quid sane scriptor doctus considerauit eo quod ab omnibus dictum est interpretibus, ipse nouerit. Nam si puras uestes hyeme censet gestandas, quod magis calfaciant, uel etiam perspiratum non impediant: oleo autem infectas per aestatē, aut quod refrigerent, aut quod perspiratum obturent, sermonem non probo. Etenim ex puris uestimentis, quaedam ac frequentem filorum texturam habent: maxime uero si fuerint detrita uelamina, quae Graeci *τυβάρια* nominant, refrigerant. His igitur uti comodius est. Quippe oleo infecta, sordida plane sunt: nemo autem elegantiorum hominum sordidas uestes sustinet, praesertim aestate. Quinetiam infecta puris temporis spatio magis calefaciunt: licet primo occursum fuerint frigidissima.

» Obesitas qui graciles fieri cupiunt, labores uniuersos ieiunij subibunt, & suspirantes adhuc, necdum refrigerati cibum assument. Vino prius temperato, & non perfrigidum usque obsonia sesamis, uel dulcarijs, alijsque id genus conficiantur. Atque haec copiosa: sic enim uel paucissimis saturantur.] Quod in sermonis sine dictum est, puta, Sic enim paucissimis saturantur, nonnulli de omnibus cōmemoratis dictum esse confirmant: quidam de solis obsonijs, quae ex sesamis, & similibus, alijsque multis quibusdam praeparari iubet. Praedicta sunt, ieiunium exerceri: hoc enim manifestō uacuat: sicut a cibo labor implet. Huc accedit illud, adhuc suspirantes ab exercitijs cibum assumere: calore nondum in eis discussio, neque corpore refrigerato. Quod, ut quis plenior euadat ocyus, efficere nemo non uidet. Si uero alia quadam ratione aut corpus attenuare conatur, id nobis obscurum est. Quod tamen plerisque hoc obstructions in uisceribus produxit, exacte nouimus: quemadmodum & acria secundum cibum exercitamenta. Adde etiam quod balnea arctos in iocinore transitus alimenti habentibus, obstructions procreant. Dictum est mihi de his omnibus simul cum distinctionū notis in cōmentario De sanitate tuenda, restat ut de ipsa uerborum serie disceptemus, ubi ait, & uino non perfrigidum prius usque: ut enim frigidum esse iubet, non autem insigniter frigidum, ita sermonem deduxit. Atqui non profus copiosum uinum ab exercitijs statim bibendum censet, sed aquam prius: quemadmodum athletae faciunt, id experientia edocti. Caput enim uinum confendit, & si post balineum statim ante alios omnes cibos & potus adsumatur. Non tamen frigida potio ab exercitijs, nisi calidum praebitas, tuta est. Nam & ipsa uentrem, tum iecur manifestō offendit: quorundam quoque neruos. Attamen habitus frigidum uinum corroborat. Vult autem horum scriptor ipsos soluere. Forsitan alio modo quid scriptum erat: uerum peccauit, qui idem postea apposerit. Multa siquidem eiusmodi etiamnum accidere uidentur, quae pro eo quod est, neque ex toto calidum, non perfrigidum scribere ipsum conueniat. Nam qui cibum respici-

C rantibus adhuc offerendum iudicat: corpori uidelicet multis uaporibus pleno, uolet etiam uini calidi potione magis ipsos implere. Quum autē percalidum frigidum similiter contrahere uentrem & corroborare possit, idem efficere obseruatur.

» Semel die cibus assumptus, balnei abstinentia, durū cubile, sine uestibus obambulatio quanta maximē fieri potest conducit.] Melius dixisset, cibus modicē sumptus, non semel. Quidam enim semel die cibo uentū multo plura assument, quam qui bis eo utuntur. Quemadmodum lauacrum corpus excalescens, praesertim extrinsecus, ad alimenti digestionem, & digestorum appositionē conducit: ita lotionis penuria contraria perficit. Durū cubile corpus molestat, contrahit & adstringit: ideoque in omnem partem incrementum ipsius impedit. Eadem ratione & nudum obambulare, omnes summas partes refrigerat: cogit in altū & uiscera, & calorē, quo cibi probē quidem concoquantur: uerum in omnem corporis locum ferri prohibeantur.

» Qui tenues se implere uolunt praeter quae plenae contraria facient, nullum ieiunium laborem subibunt.] Contraria superioribus crassius sunt: neque anhelantes ex labore epulas assumere, sed ubi iam secundum naturam respirauerint: neque semel, uerū bis aut etiam ter cibum capere. Sic bis lauabit tenuis: semper autem ab epulis alterū lauacrum ingrediens, nonnunquam & primū. Pari modo exercitia modica, lenta, eaque post cibum accedet. Haud secus lectum mollem, non sine uestibus ambulationē in aere, comodam sentiet. Propterea gymnastica nonnulla exercitia, quae in contractatione & corporum pugna contingunt, his iubent, quos implere conantur: obseruantes ut corpore nudo exercendi incedant: neque cum complexu. Econtrario quos extenuare uolunt, celeri exercitio, & citra primum complexum mouent.

» Vomitu uero & alui cataclysmatis sic utendum est: Sex hibernis mensibus uomere utile est. Nam & pituita plus, & capitis grauitas subest. Adhaec praecordia dolor exercet. Cataclysmatum aestate usus est. Tum enim aestus biliosum corpus reddis grauitates lumbos fatigant, & genua calore infestantur, uentris oriuntur tormina & distorsiones. Iam uero superiores corporis partes per inferiores purgandae sunt.]

D Quae cataclysmata, id est ablutiones uocet, sequentibus indicauit: nempe quae ex lacte conficiuntur, & eruorum decoctionis aquam: tum muriam & marinam. Diuersa namque ab his pharmaca sunt purgantia, quae uniuersum corpus euacuant. Quemadmodum igitur mediastini balnea dicuntur abluere, quae lapidum in eis lutū & sordes abstergent: ita uentris intestinorumque ablutiones, pituita & bilem ipsorum detergent. Quoniam nam itaque pituita per hyemē in uentriculo generatur, euacuari ipsam uomitu consuevit. Aestate bilem sursum conscendentē, deorsum reuelli. Attamē ubi totū corpus purgare uolueris, aestate per superiorē, hyeme per inferiorē uentrem medicandum est: sicut in Aphorismis dictū inuenimus. Etenim iam abundantibus purgatio illac qua uergunt adhibita medetur. Quippe ducenda quod uergunt per loca idonea. Quae uero ab incremento phibere uelis per opposita reuellere conducit. Cataclysmata plenioribus & humidoribus magis salsa, & tenuiora: siccoribus autem & gracilioribus, & imbecillis pinguiora crassioraque profunt. Pingue igitur & crassum est lac, aqua ex cicere cocta, atque hoc genus alia: Tenue & salsum olus, aqua marina, reliquaque huiusmodi.] Incausiora magis cataclysmata pinguioribus adhibenda existimat: ut qui natura sint pituitosiores. Leniora gracilibus: utpote biliosioribus. Porro quales amborum sint materiae, ex uerbis illius manifestis adeo constat. Quamobrem his relictis ad sequentia me conuertam.

» Vomitus prouocandi hoc pacto sunt: Crassi, ieiuni, cursu, aut cita ambulatione exercitati, medio die uomere debent.] Excalfactū esse corpus obesius, qui uomitum si sunt praecipit: ut humores pituitosi, quos crassi copiosos habent, diffundantur. Quin & uasorum adaperitio, omniumque angustorum meatuum raritas sic potissimum queat accedere. Caeterum haec omnia ad uomitum facilem, citraque molestiam excitandum conducunt.

» Potui sumant sesquicyathū hystopi, aquae congio inuiti, eumque totū bibant, acero saleque adiecto, quo plurimum edulcescat.] Quod potū incidentē esse cupit, quamque ob causam, nemo non habet perspicuum. Quoniam enim crassi homines, crassos etiam

A etiam humores, & frigidus, tum quosdam eorum uiscosos plerumque habent: ideo potionem ipsorum incisoriam esse iubet. Quantam uero copiam illius, unde conficit potū, exhibeat, non exacte possum interpretari: quod mensura interim quam congiū nominant, non eandem apud omnes habet magnitudinē. Si uero Atticū bibere praecipit, non admodum consuetudini consentit. Multū namque esse mihi uidetur: & si apud ueteres moris erat, siue lactis sero, siue huiusmodi quodam cataclysmate malebant uti, permultum id exhibere.

» Primum lentē, mox citius potandum est.] Si igitur initio bibat ocyus, mox euomet, prius quam totū expediat: proicietque humores in uentriculo contentos. Quibus cum & in primis uenis recepti euacuantur: quod si primū lentius, dein ocyus bibat, ita & tempore mediocri continere poterit, & tempestiue ad uomitum incitabitur: quod postea confertim magis biberit.

» Tenuiores, magisque imbecilli, a cibo uomitū ita mouebunt: Loti calida meri cyathos tres bibent: dein epulas uarias assumēt: uerum sine potione: neque post has bibendum est, nisi tanto interuallo, quanto stadia quatuor expedias. Post uinis tribus comestis utendum est: austero, dulci, & acri. Primo meracius & modice, paulatimque bibere: postea dilutius, liberalius & citius conuenit.] Iubet hic calida lotum, meracius praebere: hac (ut conijcere possum) ratione usus: quod ex calida lotionē totū corpus incalescat, & succi diffundantur, uasaque laxiora fiat. Eadem uero haec & uinum meracius efficit: praeter, quod uirtutem corroborat: cuius rationem in gracilibus habere oportet. Postea cibum uarium assumant, cuius causam omnes expositores non eandem tradiderunt. Quibusdam enim illorum uaria exhiberi uidentur, quod in uicem lucantia facilius uomitum concitent, alijs ut plus ingeratur. Nam simplicia eiusdemque speciei celerius implent. Verū his statim bibere non permitti, ne cibi mox superueniant: quod fieri nequaquam uelit. Atque ideo tempus aliquod interea, quod ad nutritionē sufficiat, consumendum praestituit: nempe quo stadia quatuor perficias. His ita praemissis, potū adicit, terna uina, qualitate inuicē differentia. Iubet enim aliquod ipsorum esse austerū, aliud dulce, aliud acre: non relata ne hic quidem causa, cur ita inuenerit. Qui uero diuinant ipsius sententiam, aut austerū instrumentis corroborandis, per quae uomitus accidet, exhiberi. Dulce ut uomitum incitet, & humores diffundat. Acre demū, ut quae uentriculo sunt illita, detergat. Fieri igitur potest, ut cibos omnium qualitatum genere ipsos assumere iusserit, ut uentriculum alij confirmet, alij ad uomitum prouocet, alij succos infartos abstergant. Quod autem saepius dicere soleo in sociorum amicorumque consortio, id nunc quoque dicam: Non parū mihi uidentur errare homines, qui sectam dogmaticam profitentur, eo quod citra rationem prolatam, quae consulunt, haud aliter ac regalia quaedam decreta pronunciant. Praestiterat enim cuiusque rei uim, operis autorem explicasse, sicut Hippocrates in libro De ratione uictus in morbis acutis facit, ubi ptyfanā meminit. Nam uiscositas eius est, facile descendit: non adstringit, non uellicat grauitate, neque in uentre tumescit. Sic idem de aqua mulsa, de uino, oxymelite: item de lauacris conscripsit. Itaque uia iam nos principium habemus, qua post auctorem nonnulla ab ipso praetermissa adiciemus. Atqui dicta sunt omnia praeter causam rationem. Siquidem quod uinum bibere meracius prius nos oportet, quae id sententia ille scripserit. Verum alias exploratio tota, res est ambigua: maxime uero quae hominis sententia adhuc sit incognita. Dilutius igitur uinum bibere, & ocyus, tum copiose, merito dictum uidebitur de his qui uomitum expetunt. Siquidem contraria, cohibere ipsum uolentibus, & alimentum concoquere, sunt idonea: puta, meracius, modicē & paulatim bibere. Cur autem omnino ad coercendum accommoda primum in eo qui paulo post uomiturus est, usurpauit, probabile nihil dicere possumus: forsitan auctori probabile uidebatur, quod etiam interpretum nonnullis placet. Quia uirtutem tenuium hominum, de quibus haec scribit, dissolui noluit, ideo

C primum illum corroborat: mox ita ad uomitum cientia proficiscitur. Sed ad vires firmandas tempus à cibis oblati suffecerat. Porro aliud alij probabile (ut dixi) est, non abfectum, ceu unum quoddam, sicut necessarium, quod scientificis demonstrationibus confirmatur.

Qui uomere bis in mense uult, melius sibi consulet, si biduo continuari, quam si post quadragesimum diem uomuerit. Alij prorsus contraria faciunt. Et horum rationem ipsum scriptorem maxime adiecisse oportebat: quonia de ijs qui bis in mense uno uomunt, nulla distinctione sententia protulit. Quosdam enim uacuandi gratia uomentes conspicio: sicut & uno mensis die à cibis abstinere. Nonnullos horum succum uentriculo infixum, uel uiscosum, uel crassum expurgare. Nihil autem prohibet utraque ex interuallo, non duobus continuis diebus facere.

Qui post epulas uomere uolunt, uel quibus aluus adstricta est, ijs omnibus die sapius, uariosq; cibos esse, tum duplicia uina aut terna bibere expedit. Quibus uomitus non est utilis, uenter autem sanus est, his contraria superioribus conueniunt.

Conuenit quidem ijs cibos reuomere, qui uel aluum deijcere, uel mediocrem totius corporis euacuationem moliantur. Consulit autem ipsis frequenter & uaria comesse, uina plura bibere. Contra illis qui neq; uomitum expetunt, & aluum humidiorum iusto habet, ut cohiberi desideret, neq; sapius esse, neq; uarij generis tum cibos, tum uina assumere. Etenim semel, idq; simplex aliquod edulium, unumq; uinum usurpare, uentriculo ipsis continendis coquendisq; conducit. Contraria faciunt, ut difficilius cibi coquantur, maneantq; in uentriculo. Ceterum praeter assumptorum qualitatem, & exhibitionis ordinem, uel in summo natate, uel subsidere ipsa coningit.

Pueris calida lauatio, longo tempore apta est: uinum dilutius, neq; omnino frigidum. Hoc autem exhibendum, quod uentrem minime attollit, perturbatq; & inflammationes parit. Quae omnia conducunt, ne conuulsionibus conflentur, sed maiores, coloratioresq; fiant. Ipse superioris diatae scopos explicuit: nempe ut conuulsionibus minus infestentur, maioresq; fiant & coloratiores. Nam in calida mersi pueri, diutius molles permanent: quod, ne conuellantur, prodest. Quoniam Hippocrates ipse corporibus intensis potius, quam remissis & laxis, conuulsionem accidere prodicit. Porro augetur facilius corpora mollia: quia in omnem quoq; dimensionem promptius sequuntur. Illa uero, quae nec conuulsionibus corripuntur, probeq; in crescunt, totum habitum salubrem obtinere, quis ignorat? Hoc igitur nota una haud mediocriter, nempe boni coloris, autor indicauit. Sed etiam uinum ipsos dilutum bibere praecipit, ne plus aequo caliant: maxime quia conuulsionibus saepe exercentur: quod rursus ex neruorum imbecillitate, & uoracitate accidit. Atq; ideo non frigidum pueros bibere iubet: uerum tale uinum, quod minime flatulentum est, omnibus ex aequo hominibus, non modo pueris conducit.

Mulieribus sicciore uictus ex usu est. Etenim cibus siccus, potio meracior, carne mollibus idonea est. Ad haec secundis, & foetui nutriendo potior est. Mulieres sicciore uiuendi modo uti iubens, qualisnam is sit, ipse subscripsit. Habet autem uiri opinio controuersam. Si namq; praeter naturam erat, mulieribus humidis esse: sicut in naturis intemperatis & morboris, humidus morbus, recte eas exiccaret: Verum quia hoc à natura illis adest, conseruare conuenit: nisi quum salubrem symmetriam excefferit. At hoc quoq; in uiris considerabamus. Etenim & his sicciorebus quidem esse ac mulieribus, secundum naturam est: quando uero conuenientem siccitatem latius egressi si fuerint, tunc ipsorum intemperiam contrarijs emendamus.

Qui corpus exercent, per hyemem currere, & colluctari debent. Aestate luctandum modice, currendum non est. In frigore multa ambulatio conuenit. Exercitiorum differentias anni temporibus peculiarium docet: quae hyeme calfacere & siccare possint, per astatem facere contraria.

Qui cursu fatigantur, luctari debent: qui ex luctu fatigationem sentiunt, his currendum est. Si ita dogmatici medici omnia scripsissent, nulla esset loquacitatis occasio

A occasio interpretibus relicta. Dico autem, ita, ut causam adiecissent, cur sic nos agere iussisset, quod nunc Polybus factitauit.

Quibus exercitatus uentris profluvia oboriuntur, & cruda deijciuntur, ijs exercitio rum pars tertia, ciborum dimidia prorsus demenda est. Quippe uenter eorum copiam continendo non est: Ad hoc panem quam maxime assum ex uino esse oportet: bibere uero nimisquam modice, sed meracius: Semper autem post cibum coquiescere, qui semel die tunc assumendus est. Hac enim ratione uenter sibi commissa fouet, mutatq;. Accidunt huiusmodi profluvia potissimum densa carne praeditis, quum carnem uero rare cogantur. Nam uenae densiores alimenta non recipiunt. Atqui tales in eodem habitu subistere diu non possunt: sed in alterutram partem declinant. Non de ijs qui sanitatis gratia exercetur, hunc sermonem instituire uidetur, sed illis qui studiū aliquod gymnasticum subeunt: nec inde prorsus abstinere possunt, nec temperare. Ideo tertia am exercitij partem eis adimit: ciborum uero dimidiam. Tantillam enim sperat contineri posse, ut nec cruditate, nec uentris profluuio laborent. Recte autem fecit & hic, qui rationem ipsorum adscripsit: qua utens, tum haec ipsa, tum his explicata consuluit. Siquidem hic profluij modus, inquit, densa carne praeditis accidit, quum carnes esse coguntur. Innuat hic gymnasticos, quibus carnis esum praecipit: Deinde subnectit: uenae densae cibos ingredientes non excipiunt. Obscure hoc protulit: ideoq; suspicari interpretes coacti sunt, densas pro duras, minusq; exporrectas, ut alimentum non recipiant, ipsum intelligere. Atq; hoc significari aiunt inde, quia cibos non excipiunt: quod digestionem magis quam concoctionem offendere consueuit. Quare humida, non tantum in cocta ipsi deijciunt: etsi autor praedixerit, esculenta crudaq; tales per aluum redere. Porro quum ratione addita, cui fidens ille, uisa sibi consuluit, dubitatio adhuc alia qua relinquatur, quid putandum est in illis fieri sermonibus, ubi causam eorum, quae nobis facere iniungit, omisit: Ego sane nisi densorum meminisset, faterer me plane haesitare, ut in multis alijs: in quibus quum nihil eiusmodi scriptor adiecerit, audacissimi interpretes, quicquid ipsis in mentem uenit, effutunt. At quia Polybus ipse densa carne praedictorum mentionem facit, occasione & ipsis scribendi praebuit, quid huiusmodi naturis conueniat. Nam tales celerissime copia colligunt, parum perfecte perspirantes: eoq; digestionem retenta, humida omnino deiectiones euadunt. Interdum non modo humida, sed etiam tenues: praesertim in edacibus. Quum enim quippa ex absorptis digeritur, promptius uenter reliqua concoquit. Quod si in eo maneat ciborum copia, quum interim ab eis grauetur, omnia ante concoctionem excutiuntur. Forsan ob uenarum duritiem, alimenti digestio impediatur: ut quae magis extendi nequeant. Verum talium naturae cura, ex contrarijs apposuisse ipsum oportebat. Raritas namq; & mollities totius habitudinis scopi existunt, molli frictione & pinguedine copiosa in solijs compacindere negligit. Dicitur est hoc quoq; ab eo, serie praeposita. Liqueat siquidem, uenter excipientes alimentum accusat, falso de uentre conqueritur. Siquidem hic ei tanquam uera dicenti concesseris, indubie etiam infra positam uictus rationem recte instituta esse concedes: Assum panem, portionem meracam, minus autem, semel die cibum capere, non secundum epulas obambulare, probabis. Haec autem natura celeriter in utraq; partem uertitur, & huiusmodi corporum bonus habitus exiguo tempore uiget. Bonum habitum uocauit naturam eorum qui densam carnem obtinent, ut quae aequali celeritate mutetur. Nam subiungit, utrobique uertitur: hoc est, in bonam, malamq; habitudinem. Post haec in super adiungit, & bonus huiusmodi corporum habitus exiguo tempore uiget. Ostensum namq; est commentarijs in Aphorismos, quod gymnastarum habitus probus cum sanguinis & carni repletionem naturalium facultatem custodit. Sed quemadmodum illic habitudinem in summo bonam, indicauimus esse periculosam, quae non cito raris corporibus aduenit: ita quoque in densioribus quam celerissime, quod haud

C ex facili feratur, accidit. Quippe quum relabi cogatur, repente tum oritur, tum perit.
 " Qui rariore cute sunt, & hirsuti magis, carnis esum ex facili admittunt, labores ma-
 " gis sustinent, diuq; bono corporis statu fruuntur.] Hirsuta corpora cutem magis ra-
 " ram, & carnosum genus habere in opere De temperamētis didicimus. Hęc itaq; me-
 " ritō ait carnis esum magis ferre, ut quæ perspirent: tum labores, quoniā minus lassitu-
 " dinem percipiunt. Hoc quoq; in libro De sanitate tuenda intelleximus. Si hæc ita to-
 " lerant, etiā *evēfias* diuturniores habebūt: ut quæ nō promptē ad summū perueniant.
 " Qui cibos postero die eructant, & præcordijs dolent, ijs ueluti crudis adhuc cibus
 " diutius dormiendum: nouū genus laboris subeundum est. V inū meracius largiū scq;
 " bibere oportet: cibus uti paucissimis. Quippe constat, uentriculum imbecillitatis, fri-
 " gorisq; uitio, ciborū copiam concoquere non posse.] Probē ad sermonis calcē ad-
 " iecit: constat uentriculum ciborū copiam, imbecillitatis ac frigiditatis uitio cōcoque-
 " re non posse: Quippe huc respiciens excalfacere ipsum conatur: ac ob id diuturniorē
 " somnū iplis consulit, tū exercitia: uinū meracius & copiosius, cibos pauciores tunc,
 " quum cruditatem contraxerint. Nam si reliquo tempore exercentur, mouentur uia-
 " numq; bibunt (uti diximus) nihil à mediocri ciborum copia demendum erit.
 " Qui siti premūtur, parcius edent, minusq; laborabunt: uinū dilutum simul, & per-
 " frigidum bibent.] Nunc quidem calidæ naturæ notas sic prodidit. At in sexto Epi-
 " demiorum in hunc modum scriptū est: In calida natura, frigidæ potio, & quies. Iple
 " nanq; quū corporis temperaturā nominasset, mox diætā subiicit, qua sic affecti utun-
 " tur. Summam autem refrigerationē habet, ad quam consequendam uictus ratione,
 " efficaciora sunt, aquæ potio, & octium. In præposita serie quiescere aliud appellauit,
 " quum diceret, laboribus demendum: pro aquæ potione scribens, uinum bibant dilu-
 " tum, & perfrigidum. Atq; mihi uidetur hic rectius laudari. Siquidem diluta potio &
 " frigida, nihil minus refrigerare potest: sumitq; ex uino præsidia.
D Quos dolores uiscerum infestāt: uel ex labore, uel alia quadam ambulatione, sine
 " elbis recreandi sunt: modica potio conuenit, præsertim ea quæ urinā cieat: quo uenæ
 " ex uisceribus prodeuntes repletæ non distendantur. Nam hinc inflationes febresq;
 " oriuntur.] De omnibus his præceptis abunde in libro De tuenda ualitudine disse-
 " ruimus: quanquam hic quoq; cōmentationis gratiā, illic tradita silentio non præteri-
 " bimus. Multis enim uel integris ab omni febre, dolores oriuntur in uisceribus: maxi-
 " me iocinori, quum a cibo nos exercitauerimus, uel lauerimus: idq; propter uisceris
 " meatuum angustiam, & humorū qui transmittūtur crassitudinē. Dum enim infarci-
 " untur, retinenturq; arcūs uenarum terminis, per quos sanguinis fit transumptio ex
 " iocinoris caua parte in gibbam, transitus impediuntur. Atqui distendunt in cauitate
 " uidelicet iecoris uenas: quibus ita affectis, dolorē sine febre etiā perferunt. Quies-
 " scere hos conuenit, quo tempore dolent: item bibere quod urinam moueat, & iecur
 " referet. Nisi enim reddant urinā, tubera & febris ex huiusmodi causis, proueniunt.
 " Quibus morbi à cerebro nascuntur, stupor caput primū occupat, urina sæpe reddi-
 " tur, idem affectus qui in stillicidio. Diebus nouē ita laborant: & à stillicidio quiescunt. Vrinam
 " ex naribus, uel auribus fluxerit, morbo liberantur, & à stillicidio quiescunt. Vrinam
 " uero sine molestia copiosam, & albam reddunt. Ad uiginti dies etiam capitis dolor
 " abit. Intuētibus splendor ipsis obscuratur. Porro qui colligere potest, sanitatē homini
 " bus quouis precio æstimari, sciet ex sua ipsius sententia in morbis ferre præsidium.]
 Non iniuria multis hæc oratio suspecta fuit: nonnulli etiam damnauerunt in uniuersum,
 " ceu quam ne Polybus quidem, nedum Hippocrates scripserit. Nam orationis
 " exordium plane indistinctū est: quippe quod à cerebro stuporē & urinæ stillidium
 " fieri inferat. Neq; si putes ipsum nō omnes morbos quæ à cerebro sunt pronuntiare
 " tales existere, sed eos solum in quibus circa aures naresq; aquæ, aut mucus effluere
 " tibus morbu sedarit, uerū esse poterit quod tradidit. Neq; enim id fieri perpetuū, imō
 " nec sæpe uidemus.

ORNATISSIMO ET CLARISSIMO

MO VIRO, D. IOANNI LOCERO, ILLUSTRIS, PRINCIPIS LUDOVICI PALATINI Rheni, &c. Medico celeberrimo, Domino & patrono suo,

Ioannes Fichardus Francofordianus S. D.



V M multa essent, præstantissime uir Locere, quibus ab ædificatione harum uersionum me-
 rum non difficulter retinebar, tum ætas mea, nostrumq; hoc ut doctum, ita nasutissimum
 seculum, diu multumq; me absterrebat. Videbam enim, quam egre cauillis & calumnijs
 cariturum esset, adolescentem me, longeq; infra omnem doctum mediocritatem, auto-
 ritate grauisimo manus admolari ausum fuisse. Quod ualidius etiam hac tempestate mihi per-
 timefendum erat, qua uel doctissima quæque non satis à diuersis hominum iudicijs tuta sunt. Nam & ipsam
 hoc præterea scripti genus, quod linguarum translatione constat, animaduertam ut nullum aliud, maxime
 ut suspecta maleq; tralata arrodere: & peritis, alia ut negligenter, alia uel ut non proprie, uel satis eieg mter
 reddita (quemadmodum semper *το μωμωραδαυ* & *μωμωραδς* multo promptius fuit) reprehendere. Et
 alioqui nullus est ferē, mediocri saltem rerum earum cognitione præditus, qui non idem se melius, aut certe
 par præstare potuisse sibi uideatur. Hęc igitur quando mecum reputabam, quum possibile non esset, omnium
 animis inseruire in eo, quod omnium tamen iudicia subiturum erat, optimum sane uidebatur, ea apud unum
 me tantum latere. Neque enim tam impotentis ipse ambitiosiq; sum animi, ut gloriolam undecunq; quomodo-
 cunq; petitam, nulla mei habitratione, uenari studeam. Verum quum Andreas Cratander, uir ad omnis ge-
 neris studia promouenda natus, (ad quem metu pestis huc nuper è Friburgo profugeram) postquam & is
 mihi primus autor ad hunc laborem extitisset, inq; hoc libros necessarios ipse suppeditasset, ut emittere insta-
 ret, non poterā citra magnā ingratitudinis notam, illi, de studiosis optime semper mereri cupienti, nō parere.
B Exeunt igitur nunc isti libelli, his diebus utunq; à nobis latinitate donati: ad reliquam Galeni lectionē, ipsius
 etiam sententia, non parū collatori. Etenim quo quiq; librorū tempore, quibusq; de rebus, & contra quos scri-
 pti sunt, tum quibus ut *υγρωις* absq; suppositi metu stari possit, quum in primis ad solidam omnium cogni-
 tionem, tenere lectorem necesse sit, hæc q; in scriptis suis ipse quoq; Galenus obseruari uelit, haud scio an
 aliunde istud quam ex hoc priore, De libris proprijs libello, qui talia ex professo tractat, peti facile possit. Sanē
 quidem hunc Galenus ipse tanquā non obiter necessariū, cum alibi, tum in Arte Medica, & libello De ordine
 librorum, promittit. Eius enim is scopus est, ut sciat, qua sint quiq; librorum suorum occasione scripti, &
 qui ad institutionem proprie, qui ue rursus ad aliorum consutationem compositi: quod luculenter ille mihi mo-
 net. Neque uero alicunde diuinam huius uiri, tum in disciplinis omnibus, tum hac Medicinali theoria doctri-
 nam, & quam sumus incomparabilem in unius hominis scriptis iacturam passi, certius, quam ex hoc uno li-
 bello cognoscemus. Nam uir ille quid in Philosophia Medicinæq; potuerit, ex istis, si cum uniuersa librorum
 summa conferantur, paucis ita manifestum est, ut nihil his docti sublimius, nihil consummatius elaborari posse
 fateantur. Et quid in reliquis eius uoluminibus, præstantioribus quidem illis, quantum apparet, nominatum ue-
 ro isto quindecim librorum De demonstrationibus opere, quod haud dubie quantum ab humano ingenio ma-
 ximum potuit diuinitusq; proficisci, fuit, expeclandum erat? Certe profecto quanti literarum thesauri in
 huius unius monumentis perierint (nisi tamen non latent illi, apud inuidos quosdam defossi) nemo quisquam
 facile uerbis consequetur. Quod si hunc suorum librorum catalogum perensemus, apparebit nec mediā
 quidem eius operum partem esse supersutem. Etenim is quum in Anatomicis ad quadragintaquatuor librorum
 (ut eos quorum magna illa lacuna nomina perierunt, omitamus) conscripserit: Therapeuticos porro ad uigin-
 tiocto, Prognosticos uero ad triginta sex, Hippocraticorum Commentariorum ultra septuaginta, Erasistrā-
 ticos sedecim, Asclepiadeos nouem, contra Empiricos amplius quadraginta: in Mathematicis denique & Phi-
 losophia ad ducentos quinquaginta libros: præter eos tamen, quos propter imperfectum librum ignoramus:
 hoc est in summa, longe plures quingentis libris reliquerit, ad nos ducenti uiginti q; plus minus, tantum per-
 uenere: qui tamen ipsi quam mendosi, quam mutili sunt? Videtur autem Galenus natura polygraphus exti-
 tisse, ut qui puer etiam dum sub præceptore patre dialectica discens, in Chryssippi libros, ab illo sibi propo-
 tos cæperit commentari. Porro autem & ex altero libello, qui De ordine librorum suorum est inscriptus,
 quemadmodum & necessarius ille magis fuerat, ita maior etiam utilitas, eaq; planē incomparabilis, ferri pote-
 DD 2

IOAN. FICHARDI EPISTOLA DEDICATORIA.

C rat, si uel paulo integrior is, neque totius partibus, ut alia pleraque, mancus esset. Nam inter tot & tanta uolumina, quum merito necessarioq; dubitaretur, quid prius, quid uel posterius legendum esset: operæ precium putauit, se, qua methodo sua legi posse sibi uiderentur: tum quid in unoquoq; tractasset, indicare. Verum is, ut dixi, cum priore, quos uel in primis exitisse saluos integrosq; referebat, ita lacunis est mendisq; passim referens, ut Delio ferè natatore sit opus in his interpretaturo: qualis mihi quidem hic auspicio uidetur obigisse.

SIMON GRYNÆVS, acerrimi uir doctissimiq; iudicij: cuius frequenter in his uertendis consilio sumus usi. Quamquã pleraq; etiã mihi talia esse uideantur, ut restitui non ita difficulter magna ex parte, diligenti autoris huius lectione possint: quod quidem neque oculi, neque conditionis erat mea. Qualescunque sunt tamen, spes est sic etiam studiosis, quotquot apud ipsum autorem illos cognoscere nequeunt, minime simplicem commoditatem allaturus, ad iudicium operum reliquorum. Ego uero tametsi me, quantum licuit, fideliter eos reddidisse mihi conscius sum: si nihil aliud, hoc saltem effecero, ut si quis alius eosdem aut rectius uertere, aut elegantius aggrediat, nostris admoneri, & alicubi forte iuari quoque possit. De reliquis hic libellis, ne longior sim, nihil differo. Eos autem omnes nomini tuo, clarissime Locere, dedico: partim quod optimum Medicus non nisi optimo nuncupandus esset: partim quod gratitudinis meæ specimen ali- quod æditum tibi cupiebam, qui tam prolixè me anno superiore, quum Edelbergæ apud te agerem, demeruisse. Neque uero hic iam locus est, uel te, uel beneficia in me tua, multa quidem illa, prædicandi: quod tamen utrunque merito maximo poteram: quando non admodum eorum mihi mos probatur, qui huiusmodi τὸν πρῶτον immodicis laudibus infarciunt. Est enim uirtus ipsa sui pulcherrima prædicatrix: & tuis, mihi crede, factis digni præcones non deerunt. Accipe igitur hos interim Galeni libellos, ornatisime Locere, ὡς ἂν ἰσχυρῶς φιλῶς τε: dum maior aliquando te demerendi occasio nobis offeratur. Bene uale, præstantissime uir, & me tibi commendatum habe.

Basileæ, ex ædibus Cratandri, 1111.
Idus Decembris. Anno Christiano
M. D. XXX.

CLAVDII

160
CLAVDII GALENI

PERGAMENI, DE LIBRIS PROPRIIS, LIBER.

Ioanne Fichardo Francofordiano interprete.



A VOD MIHI DE CONSCRIBENDO LIBRORUM à me æditorum commentariolo consilium, optime Basse, dederas, re ipsa nuper quam cõmodum esset comperi. Nam quum forte in Sandalario (multa sunt enim Romæ bibliopolia) esse- mus, disceptantes aliquos de libello quodam tum uendito, me- us ne esset ille, an alterius cuiusdam, ipsi uidimus: erat enim inscri- ptus, GALENVS MEDICVS. E mente igitur, tanquam meum, aliquo, commotus insolenti eius inscriptione uir quidam literatus, cupiebat libelli ar- gumentum cognoscere. Priores autem duos uersus percurrrens, abiecit statim: unum istud addens, hanc dictionem non esse Galeni. Et sanè falsò liber ille inscriptus erat. Is uero qui tum hæc dicebat, primas illas disciplinas, quibus Græcorum pueri ab ini- tio apud Grammaticos & Rhetores instituntur, probè doctus erat. Verum pleriq; nostro hoc seculo, qui Medicinam aut Philosophiam ambiunt, antequam rectè lege- re etiam possunt, eos doctores frequentant, qui maxima illa pulcherrimaq; rerum hu- manarum theoremata, quæ docet Philosophia & Medicina, profitentur. Et hæc qui- dem negligentiã iam multis retro annis, me dum adolescente, inceperat: uerũ eò non- dum euaserat tum temporis, neq; tantum, quantum nunc, inualuerat. Quæ quum ita se habeant: librosq; meos muluariam à multis hinc inde deprauatos uideam: non- nullos uero etiam pro suis mea, posteaquam quædam sustulerint, quædam autem in- feruerint, nonnulla quoq; ipsi immutauit, uenditare, consultum mihi uisum est, eam prius causam, quam propter illi hæctenus corrupti sunt: & deinceps qui mei reuera sint libri, & quæ cuiusq; materia, exponere. Primum igitur quæ causa sit, quod mea pro suis nonnulli agnoscant, ipse iam antè, optime Basse, nosti. Illa etenim quum nõ ædendi gratia, uerum propter amicos aut discipulos, eorum quæ à me audierant ali- quod commentariolum efflagitantes, scripta essent, absque titulis data sunt. Hi uerò quum partim morerentur, ipsorum familiares ea furripientes, sibi deinceps uendica- runt. Alij autem in patriam suam profecturi, quum ab ijs qui forte habebant, nostra accepissent, isthic deinde commorantes, alij aliter illa uenditauerunt. Sic igitur omnia- bus temporis successu distractis, postquam ad multos hi forte rediissent, meum illi no- men inscripserunt: & quoniam inueniebant cum ijs quæ etiam apud alios extabant, exemplaribus discordare, ad me, quod ipse emendarem, miserunt. Quum igitur ea non ad æditionem publicam, uerum eorum, à quibus rogabar, & captum & usum à me scripta essent: liquere potest, quædam mihi extendenda, quædam uero cõtrahen- da (pro ut ipsa etiam theorematum interpretatio & doctrina posebat) fuisse: sicq; aut perfecta, aut mutila ea existere. Quapropter manifestum est, in his (quæ iam attigi) scriptis meis, neq; absolutã, neq; exactam institutionẽ contineri: quandoquidem illi quibus ea destinabantur, neq; opus habebant, neq; poterant exactè omnia percipere, antequam habitum in istis essent necessarijs adepti. Eorum autem quidam illos libellos meos Informationes: quemadmodum alij Summulas, alij Introductoria, alij Compendia, alij deniq; Enarrationes, inscripserunt. Ego uero quum eos discipulis tantum darem, nihil istorum inscripseram. Quamobrem quum ad plures deinceps compluresq; peruenissent, alius alium his titulum indidit, Eos igitur libros qui corri- gendi gratia mihi transmissi à quibusdam fuerant, uisum est Introducendis inscribere. Quare de ijs prius dicere instituiam.

Desiderat in le- ctionibus pleris- que iudicium. Estq; id prima huius libelli causa.

Altera causa.

Igitur omnium eorum commentariorum, quos quidem uel iuuenibus, hanc primū studia ingredientibus, uel amicis quibusdam eos exigentibus, dicaueram, nullum prorsus apud me exemplar retinuerā. Postea uero quum secundo Romam uenissē, istis ad me, ut dixi, emendandi causa missis, eos forte recuperavi: titulumq; his **INTRODUCENDIS**, imposui. Inscripti igitur librum, De optima Heresi Introducendis: qui quidem ijs, quotquot ad huius artis Medicæ cognitionem contendunt, primus est omnium perlegendus. Illo etenim eæ, quæ secundum genera sunt sectarum inter se differentia traduntur. Secundum genera dixi, quod sunt priuata etiam sua ipsi differentia, ad quas deinceps iam introducti plenius instituuntur. Trium uero Sectarū nomina nemo nunc ferē ignorat; unam uidelicet Dogmaticam, siue Logicam; alteram autem Empiricā; tertiam Methodicam nominari. Quæ igitur propria cuiusq; sint, quæq; earum inter se differentia, libro à me isto tractatum est. Similiter autem & liber De ossibus, liberq; De pulsibus, Introducendis à me est inscriptus. Amico præterea cuidam Platonico, sub hanc professionem libellos Isagogicos duos: alterum De arteriarum & uenarū; alterum De neruorum dissectione, dedimus. Et alij cuidam Institutionis Empiricæ informationem. Quorum ego quidem nullum apud me seruaueram: sed posteaq; Romam rediissē, ab ijs qui forte habebant, accepi. Ex alijs tamen quibusdam, quæ amicis ipse scripseram, nonnulla apud me exemplaria remanserunt: quod diligenter aliquando illa absoluerē statuissem. Quo ex numero sunt, De causis respirationis, libri duo. Et libri De uoce, quatuor: dedicati consulari cuidam uiro, Boëtho nomine, Aristotelicam Philosophiam sectanti. Eidem quoque libros De Anatomia Hippocraticis: & deinde etiam illos De Anatomia Erasistrati nuncupauimus: quos prope Martialium (cuius in Anatomicis duo libri etiā nunc apud plerisque extant, sed quorum temporis ipse non magni faciebam) iuuenilius aliquanto scripseramus. Erat autem uir ille sanē inuidus, contentiosusq; in primis: quanquā annos iam ultra septuaginta natus esset. Quare quum audiuisset ea quæ in Anatomicis docebam, profitebarq; publicè, magna ab omnibus sectatoribus laude cōmendari: cœpit homo meorum amicorum quendam interrogare, cuiusnam ipse Sectæ effem. Audiens uero seruos me istos, quicunq; uel Hippocraticos, uel Praxagorios, uel ex alio quocunq; tandem uiro se nominarent, appellare solitum: eligere autem ex singulis quæ præstantissima essent consueuissē, quærebat deinceps, quem igitur ueterum potissimum cōmendamem. *Hic desunt quedam.* Erasistratum uero & in his, & in alijs artis Medicæ locis, uirum admirandum iudicabat. Propter eum igitur ardentius aliquanto sex illos De Hippocraticis, & alios De Erasistrati Anatomia tres libros, conscripsi. Quum porrò etiam perorarem aliquando in ueterum Medicorum libros publicè: proposuissemq; mihi librum Erasistrati De missione sanguinis: Graephio tum, ut moris est, in eam quæstionem incumbente, citanteq; eam eius libri partem, qua phlebotomiam reijcit, uehementius adhuc in illum dixi: quod magis uretur Martialis, Erasistraticus esse uolens. Ea autē oratio mea quum satis tum placuisset, rogabat amicus me quidam, (& is Martialio infensus) quo illam, sicut dixeram, ei quem ipse missurus ad me esset, notulis ad celeritatem scribere exercitatum, recitarem: ut si quando ex Vrbe domum proficisceretur, obijcere ea Martialio in morborū inspectionibus posset. Post hæc uero, quum ipse Romam ab Imperatoribus aduocatus, rediissē, ille nescio quo pacto mortuus est. Libellus autem, iuxta ambitionē ætatis illius, qua etiā publicè tum alios arguere audebam, (etenim iuuenis eram quū hæc facerem: annum agens tricesimum quartū) scriptus, apud quamplures erat. Ex eo tamen tēpore & docere publicè, & uenditare mea desij: postq; Medicina mihi longè felicius quàm sperassis succcessisset. Quum enim tot amulos uiderem, qui si quis

Medicus

A Medicus alius laudaretur, mox illum Logiatron exclamarent: ut inuidam istorū linguam declinarē, deinceps nec apud eos quos curabam, plus quàm erat necesse profero factis, qualem in hac disciplina facultatem consecutus essem, declaraturus. Tribus uero præterea annis Romæ quum essem uersatus, ingruente magna illa peste, confestim Vrbe excedens in patriam profectus sum. *Desunt hic pauca.* In eo autem tempore libros, De Hippocratis Platonisq; placitis sex, adhortante Boëtho, scripsi. Et De usu præterea partium, unum, qui prior est. Quibus Boëthus accipitis, & ipse ex Vrbe profectus est: uerum prior me, Syriam Palæstinam tum provinciam obiturus, in qua postea & mortuus est. Verum longo post tempore (subinde enim multa negocia intercurrerant) opus utrunq; post reditum meum ex patria, succut mox commemorabo, absolui.

LIBRI QUIDAM A ME CONSCRIPTI, POSTEAQVE
mibi ad patriam à Roma proficiscenti, ab amicis traditi.

Rofectus itaq; sum à Roma in patriam: completo iam mihi septimo & tricesimo ætatis anno. Tres autem libelli à me scripti, anteq; Smirna ex Pergamo, Pelopis Medici, & Albini Platonici gratia proficiscerer, à quibusdam mihi redditi sunt. Erat uero unus, De matricis dissectione: perparuus quidem ille. Alter De cognoscendis oculorum morbis: & is paruus. Tertius autem iustæ magnitudinis, De experientia medica. Quorum primus destinatus erat Obstetrici cuidam. Secundus adolescenti Ophthalmico. Postremus autem ex ea disputatione, quam Pelops cum Philippo Empirico habuerat: illo quidem asserente, Medicinam per solam experientiam consistere non posse: hoc autem cōtendente posse, desumptus erat. Eorum igitur ulro citroq; habitas orationes quum in ordinem redegissem, mei tantū exercitandi gratia conscripseram: uerū nescio quomodo & ille, ignorante planè me, ad alios deuenit. Præterea tres etiā alios libellos, interim dum Smirnae agerem, cōposui: De pulmonis uidelicet & thoracis motu: condiscipulo his, qui secundum illos anatomicā facere quandam demonstrationē, paulò post in patriam abiturus, cupiebat, gratificaretur. De mortuo autem postea adolescente, libelli apud quosdam, sed qui meos tamen suspicarentur eos esse, fuerunt: & deprehensus est qui illos sibi, postquā proœmiolum his quoddam præfixisset, adscripserat. In prædictione autē libellorū Tertio, mea quoq; nonnulla quæ ipse adinuenērā, ad finem adscripti: nam quæ tribus istis tractaueram, præceptoris mei Pelops (apud quem Smirnae uersans, eos conscriberem) dogmata erant. *Desunt pauca.* Post eam igitur à Roma professionē quum tandem in patriam peruenissem, isthic cōsidens, cū amicis uersabar. Verū breuī post tempore, ex Aquilia mihi literæ ab Imperatoribus missæ perferuntur: quibus illi me reuocabant: statuerant enim ex hibernis expeditionem contra Germanos facere. Hac igitur ego necessitate compulsus, redibam: sperans tamen interea posse excusationem me aliquam nancisci. Alterum nancique qui senior erat, uirum modestum, æquum, facilem, & humanum esse perceperam. Is autem primo quidem Verus uocabatur: sed postquam Antoninus (ille qui proximè post Adrianum imperauit) successorem sibi eum in principatu constituisset, socium hic sibi propinquum suum, antea Lucium dictum, ascituit, & eum quidem uenissē, mox pestis, quantum antea nunquam, ingruere cœpit. Unde Imperatores statim Romam, cum paucis militibus fugere coacti: nos uero cum multis longo uix tempore euasimus: absumptis plerisque, non tam ob pestis uehementiā, quàm quod mediā hyeme malum id sæuiret. In itinere autem è uitis quum excessisset Lucius, Romam deportatus ab Antonino, funeratusq; est. Et post hæc susceptam aduersus Germanos militiam ugens, omnibus modis me secum abducere laborabat. Persuasus

C autem à me, diuersa deum patrum Aesculapium (cuius me esse Medicum uouissim, ex quo is mortali me apostemate laborantē, seruauerat) iubere: reueritus ille deū, expectare me reditū suum iussit: sperās breui post tempore bellum se istud confecturū. Et sic ipse profectus est, relicto filio Commodo, grate tum admodum puero: omni cura illius salutem nutritoribus tuendam mandans: siq̄ forte in aduersam ualeitudinē incideret, ut me ad eius curam accerferent. Interea autem temporis, quæ uel à prioribus meis didiceram, uel ipse inueneram, ampliori tum ea inuestigatione exponendo collegi, & in formam disciplinæ constantiorē redacta conscripsi: studiose me ipsum in uarijs tum Medicinæ, tum Philosophiæ quæstionibus exercens: quæ pleuraq̄ in magno illo Templi Pacis incendio, cum alijs multis perierunt & conflagraverunt. Quum uero præter omnem spem isti expeditioni diuitus immoraretur Antoninus, omne illud tempus ad pulcherrimam mihi exercitationem cessit. Vnde & tractatum De usu partiū, septemdecim libris compleui. Et reliqua libris De Hippocratis & Platonis dogmatibus adiunxi. Quædam etiam Anatomicorū theorematum, quæ olim Boëtho dederam, De usu uidelicet partium librum primum, amplius inquirens, in Secundo insuper musculos, cuiusq̄ digiti articulos mouentes, à me inuentos exposui: quos omnes qui nunc sunt, similiter & qui ante me fuerunt, ignorauerant. Adiunxi autem illi tum operi & tractatum motuum superciliarum: in quo illud tantum dicturum me iterum atq̄ iterum monui, Falsū eos motus à quibusdam hactenus esse traditos. Quare quum mihi ipsi primū, & deinde alijs, quibus hæc cōmunicabam, & hos motus, & alia quæcunq̄ in Anatomicis aut perperam à prioribus asserta, aut omnino fuerant omissa, inuenisse uisus essem, ea tum executus sum. Hæc tamen igitur Anatomica scribebam. Quum uero libri De usu partium, priusquā huius æderentur, ad plurimos iam peruenissent: diligentiq̄ Medicis ferè omnibus, quos quot ueteri Medicinæ studebant, tum Philosophis Aristotelicis legerentur: postea q̄

D
Libros Aristotelis de partibus animalium intelligere uideatur.

& illius talis quidam tractatus extabat: cœperunt mox maleuoli quidam, inuidia mulante, inimicissimos spargere rumores: me esse qui quum studeam uideri quam plurimum ueteres exuperasse, multa quæ omnino non appareant, inuexerim, in Anatomicis meis scripserim: neque enim latere ea omnes posse. Ego uero ridebam quidem illos, contemnebamq̄: cæterum amici rei indignitate commoti, me adhortari, ut in aliquo magno auditorio ueritatem meorū, in Anatomicis theorematibus scriptorum, publice assererem. Postq̄ autem persuaderi me non posse amuli sensissent, (iam enim eius gloriæ contemptum præ me ferebam) spem illi concipiebant ueluti inuidum me reprehendendi: qui quanquam eorum nugas non parui facerē, magnanimitatem tamen quandam simularem, nec scommatū finis erat. Iam uero & quondam in Templum Pacis, quæadmodum & ante incendiū congregari solebant, quicunq̄ artibus logicis erant dediti, conueniebāt. Tandem igitur, ab amicis compulsus, publice multis diebus demonstrare cœpi, me quidem nusquam falsa tradidisse: prioribus uero multa non satis comperta fuisse. Eorundem porro hortatu commentarios tum scripsi demonstratorum & dictorum: titulum habentes, De ignoratis Lyci in Anatomicis. Hanc igitur ob causam, quum demonstraturus nihil tradidisse me in commentarijs meis Anatomicis falsi, processissem: in mediū omnium Anatomicorū libros proposui, liberū unicuiq̄ presentium faciens, quā uellet partē dissecandam proponere, mox ostensurū, quantum reuera cum priorū scriptis mea pugnarent. Proposito igitur thorace, quū ipse à uetustissimis facerē exordium, eorumq̄ libros in manus sumerē, rogauerunt me insignitū Medicorum quidam, inq̄ isto confesso præcipui, ne inaniter tempus consumerem. Cæterum quoniam quidem Lycus Macedo, Quinti in Anatomicis omnium expertissimi, quondam discipulus, ea quæ ad suam usque ætatem inuenta fuissent, omnia conscripserat: uolebant ut alijs dimissis, illorum tantum scripta meis conferrem. Eorum igitur petitioni morcm gerens, ita in singulis, quoquo die propositis, feci. Hæc autem omnia propterea necesse habui commemorare, ut cognos-

A ut cognoscant illi, qui sunt aliquando libros meos lecturi, qua ætate quæque scripserim, & quam ob causam. Inde enim intelligere poterunt, quæ sint tanquam imperfecta, ab ijs quæ elaboratè absoluta sunt, discernenda: & quæ in aliorum confutationibus etiam, sicubi res postulabit, indicabo. Nunc uero ad libros à me æditos recensendos pergam: initium ab Anatomicis sumens.

DE ANATOMICIS LIBRIS,



Hoc primum numero iste libellus est, quem De ossibus Introducendis scripsimus. Post eū uero alij libelli, itidem Introducendis inscripti: ut est ille De uenarum & arteriarum sectione: & alter De neruorum anatomia. Est præterea liber alius De musculorum sectione, qui quidem cōpendio tradit omnia quæ in Anatomicis tractatibus unquā de musculis scripta sunt. Quod si quis perlecto De ossibus libro, deinceps quam celerrime Anatomicas aggreddi commentationes cupiat, poterit quidem illos De uasorum neruorumq̄ dissectione, libros euoluere: quemadmodum & eū, qui De musculis est scriptus. Perinde enim omnes de anatomijs tractant. In horum autem librorum Primo, De manuum musculis & ligamentis: Altero, De pedum musculis & ligamentis: Tertio, De intestinorū neruis & uasis: Quarto, De pedum musculis & ligamentis: Tertio, De qui mento subiacent: Præterea etiam de his qui caput, collū & scapulas mouēt: Quinto De musculis thoracis, quicq̄ sub uentre, lūbis, & femoribus sunt: Sexto, De organis nutritiuis, quæ sunt intestina, ueter, epar, lten, renes, uesica, & quæ sunt huiusmodi alia: Septimo & Octauo, De partiū spiritaliū anatomia: illo quidem de ijs partibus quæ cordi, pulmōni, & arterijs, tam mortuorū quàm uiuorū adiacent: hoc autē quæ circa uniuersum pectus sunt, tractatur. Nono porro libro, cerebri & spinalis medullæ: Decimo oculorū, linguæ, orificij stomachi, & consinū partium: Undecimo, gutturis, ossisq̄ hyosdis: Duodecimo, arteriarū & uenarū: Tredecimo, neruorum ex cerebro descendentiū: Quartodecimo, neruorum à medulla spinæ deuenientiū: Quintodecimo tandem genitalium partium, anatomia continetur. Et hæc quidem sunt, quæ ad Anatomicam theoriam sunt necessaria. Præter autem hæc, alia quoq̄ non minus utilia sunt: quæ quidem Marinus uiginti Anatomicorū libris, nos autem postea Epitomate quatuor librorum (quemadmodum & Lyci duobus) compleximus. Subijctam uero hinc utriusq̄ tractationis, ex primo nostrorum Epitomatū libro summā: & prius librorum Marini, quos uir ille in Anatomia reliquit. Eorū igitur sex priorum Primo, totius theoriæ præfatio: inde De cute, De crinibus, De unguitibus & carnibus, De adipe & pinguedine, cōtinetur. In Secundo, De glandulis, pelliculis, ex mēbrana tunicis, omento, & succingēte diaphragmate cōmentat. In Tertio porro, De monstrabilibus sermone uasis, uenis, arterijs, earumq̄ anatomia: & Num naturaliter in arterijs sanguis cōtineat. In Quarto, quæ sit arteriarū operatio, quis usus, unde proueniat: & quæ alia circa eas quæri solent, exequit. Deinceps autē tractat De uenis ureteribus, earūdemq̄ meatibus, & urachos [hoc est eo, ex quo heret pēdetq̄ fœtus ad umbilicū] & uasis seminarijs. De humorū biliosorū uasis, meatibus. De glandulis. De eo quod à glandulis est uase. De gutture. De uasis mammarū, quibus lac continetur. De ijs quæ fusa sunt per corpus uasisq̄ contenta, & qui humorū atq̄ chymorum quibus uasis cōtineantur. De alimentis. In Quinto, De capitū aliarūq̄ partiū futuris. De faciei futuris & iuncturis, ac omnibus capitis ossibus. De faciei cauernulis. De inferiore mandibula, & eius foraminibus, & Num habeat iuncturam. De dentibus. De intermedio inter guttur caputq̄ osse, quæq̄ iuxta sunt, & locū circa tonsillas occupat. In Sexto scribit, De testiculis, De osse sacro, De uertebro coxarū. De latere. De pectore. De humeris. De scapulis, iugulis, brachijs, cubitis, radijs, De ossibus palmæ & digitorū. De femore. De cartilaginosis ossibus, ab unā

C que genu parte. In Secundo autem nostro de Anatomica Marini cōmentatione Epitomatū libro, Septimum, Octauum, Nonum, & Decimū sumus cōplexi. Capita uero libri Septimi hæc sunt, De caluæ cū pelliculis alijsq; membranis cerebri cōiunctione. De totius faciei neruis. De temporum & mandibularum musculis. Item de ijs que supra maxillas & labia existunt. Item de cauernarum in quibus dentes infixi sunt, malarum q; musculis. Item de interioribus inferioris malæ musculis. Item de malæ inferioris musculis seorsim. De musculis nasi, De musculis iuxta linguam. De lingua eiusq; musculis. De oculorum musculis. In Octauo autem Marini libro, hæc capita continent. De ore. De labris & dentibus. De gingiuis. De Vuula. De gula. De ligula. De tonsillis. De glandulis. De naso, naribus, auribus, collo eorūq; musculis. De musculo sub latere, qui * De colli natura. In Nono libro, De musculis, qui circa septum pectorale, illa, mesopleuria, & partem quæ est supra umbilicum, sunt. Preterea de musculis brachiorum, humerorū, cubitorum, extremitatumq; manū, tractat. In Decimo uero, De cubitis, pedibusq; & eorū musculis. De articulis genicularibus. In Tertio porrō Epitomatū meorum libro, Vndecimus, Duodecimus, Tredecimus Marini liber includit. Quæ igitur in Vndecimo scribit hæc sunt. Num feratur ex dorso humiditas aliqua ad pulmonē. An uentus per aspirationem & respirationem in uentrem attrahatur. Deinde De Stomacho. De gutture. De pulmone & corde. De ea affectione, quam Greci *καρδιασπασμὸς* uocant. In Duodecimo autem operis sui libro, Marinus tractat De epate & eius bile. De splene & uentre, & medijs intestinis. In Decimotertio, De primis intestinis. De renibus, & uenis urinarijs, uesica, uracho, itinere urinali. Inde De uirga uirili, pudēdoq; maris & feminae. De matrice, uasisq; conceptionis. De testiculis, quos Dydimos appellat: Deniq; de glandulosis tractat. In Decimo quarto anatomia omnium quæ supra Epar sunt uenarum aperit. In Quintodecimo uenā quæ à corde ad reliqua defertur: & eas omnes quæ subter diaphragma: & quæ in uniuersum per totum corpus sunt, arterias indicat. Quarta deniq; & postrema Epitomatū pars reliquos Marini quinque libros, à quindécim uidelicet ad uiginti cōtinet. In Decimo sexto igitur De cerebro quaestiones, & apparentia (quales sunt pulsitiui eius motus,) & Num spiritus quæ trahimus ad id perueniat, exequitur. Et deinceps De spinali medulla, & pelliculis cerebri. In Decimo septimo, De dominatrice cerebri ui differit. In Decimo octauo, De motu animalis: Tum singulorum neruorum differentijs: & unde quidam eorum emanant, docet. In Decimo nono libro, De neruis, distillationibusq; ex cerebro prouentibus: & unde incipiat sensibilitas eius: & De oculorū neruis, quos Herophilus & Eudemus poros uocant, scribit.

Hic in Græco exemplari multa desiderantur.

Preterea libri De morborum & Symptomatum differentia sunt. Sequitur autem liber De morborū differentia, liber alter, De causis morborum: quem ad modum & alterū De Symptomatum differentia, Tres De Symptomatum causis libri sequunt. Post hos libri sunt De locis affectis. Et liber De temporibus morborū: qui ex illis est, qui Therapeuticam materiā præcedunt. Et liber De febrium differentia. Liber item De plenitudine. Et ille De præter naturam tumoribus. Preterea liber De causis morborū præcedentibus: & liber De causis morborū cōtinentibus. Et liber De calore, rigore, palpitatione, & conuulsione. Et tandem ille qui inscribitur *Arts Medica*.

LIBRI THERAPEVTICI.



Vatuordecim porrō libri De Methodo curandi mihi scripti sunt. Duos preterea eiusdem generis ad Glauconem, & tres De phlebothomia composui. Primum quidem cōtra Erasistratum. Alterum contra eos qui Romanæ sunt Erasistraticos. Tertium uero quo meam de curandi ratione sententiam superintuli. Extat etiam libellus quidam meus Therapeuticus & ipse inscriptus

A scriptus. Conscripsi quoq; amico cuidam meo libellum, cuius nuper postquam ad multorum manus peruenisset, antigraphum recepi: titulum autem habeat, Consilium puero comitiali morbo laboranti datum: quare Therapeuticis adscribo. In quorum quidem numerum & tres illos De alimentorum facultatibus libros: Et librum De extenuante diæta: Et alium De boni maliq; succi cibus, non ineptè quis referet. In hoc autem Therapeutico negocio nihil recensitis inferiores etiā isti sunt: quos De curandi ratione secundum Erasistratum scripsimus. Et duo illi quos Glauconi Philospho dicauimus. In hunc ordinem ponere quis & eum libellum potest, quem De Hippocratis in morbis acutis diæta, adidi. Et sanè idem in omnibus reliquis in Hippocratem cōmentarijs nostris, rectè fecerit: his enim quamplurima curauonū theorēmata continentur. Qualia sunt etiā diaprognostica & prognostica.

LIBRI PROGNOSTICI.



Rimum quidem in hoc genere tres libri De iudicialibus diebus extat. Et rursus tres De Crisibus. Deinde tractatus De Pulsibus: in quo Primum quidem De eorum differentijs libri quatuor sunt: quos Secundo sequuntur, De pulsum dignotione libri totidem: & Tertio libri De causis eorum, numero suo pares: & Quarto De præsignijs ex his sumendis. Qui sunt in uniuersum sedecim. Preter uero hos seorsim introducēdis scriptus, De usu pulsum libellus habetur. In quo quum nonnulli quaesiuissent, quæ nam esset causa, quod febricitantium pulsus, nō proprio notaretur nomine: respondeamus ijs, maiorem esse hanc, altiorisq; investigationis quaestionem, quàm quæ isthuc ad introducendos faceret. Et hæc quidem in libelli initio nobis dicta sunt. Duas uero medicis esse opiniones ibidem ostendimus. Alteram nempe quorundam talem, ut arbitrentur, etiam arteriarum systolen sentiri posse: Alterā uero eorum qui insensibilem illam asserant. Nobis autem consultius uisum est, eos qui introducuntur, facilioribus primum exerceri: quare ad priorem tum partem nos accessimus, & insensibilem esse huiusmodi systolen asseruimus, febrisq; nullum esse in pulsibus proprium indicium. Iuxta alteram uero sectam, in magno illo sedecim librorū opere, ostensum nobis est indicium febris proprium. Sed has quaestiones illi mouent, qui absq; præceptoribus discunt, similes, iuxta parcemiā, ex libro gubernatoribus. Mihi uero alibi satis est expositum, aliam esse eorum qui introducuntur primum: & aliam rursus omnino diuersam, eorum qui iam sunt aliquod iudicium consecuti, institutionem. Porrō quoq; Libellum, sedecim supradictorum librorum compendium, scripsi. Et præter hos omnes, octo libros, De pulsum tractatione Archigenis: unumq; eorum usus complectentē, adidi. In hunc ordinem, & tres illos De difficili respiratione, non absurde quis retulerit.

Libellus De pulsibus ad introducendos.

DE LIBRIS COMMENTARIORVM IN HIPPOCRATEM.



Vemadmodum nec aliorum meorum, quos amicis dederam, librorum, quenquam facile ad plures peruenturū opinabar: ita enarrationes quoque has meas in Hippocratem, mihi tantum scriptas speraueram. Nam à principio quidem eas, ipsum me solum exercēs, in ista quondam cōmentaria conscripseram. Quod idem & in uniuersa adeo medicinæ contemplatione, circa unamquamq; eius partem feci: mihi tantum libellos quosdam parans, qui omnia Hippocratis in arte Medica, dogmata complecterentur: dilucidamq; & undequaq; absolutam institutionem continerent. Sic enim priuata mihi cōmentariola, De Crisibus, De difficili respiratione, & sic in alijs singulis, composui. Item & curationum Methodum uniuersam eodem consilio, libris quatuordecim (quantum ad omnia therapeutica pertinebat) complexus sum: atq; id quidem iuxta uiri illius sententiam. Extabant autem aliorum ante me complurium in singula Hippocratis dicta, non spernenda cōmentaria. In quibus quæ perperā scripta mihi uideantur, ociosum arbitror hic arguere. Ostendi

C vero nonnulla in ijs quæ nuper adhortantibus quibusdam scripsi: in quibus breuiter contra interpretes eius quædam differui. Ego etenim à principio nullos eorum commentarios Romæ habebam: quum libri mei in Asia essent omnes. Sicubi igitur meminissim periculosi alicuius dicti, assertionis ue magnopere circa hanc artē exercendam nocitura illi, qui ei confidisset, indicauit. Cætera autem omnia non ex aliorum cōmentarijs, sed mei ipsius iudicio adiunxi. Et hoc modo cōmentaria à me in Aphorismos: in librum De fracturis: & librum De articulis: & in Prognostica: & librum De ratione uictus in morbis acutis: & librum De ulceribus: & libros De capitis uulneribus: priorem quæ librum Epidemiarum, [hoc est, morborum passim grassantium] scripta sunt. Postea uero quum forte commendantem quendam reprobam Aphorismi interpretationem audiuissem, cepi consilium, reliqua etiam mea omnia quibusdani communicare: quæ tamen ita conscripseram, ut publicam magis ædificationem, quam eorum tantum qui ea accipiebant, captum respiceret. Sunt autem hæc. Commentaria in Secundum, Tertium, & Sextum Epidemiarum librum scripta. Præterea in librum De chymis, De nutritione, De prædictione, De natura hominis, De Medico uulnerario: & in librum De locis, aëre, aquis: quem ego De habitationibus & aquis, & temporibus, & regionibus assero inscribendum esse. Feci igitur in Aphorismos cōmentariorū libros septem. In libros De fracturis, tres. In libros De articulis, quatuor. In Prognostica, tres. In librum De in morbis acutis diætā, tres quidem in eam partem quæ citra controuersiam huius est: duos uero, in eam quæ illi attribuitur. In librum De ulceribus: & illum De uulneribus: in unumque libros singulos. Interpretationum porro in Primū Epidemiarum libros tres scripsi: & totidem in Tertium. In Secundum autem sex. In Sextum octo. In librum uero De chymis, commentarios tres: quemadmodum in Prognostica: & Medicum uulnerariū: & librum De locis, aëre, aquis: quem ego De habitationibus, & aquis, & temporibus, & regionibus inscribendum dixi. In

Vide præfationem lib. 4. cōment. in Hippocrate De morbis acutis.

D librum autē De nutritione, libros quatuor composui. Tum in libros De natura hominis, duos. Quibus iam absolutis, quū audiuissem calumniari quosdam hunc librum, tanquam adulterinum, commotus sum alios adhuc tres libros conscribere: qui huiusmodi habent inscriptionem. Quod Hippocratem in alijs suis scriptis concordem habere sententiā, cum eo De hominis natura libro, appareat. Denique ad Hippocratem & illi pertinent, De uiuendi ratione in morbis acutis, secundum Hippocratem. Similiter & Expositio antiquarum apud eum dictionum. Et liber contra Lycum, super Aphorismo, cuius initium est: Crescentia multum habent natiui caloris. Item liber contra Iulianum Methodicum, de ijs in quibus Hippocraticos Aphorismos reprehenderit. Ad Hippocratem & ille libellus faciet, in quo dissero, Optimum Medicum eundem esse & Philosophum: qui libellus ob breuiorem titulum iisdem uerbis inscriptus est.

Aphorif. 14. lib. 1.

DE LIBRIS CONTRA ERASISTRATVM SCRIPTIS.

In primū quidem Erasistrati De febribus, cōmentarios tres scripsi. Quorum Tertio De febribus, præcipuæ commentationum therapeuticarum Erasistrati continentur. Ipse uero therapeuticus tractatus, De Erasistrati medendi ratiocinationibus inscribitur. Quinque autem commentarij illi constat. Sunt præterea & De anatomia Erasistrati, libri tres. Et De phlebotomia duo. Ad hos unus contra ipsum Erasistratum, & eos qui Romæ sunt Erasistraticos scriptus. Ad Erasistratū & ille libellus pertinet, in quo quarimus, Num secundum naturam in arterijs sanguis contineatur. Similiter & ille De usu respirationis. Et tres De naturalibus potentijs: qui iudicium omnium eorum, quæ ab Erasistrato in uniuersum de naturalibus operationibus scripta sunt, continent.

DE LIBRIS

DE LIBRIS QVI AD ASCLEPIADEM SPECTANT.

De Asclepiadis quoque dogmatibus libros octo scripsimus. Et alium adhuc libellum De essentia animæ secundum Asclepiadem, inscriptum.

DE LIBRIS CONTRA EMPIRICOS SCRIPTIS.

E Isagoga Theodæ cōmentarij quinque. De libris Menodoti Seueri, unde cim. De libris Serapionis contra Sectas, duo. Informationes Empiricæ, De Medicinali experientia. De Empiricorum cōtrouersijs, tres. Contra obiectiones ad cōtrouersias Empiricorū: Et Theodæ * Contra Menodoti Seueri adhortationem ad Medicinale cōpendium Heraclidarum, tres. De Empirica secta, libri septem. De differentijs illorū à Methodicis. Methodicæ sectæ, sex. Contra obiectiones Iuliani in Hippocratis Aphorismos.

DE LIBRIS QVI AD APODIXES CONDVCVNT.

Rosteaquam omnes mortales in quacunque disceptatione, & sua se demonstraturos, & alios confuturos, promittere solere, animaduertissem: nihil prius, neque studiosius discendum mihi Demonstratiua theoria duxi. Quare mox philosophos (nam illos docere eam audiebam: & si ulla alia Logice philosophiæ pars, hanc Demonstrationum, quarum desiderium alijs se implere posse profitebantur, esse iterum atque iterum obseruandam, tradere) rogabam, quænam esset Methodus, quæ doctus aliquis, tum alterius disputationes Apodicticas exacte dignoscere, utrum ueræ sint illæ, uel in speciem quidem, instar adulterinorum nummorum, apparentes, sed ad ueritatem collatæ prauæ: Tum ipse uia quadam insistent, circa quodque eorum quæ inuestigari solent, ad inuentionem eius peruenire possit. Ob hæc autem quum deinceps me & Stoicorum & Peripateticorū, illis temporibus celeberrimis mancipassem, discere quidem Logicorum theorematū alia multa, sed quæ postea considerans inutilia prorsus ad Apodixes inueni. Videbam enim inter illas, paucissimas eas esse quæstiones, quæ utilitatem aliquam continerent: & ad potius propositum scopo conferre possent. Quinimo & controuersia ab illis plerisque, nonnulla etiam naturali rationi pugnantiā reperiēbā. Quare profectō ad Pyrrhoniorum ferè per præceptores, hæsitauit ipse recidissem, nisi Arithmeticæ, Geometriæ, Dialecticæque cognitione, quibus (ab auo etiam proauoque desumptis) à patre iam ab initio institutus fueram, retentus essem. Quum uero mecum reputarem manifeste ueras esse Eclipsū prædictiones, Horologiorum, Clepsydramque instrumenta, quæque alia iuxta Architectonicen inueniuntur: satis arbitrabar typorum Geometricorum demonstratione uti: maxime quum eos etiam philosophos qui Dialectices callentissimi habebantur, non inter se solum, uerum etiam sibi ipsis discordare uiderem: quanquam ex æquo omnes Geometricas has apodixes commendarent. Vnde plenius etiam cognoui abstinendum esse ab illorum dictis, sequendos uero characteres illos & lineares demonstrationes. Quod autem in hac logica theoria discrepare dixi inter sese philosophos, in Peripateticis & Stoicis, & Platonis manifestum est: quod sibi ipsis, ex proprijs in unoquoque scriptis liquet. Et parua quidem inter Peripateticos discordia est, magna uero apud Stoicos & Platonicos. Qui igitur uolent in linearibus istis Demonstrationibus exerceri, consulo, ut in ijs ipsi primum se instituunt, postea uero notum & alia multa me ipsum exercitandi gratia: quorum alia quidem in incendio illo, quo & Templum Pacis conflagrauit, perierunt: alia autem amicis data, apud multos adhuc integra, quemadmodum & reliqua nostra, extant. Eorum autem cōmentariorum quædam ipse amicis dederam: quædam uero à domesticis furtim surrepta, & euulgata sunt, quæ deinceps ab alijs qui habebant, accepi. Quo quidem in numero sunt, Tres illi, in Aristotelis De Enunciatione librum, cōmentariorum libri: & quatuor item in Priores De syllogismis: similiter & in Posteriores, pari numero. Inscri

EE

C bunt autem hos omnes fere hodie Resolutionum priorum: quemadmodum illos de demonstrationibus, Resolutionum posteriorum. Ipse sane Aristoteles illorum tanquam de Syllogismis, horum autem tanquam de Demonstrationibus sibi scriptorum meminit. In quos quidem utrosque & nostra extant commentaria: sex in priores, quinque in posteriores. Horum igitur commentariorum nullum ad additionem scripseram: quemadmodum neque sex illos in Theophrasti librum, quem De affirmatione & negatione inscripsit. Commentaria quoque in primum Eudemi De dictionibus, antea alijs me rogantibus, scripseram. In decem uero categorias ipse quidem commentationes nullas feci: neque mihi, neque alijs unquam tale aliquod commentariolum paravi. Vnde quum post aliquando rogaret a me amicus quispiam in eum librum ad earum disputationum solutionem, Commentationes, uti tantum ijs iussi quae a praecceptore fuerant istum in librum praelecta: aut omnino similibus, ex aliorum commentarijs, sicuti Adrafi & Aspasi erant. Caterum & puer adhuc quum sub patre institueret, isque mihi post Logicam theoriam Chrysippi celebri Stoici libros proposuisset, illius tum syllogisticos libros commentaria conscripsi. Quae ipsa quoque postmodum apud multos fuere, in Pergamo cum alijs quibusdam lucubrationibus, quae iuuenis scripseram, relicta: atque per familiarem postea rogantibus quibusdam communicata. Quae uero ipse accuratius paulo in Demonstrationum materia elaborauit, nominatim haec sunt. De requisitis ad Demonstrationes, liber unus. De ijs propositionibus quae in demonstratione omittuntur. De aequipollentibus propositionibus, liber unus. De demonstrationibus propter quid, unus. De numero syllogismorum, unus. De Exemplis, libri duo. De Inductione, liber unus. De Imagine, unus. De Similitudine, libri tres. De ex hypotesi principijs, De generis, speciei, eorumque conuergentium significatione propria, liber unus. De Possibili, De eo quod multipliciter dicitur, libri tres. De communibus & proprijs artium, unus. De implicatibus se ipsas orationibus, unus. De contingentibus propositionibus, unus. De syllogismis qui ex mixtis propositionibus constituuntur. Quomodo discernenda sit negotialis quaestio a nominis & significati quaestione, liber unus. De Clitomacho, eiusque apodixion solutionibus. De communi oratione, libri duo. De optimo docendi genere, contra Phaurinum. Super Epicteum contra Phaurinum, unus. De usu syllogismorum. De usu contemplationis syllogisticae, libri duo. De optima secta, liber unus. De nominum rectitudine, libri tres. Item unumquodque & unum esse & multa. Quod ad apposita idem consequi impossibile sit, unus. De demonstratiua secta, unus. De ui & contemplatione Logicae, unus. Dialogi ad philosophum: liber alius ab eo qui est de communibus notitijs. Contra eos qui omnem calumniandi occasionem ex uerbis aucupantur, liber unus. De communibus, & proprijs artium principijs. De artium constitutione, libri tres. De significati generis, speciei, & his adiacentijs. Compendium Demonstratiuae theoriae. De discernendis dogmatum controuersijs. Quod separari a prima substantia quantitas non possit. De priore. De impossibilis demonstratione, unus. De ijs quae sui causa fiunt, unus. De multipliciter dictis, duo. De nominis & significatorum quaestione. Quaestiones autem Moralis philosophiae, quantum mihi uidebatur, infra scriptis libris exposui. De suis cuique passionibus & utijs dignoscendis, libri duo. De moribus, quatuor. Contra Phaurinum pro Socrate. De indolentia, unus. De fine philosophiae, unus. * De submisso legendis, unus. De poenis & peccatis exaequandis, unus. De consolatione, unus. De Diatriba in aula Menarci, contra Bachidem & Cyrum, unus. Quale genus congressionis obsecuari debeat in Dialogis, unus. Contra forenses rhetores, unus. De uoluptate & labore, unus. † De ijs quae unumquodque uitae propositum consequuntur, unus. Concionum contra sectas, unus. De concordia, unus. De pudore, duo libri. Concionum contra adultores, duo. De Calumnia: in quo & de priuata uita tractatur. Chronici septem, in uno uolumine. Concionum contra sectas habitatum sub Perrinace, unus.

† vide Galeni
notiā in
libro de
magis
p. 175. b. 21.

A Quatenus sit honor & gloria persequenda. De Testamētis condendis. De pertinentibus ad Platoniam philosophiam. De secta Platonica, liber unus. De medicē dicitis in Platonis Timaeo, libri quatuor. Ad amicos, siue Plato. De ijs qui suis tribuunt, libri tres. De Logica theoria secundum Platonem. Compendij dialogorum Platonis, libri octo. De egressionibus quibus in Philebo Plato usus est, unus. De animae partibus & potentijs, libri tres. Quod animi mores temperaturas corporis sequantur, libri duo. Et alius quidam, qui aliter editus est. De Hippocratis & Platonis dogmatibus. De spectantibus ad Aristotelicam philosophiam. Commentariorum in librum de Enunciatione, libri quatuor. In priora Analytica, libri sex: in posteriora quinque. In decem praedicamenta, commentaria quatuor. In librum Theophrasti, De affirmationibus commentaria sex. In librum quot quidque modis dicatur, commentaria tria. De primo mouete immobili. In librum De dictione Eudemi, libri tres. De Demonstrationibus propter quid, unus. De coniungentibus propositionibus, & syllogismis, unus. De Syllogismis ex mixtis propositionibus, De fallacijs quae in dictione consistunt. De differentijs Stoicorum philosophorum. De Logica theoria secundum Chrysippum, libri tres. In priora Chrysippi Syllogistica, libri tres. In posteriora, unus. De Logica facultate & theoria, septem. Quod Geometrica resolutiones praestantiores Stoicorum, liber unus. De usu & contemplatione Syllogisticorum theorematum, unus. De spectantibus ad Epicuream philosophiam. De felici & beata uita secundum Epicurum, libri duo. De uoluptatis secundum Epicurum, duo. Quod effectus uoluptatis imperfecte ab Epicuro sint expressi, unus. De uoluptaria secta. Num Philologia morum studio conferat, unus. De illis qui Sophists conuersantur, unus. Metodori epistola ad Celsum Epicureum. Epistola Pudentiani Epicurei. Quae communia Grammaticis & Rhetoricis. De uocabulis Atticorum scriptorum, libri XLVIII. Forensium apud Eupolidem uocabulorum, libri tres. De forensibus uocabulis apud Aristophanem, libri quinque. Forensium uocabulorum apud Cratinum, libri duo. De exemplis uocabulorum Comicis priorum, unus. Num utilis sit eruditus cognitio ueteris Comediae. Contra illos qui incessunt Solocifantes uoce, libri sex. In alijs septem. Electus Atticorum, in uno. De perspicuitate & obscuritate. Num idem possit esse Criticus & Grammaticus.

FINIS.

CLAVDII GALENI PERGAMENI DE

ORDINE LIBRORVM SVORVM LIB. AD EVGENIANVM,

Ioanne Fichardo Francofordiano interprete.



RECTE tu quidem, mi Eugéniane, facis, qui Libellum a me, ordinem caeterorum, qui scripti sunt mihi librorum exponentem, toties efflagitas. Illorum namque omnium neque scopus idem, neque uis, neque tractatio eadem est. Etenim quosdam, ut nosti, amicis me id rogantibus scripseram, ad eorum modum capti facientes: quosdam uero tantum Introducendis in hanc artem adolescentibus, destinaueram. Mihi autem neutro mihi fuit interim propositum, uelle istos nostri seculi hominibus addere: quod uidebam nec eos admodum, quos iam ante emiseram, curae multis esse. Admirantur enim nunc alij alios & Medicorum, & Philosophorum: licet illi nec suam ipsorum professionem, ullam uel demonstrandi scientiam satis teneant: aut falsos a ueris discernere sermonibus nouerint: admirantur tamen, uel quod patres ipsis fuerint Empirici, aut Dogmatici, aut Methodici: uel quod praecipites, uel quod amicos habeant: uel denique, quod maioris eos in urbe gloriae & existimationis, sectae suae nomine esse uideant. Sicuti in Philosophia quoque, alius aliam ob causam sibi aliquam sectam eligit: Platonis, aut Peripateticis, aut Stoicis,

EE 2

C aut Epicureis sese adiungens. Et hoc tempore, ex quo hæreditariæ etiam esse con-
perunt Sectæ, eam plerique profitentur, in qua fuerunt à pueris enutriti: maximè
quum iam uitæ formam, quam sequantur, habeant nullam. Quare quum ipse sic mi-
hi persuasisset, ne si ipsas quidem nunc Musas librum scribere contingeret, acce-
ptiorem multò futurum illum, uel indoctissimi alicuius hominis scriptis: cupiebam
sanè mearum lucubrationū nihil in uulgus æditum. Quando uero apud multos iam
illæ extabant, me inuito ad eò, (quod quidem scis) si quid erat reliquum Cōmentario-
rum mearum, grauatim profecto amicis impertiebam. Compulsus itaq; sum ab his,
ut librum De optima Secta, conscriberem. Non quidem qualem iam antea Medicorū
Philosophorumq; multi scripserant, suam nominatim Sectam extollentes, lau-
dibusq; uehentes: sed quo eam solam demonstrarem uiam, qua quis insitens, opti-
mam Sectam uel ad Medicinam, uel ad Philosophiā, aut aliam quamcunq; artem, con-
stitueret. In eo uero libro demonstratum est mihi, id cuius paulò antè mentionem feci,
Demonstrationum primum esse peritum illum debere, quicunque Sectarum uer-
sus esse iudex cupiat. Neque tamen hoc unum sufficit, sed & affectiones prætere-
aduersus amantes odientesq; Sectas eū exuere cōuenit: ne ueluti multi, ijs circa illas
excæcet. Qui enim sepositis his, uel iuxta demonstratiuā Methodum inuestigabit
ueritatem, uel de aliorum scriptis iudicabit: demum solus eam, quæ est optima, Sec-
tam inueniet. Nosti uero & tu, quàm ex Medicis Philosophisq; multi, quum hanc
demonstratiuam Methodum cauillarentur, eamq; negligenter, diuersis uis enaue-
rint: quibusdam ex his Apodixim omnino negantibus, quibusdam uero ad eò con-
cedentibus, quòd etiam natura eam omnibus usque eò notam dicerent, ut neque dis-
ciplina ad hanc, neq; exercitatione opus habeamus. Quibus quis tandem responde-
re dignetur, eò stuporis deuenientibus? Sed hic aliquis forte illorum (ut sunt pleriq;
confidentissimi, præsertim in ijs quæ maximè ignorant) mecum pugnet, meq; ma-
ioris arguet confidentiæ: quod ne audiam, apudq; alios defendere me necesse habeo
am, cogito iam dudum nihil uelle librorum ædere. Verum quum illi, quos amicis
destinaueram, ad plures iam peruenissent, cogebat sanè necessitas, propter eosdem
de optima quoque Secta commentari. Eius autem tractationis causa, in eo tum mihi
fibro satis dicta est: quem si quis omnium primum legere uoluerit, recte prudenteq;
fecerit. Quòd si persuasus his ille, antequam disciplinam iudiciumq; Sectarum omni-
um consecutus sit, Demonstrationum etiam peritus esse cupiat, habet Apodoxen
materiam, à nobis descriptam. Ex qua ille si non methodos solas percipiat, sed
cundum eas etiam se in tota illa rerū sylua exerceat, ueritatem facile inueniet. Quòd
fiet, si & eius rei studiosus accedat, neque temeraria affectione sibi aliquam deligat
eorum instar qui in Equestribus ludis diuersorum colorum studio, citra rationem
ducuntur. Ille uero noster, ubi forte alios quoque deinceps, quos supra commemor-
raui, aggressus fuerit, absque negocio, quæ uel uerè illis cognita, uel falsò fuerint re-
cepta, discernet. Quare nostrorum quidem librorum, una hæc initium esse lectio-
nis debet istis hominibus, qui & natura dociles, & alioqui ueritatis sunt studiosi. Por-
rò autem si confidens mihi aliquis, uel ob uitam meam omnem, uel ob clara artis huius
ius facta: puta quæ apud ægrotos designarim: aut aliàs sit persuasus, uel ex animi
mei moribus, quòd neq; inuidia, neque contentione, neque temerario quodam mo-
re erga Sectam aliquam sim affectus; aut ex operibus denique meis (quæ sola uero
rum dogmarum testes sunt) circa hanc artem mihi elaboratis, nobis sese crediderit,
ut præter Apodicticam illam contemplationem, quod optimum sit caueat: poterit
sanè & is libris nostris iuari. Et quanquam id non per exactam rerū cognitionem,
(ista enim solis illis demonstrationibus paratur) per opinionem tamen rectam conse-
quetur: qua de ueteribus bene dictum est, nihil illam ad operationem esse ipsa scien-
tia inferiorem, licet ei legitimum illud, solidumq; absit. Leget igitur is illa primum,
quæ sunt INTRODUCENDI scripta. Librū uidelicet hunc De Sectis, qui eo est
titulo

Argumentum
libri de optima
secta.

Colorum ge-
nera in Eque-
stribus ludis:
uide apud Po-
litianum in Pa-
nepiste.

A titulo est inscriptus, De sectis pro Introducendis. Et illum, De pulsibus pro Introdu-
cendis. Tertio, De ossibus librum, & ipsum Introducendis inscriptum: qui inter
Anatomicos primus est. Eum igitur ante alios aggrediatur, qui ad omnium Ana-
tomia cognitionem studet peruenire. Tradit enim is omnes in Anatomia apparen-
tes particulas: cuiusq; magnitudinis, situs, formæ, coherentiæ, coloris, & societa-
tis ad inuicem sint, ostendit. Quòd si Anatomiarum inspectionibus nondum etiam
exercitatus ille fuerit, earum deinceps Operationes discat: alias quidem Naturales,
tribus à me libris expositas, & De potentijs naturalibus inscriptas: alias uero Ani-
males dictas, in alijs pluribus à me tractatas. Quas præcedit liber De Anatomia mor-
tuorum. Hunc autem duo sequuntur, De sectione uiuorum. Et eos rursus alij duo,
De sectionis controuersia. Post hos sunt tres illi De thorace & pulmone. Duo item
De causis respirationis. Vnus etiam De uoce. Ex hoc genere sunt libri quoque De
motu musculorum. Et quæ De uocabulis tradidi. In libro autem De demonstratio-
ne elementorum, non omnia sum executus, sed quatenus ipse Hippocrates usus fue-
rat. Quòd si quis absolutam elementorum corporis nostri cognitionem requirat,
legenda sunt illi, quæ in Decimotertio Demonstrationū libro, & in quinto & sexto
De Asclepiadis dogmatibus, à nobis exposita sunt. Præterea quæ De purgantū me-
dicaminum potentijs scripsimus. Disseruimus etiam quædam in eo, quem De ele-
mentis, secundum Hippocratem inscripsimus, commentario. Seorsim denique in
alio quodam libello, ea de re tractauimus. Post librū uero De elementis secundum
Hippocratem, sequuntur De temperaturis, libri tres. Et eos rursus tractatus De sim-
plicium medicaminum facultatibus. Hunc autem alter ille De compositione medi-
camentorum tractatus. In prioribus igitur, de proprio cuiuslibet indicio, in posteriori-
bus autem de pharmacorum compositione differitur. Si porò quis post duos illos,
aut tres, uoluerit uel eum De optima constitutione corporis, uel De bona habitudi-
ne, uel De inæquali temperatura libellum legere, conuenienter, nec sine ordine id fe-
cerit. Parui quidem sunt illi, & amicis tantum sic exigentibus conscripti, ab illis uero
in plures deinceps euulgati. Nam eorum materiam (quæ differentiam constitutionū
corporis complectitur) in tractatu sanitatis expedieram.

Hic desiderantur multa.

Habebis præterea & nostros, in quædam Hippocratis, Cōmentarios. Qui quan-
do iam partim scripti sunt, etiam reliquos adijcere tentabo. Quod omnino quidem
si uixerimus, fiet. Sin autem morte præuentus, antequam utilissima uiri illius scripta
exposuerim, uita excedam, habebunt tamen studiosi eius sententiam, mea q; ut di-
ctum est, opera: unà cum ijs quæ nunc extant, commentarijs. Atque utinam Pello-
pis mei præceptoris, & Numisiani (pauca enim illorum ab interitu adseruata sunt) &
præterea Sabini, Rufiq; Ephesij, in Hippocratem interpretationes omnes haberen-
tur. Quintus enim, eiusq; discipuli, uiri illius sententiā non planè sunt assecuti: unde
factum, ut in suis exegesibus multoties aberrarint. Lycus autem reprehendit quoq;
nonnunquam Hippocratem, mendaciq; illum (quem tamen non intelligit), arguit:
nota enim passim eius Cōmentaria sunt. Noster uero præceptor Satyrus, (nam huic
primo conuersari sumus, postea uero Pelopem audiuius) in exegesibus Hippocra-
ticorum librorum, Lycum minime sequebatur. Confessum est nanq; Satyrum dili-
gentissimè Quinti dogmata obseruasse, adeò ut nec addere quid illis, nec demere uel-
let. Nam Ephicianus horridior est etiam. Nos autem quum postea audiuissemus, pri-
mo Satyrum Quinti interpretationes recitantem: deinde quædam etiam Lyci legis-
semus, deprehendimus utrosq; non probe Hippocratis sententiam percepisse: me-
tusq; hunc ab ijs intellectū qui Sabinum, Rufumq; sequebantur. Quod facile qui-
dem iudicare poterit, qui in nostris fuerit commentarijs præexercitatus: ex quibus &
quæ bene recteq; dixerint, & ubi lapsi fuerint cognoscet. Sed de exegesibus in Hip-
pocratem iam satis dictum: quare ad reliqua nostra uolumina, quæ ad rem Logicam
EE 3

Nam & com-
mentaria in
Aphorismos
post hunc libel-
lu scripta sunt.
Eius enim me-
mini in inter-
pretatione A-
phorismi. 30.
libri 3.

C pertinent, pergamus. Ex illis autē, tibi quidem, mi Eugeniā, & quotquot uni Medicinae student, ea quae De Apodixibus scripsimus, sufficere possunt: alij autem quicunque Philosophiae se addixerunt, caetera quoque legenda sunt. Nisi si quis fortasse utraque, & Medicinae, & Philosophiae theorias, commode beneque possit perdiscere. Eum uero & ingeniosum, & memorē, & laboriosum esse oportet: praererea cam sortitum felicitatē, quae nobis contigit. Qui sub patre docti, Arithmetica, Logica, Grammatica quoque sumus instituti: in hisque humanioribus disciplinis, usque ad aetatis annū decimum quintum enutriti, ad dialecticam quoque ab illo contemplationem, ut soli deinceps Philosophiae uacaremus, perducti sumus. Annum postea decimumseptimū agens, claris insomnijs monitus Medicinam sum aggressus, eum Philosophia illam contumgens. Talem uero ego meam felicitatē, quanquam maiorem etiam redderem, quod citius meliusque reliquis omnibus, quae cumque docebar, discerem: nisi tamen per uictoriam adeo uitam, in illis Medicinae Philosophiaeque theorematibus me diligenter exercuissim, nihil praclarum, excellensque eram consecuturus. Quapropter mirum non est, in tanta eorum, qui in Medica & Philosophica exercitacione, studioque uersantur, inueniri tam paucos, qui recte in illis profecerunt. Aut enim natura parū ad eas sunt appositū: aut non, ut conueniebat, sunt instituti: aut studijs non fideliter seduloque insisterunt: aut ob Rempublicam denique capeffendam, ab his discesserunt. Et haec quidem obiter nobis dicta sint: quanquam non omnino parerga. Post eos igitur De Demonstrationibus libros, nostras Philosophicas theorias legat. Quae enim illarum subiecta, & quot sint, circa quascumque earum scripsimus. Sed haec laus in eo libello, quem De omnium librorum meorum conscriptione conficiam, exequar. Quod autem me de tractatu, in quo usurpata apud Atticos nomina, secundum ordinem primarium in ipsis literarum, ex eorum scriptoribus collecta sunt, rogasti: quae iam antea tibi respondi, opere precium arbitror hic etiam commemorare. Nam copertum habeo, alios quoque multos, quodnam eius libri sit argumentū querere. Et quidem in eo tractatu non hoc agimus, quod hoc nostro seculo multi: qui omnibus Atticē loquentium sinceritatem imponunt: siue illi Medici, siue Philosophi, siue Geometrici, siue Musici, siue Iurisconsulti, aut nihil etiam horum, sed alioqui uel opulenti, uel diuites sint: uerum contrarium intendo, neminem profus, ob orationis solocisimos, esse reprehendum incessendum uel. Praestat etenim lingua, quam uita, solocisimos, barbarismosque committere. Quin & libellus aliquando mihi scriptus est contra eos, qui in solocisantes uoce, inuehuntur: tantum abest ut eruditionis esse partem aliquam Atticisimos asseram. Praeterea quoque propter multos & Medicorum, & Philosophorum, quorum alij noua nobis Graecorum uocabulorum significata praescribunt, alij aliud: Commentaria uocabulorum, octo ac quadraginta libris conscripsi: ex Atticis illa scriptoribus, partim & Comicis, congerens. Quod opus mihi, sicut recensui, scriptum est propter significationes. Illud autem qui legent, simul & Atticorum nominum noticiam adipiscuntur: quae ipsa per se quidem nihil magno studio dignum habet. Sed & alius a me tractatus, De uocabulorum rectitudine aeditus est: propter illis perperam utentes: quem sane uel primum omnium, diligentius euoluere fuerit consultū.

F I N I S.

CLAVDII

Ioanne Fichardo Francofordiano interprete.



ST etiam ex insomnijs, corporis dispositionē coniecturis quibusdam deprehendere. Si igitur incendium quis per somnū uideat, eum quidem flaua infestabile significatur. Si uero fumum, aut caliginem, aut profundas tenebras, atra bile grauatur. Rursus si imbres somniat, in eo frigidam abundare humiditatem indicatur. Sic qui niuē, qui glaciem, qui grandinem, phlegmatis humidi plenus est. In his uero & tempus, & consueta uendi ratio, dietae obseruari debet. Etenim si niue aliquis conspergi sibi uideatur: si quidem id post inuasionem paroxysmi cum rigore, horrore, frigoreque uenientis, somniet, tum plus est tēpori quam corporis affectioni tribuendum. Sin uero remittente iam paroxysmo huiusmodi somnium sese offerat, firmiore nobis praebet significatio- nē, frigidus in eo humores praualere. Quae certior fuerit, si praeterea cibus phlegmaticis uisus non fuerit: quibus sumptis eiusmodi solent phantasiae obuenire, quanquam per corpus uniuersum non planē erat huiusmodi dispositio. Quū uero insomniā nobis non ex corporis modo dispositione, uerum & ex ijs quae agimus quotidie, uel interdum etiam cogitamus tantum, uaria consueuerint uideri: nonnulla quoque talia sint quae diuinatores, (ueluti saepe uidemus usu uenire) requirant: difficile sanē fuerit ex istis somnijs ē corpore prouenientibus, de corpore iudicare. Et quidem si ex illis quae quotidie aut agimus, aut cogitamus, diiudicare nos ea solum oporteat, iam facile fuerit, quae nec acta, nec sint cogitata nobis, illa ex corpore prouenisse, putare. Quando uero & diuinatores facimus locum, difficile erit profecto dictū, quomodo illa ab his, quae ex corpore originem duxerunt, sint discernenda. Viderat igitur in somnijs quaedam crus sibi alterum factum lapideum, quod multi magna rerum istarum pollentes peritia, sic interpretabantur, tanquam ad seruos id solum spectaret: ast ille praeter omnium nostrorum opinionē, isto crure paralyticus fiebat. Palaestritam autem, qui in cisterna quadam sanguinis plena stare sibi uisus erat, adeo immerso ut aegre posset extare: inde nos coniecturabamus abundare sanguine, uacuationeque indigere. Quidam porro crisi instante sudaturi, lauare calidarumque aquarū lacus innatare se somniabāt. Sic in explebiliter bibere, uisio est sitibundorum hominū frequens: quemadmodum insaniabiliter edere famelicorum: & ueneri indulgere eorum quibus semen abundat. Videtur namque in somnijs anima profundum corporis ingressa, externis relictis sensibus, ea quae corporis sunt dispositionis sentire, & omnium quae cupit, tanquam iam praesentium per istam imaginationē frui. Et haec quidem ita se habere mirum non est: quando quidem humorum multitudine animalis illa uirtus grauatur: unde fit ut uix mouere se posse, aut grauiam quaedam ferre onera sibi uideantur. Econtra quoque accidit, quod adeo sit leuis temperataque corporis complexio, ut nunc uolare, nunc uelocissime currere per insomnium se putent: usque ad phantasmatis istis animae, corporis dispositioni accedentibus, ut ad odorum etiam, & suauium, & graueolentium ferē sensum deuenire uideatur. Ita namque in coeno stercoreque agere quidam se somniant: quod eos nimirum corruptos, foetidos, putridosque humores habere, aut intestina stercore operata, indicium est. E regione uero in odoratis alij locis uersari se putant, quod uide- licet propter diuersam corporum istorum dispositionē euenire, censei debet. Quae propter quae in insomnijs uel uident, uel se facere putant aegrotantes, quam sapissimē nobis & ad defectus, & ad excessus, & qualitates denique humorum cognoscendas conducunt.

Incendium.
Fumus.
Caligo.
Tenebrae.
Imbres.
Nix.
Glacies.
Grando.
In insomnijs
obseruandum
tempus.
Cibus.

Lapidea somnia.
Sanguinea somnia.

Lauare.
Natare.
Bibere.
Edere.
Venereis uti.

Grauari.
Volare.
Currere:

uersari in stercore.
In locis odoratis.

F I N I S.

EE 4

C **CLAVDII GALENI PERGAMENI QVO-**
MODO MORBVM SIMVLANTES SINT
DEPREHENDENDI LIBELLVS.

Ioanne Fichardo Francofordiano interprete.

Ad hunc faciet
 liber Prognos-
 ticorum eius-
 dem.



VVM multæ sæpe sint causæ, quas propter ægrotare se homines si-
 mulant, uidetur & in istiusmodi omnibus ueritatis inuentio Medicu-
 cõuenire: quandoquidem Idiotæ etiã operæ precii ducant, a uero
 les simulationes dignoscere. Etenim phlegmones, erysipelates, &
 tumores per pharmaca extrinsecus apposita excitatos, Medicus ab
 ijs qui ex ipso proficiscuntur corpore, facile discernet, deprehendens
 sicuti & sanguinẽ ex oris partibus profluentẽ, ab eo qui ex stomacho, uentre, orga-
 nis ue spiritualibus prouenit. Nam deprehensi iam quidam sunt, qui sub finem tussis
 quoties uellent, sanguinẽ excrearent, uenula quadã in hoc prius circa gingiuas aper-
 ta, sicq; cõparata, ut quando uideret, lingua illam sugentes, statimq; post tussientes,
 sanguinẽ quasi ex inferioribus redditũ expuerent. Sic & delirare nonnulli, desipereq;
 se & alios, simulauerunt. Illa uero omnia & deprehendere, & inrer se discernere, Medici-
 corum sanẽ scientiã uulgo quoq; tribuunt. Fit autẽ sæpe quod dolor quispiam ita ste-
 muletur, ut ingens fereq; intolerabilis uideatur. Equidem ipse quendã noui in con-
 cionem a ciuibus uocari, qui postq; id parum sibi cõmodum uidisset, propterea q; in-
 teresse nollet, colica se passionẽ torqueri fingebat. Et ego quidem primo statim tem-
 pore istuc hominẽ agere, quod & postmodum ipse mihi confessus est, suspicabar. Fo-
 menta igitur tum illi adhiberi iussi. Verum ille quanq; aliã uel in minimis supra mo-
 dum esset meticulosus, hic non magnopere opem meã precabatur, expetebatq; quã-
 tamen omnibus modis erat imploraturus, (nam & paucis ante diebus eodem in mor-
 bo fuerat a me, hausto pharmaco Philonio, curatus) si uerẽ tum laborasset. Sed & exi-
 tus istud declarabat, Quoniã dimissa cõcione, extemplo conqueri, tanq; extra omne
 D mox dolorẽ constitutus, desijt. Quin & ipsa præterea uiuendi ratio quẽ præcesserat, in-
 lis erat, ut colicã in eo dispositionẽ non posset generasse: quando ex indigestionẽ
 frigidationeq; proficisci solent huiusmodi passionẽs: quorũ in hoc neutrum præcesser-
 rat. Hoc igitur quod antea etiã diætã morbus ipse discreparet, potuisse cognoscere,
 Medicã erat experiẽtiã opus. Alterũ uero istud; q; ob concionẽ simulare hæc illum
 suspicatus eram, Medicinã proprium non fuerat, sed captus & rationis eius, quã cõ-
 munis dicitur: quã, licet omnibus cõmunis sit, pauci tamen exactam perfectãq; ha-
 bent, ut inuenire in quoque negocio possint, quid faciendum dicendum ue sit. Res-
 nendum ergo memoria, quod diximus: experiẽtiã Medicã si coniungatur extrema
 hæc facultas, alia quoq; similia fingentes, ualidosq; dolores simulantes deprehende-
 re licere. Quemadmodum ipse nuper, quum utroq; genu uehementissimẽ dolere se
 quidam diceret. Seruus autem is erat, ex eorũ ordine, qui dominos iter facientes cur-
 su comitantur. Vnde statim doloris eius fictionẽ deprehendit: ex eo partim suspicio-
 nem sumens, quod ad illam forte diem Dominus ex Vrbe profecturus erat: partim
 ex adolescentis moribus, qui talis esset, ut facile in huiusmodi mentiretur. Ceterum
 & conseruum insuper quendã ei familiarẽ rogabam, num adolescens ille multo
 sa alicuius amore teneretur, quam propter esset uerissimile, longiorẽ profectioẽ Do-
 mino adornante, hoc illum studere ut relinqueretur. Eritã res habebat. Hæc igitur
 extrinsecus adinueneram. Circa uero genu eius maximus quidam tumor existerat,
 qui facile Idiotam perterere potuisset, sed rei perito manifeste per Thapsam excita-
 tus apparebat. Hæc autẽ cognitio Medicinã propria erat, non ab extrinsecus assum-
 ptis proueniens. Eiusdem quoq; erat experiẽtiã, sciuisse, nihil eorũ quẽ antecesse-
 rant tale fuisse, quod eum excitare tumorẽ tam repente potuisset. Neque enim plus
 quam conueniebat cucurrerat, neque uapularat ab aliquo, neque saltauerat, neque
 fossã transiliens id incõmodum passus erat: tum redundantis humoris indicium quẽ-
 dem

DE EXERCITATIONE PARVAE PILAE LIB.

A dem nullum erat, q; antea neq; splendidius, neq; abundantius uixisset. Ad hæc autẽ
 & doloris speciẽ me, qualisnã esset, percontante, neq; statim, neq; prompte, neq; ea
 dem respondebat. Quare profecto domino, quũ pharmacũ impoluisset, quod do-
 lorẽ quidem nihil leniebat, uerũ thapsã solum qualitatẽ in frigidare posset, post ho-
 ram unã illum consentẽ habui, nihil amplius se doloris sentire. Quod si e phlegmo-
 ne doloris natus fuisset, non solum per istud in frigidatũ nõ reledisset, sed etiã uehe-
 mentior redditus esset. Liquere igitur nunc arbitror, q; si Medicinalis experiẽtiã, ex-
 ternis istis ratiocinationibus, id est, coniectationibus, coniungat, sufficiens sit ad ueri-
 fortisq; doloris dignotionẽ. Potest uero quis & ex eo q; lenius morbum ferant, in-
 dicium ficti doloris sumere. Accidit enim istud omnino sæpe, (non animaduertentiã
 bus ijs, qui morbi uehementiam simulant) q; in alium se aliumq; habitum illi qui ue-
 re laborat, magnitudine uidelicet doloris agitati, transijciunt. Præterea si reuera mor-
 bo uehementi premantur, quoduis perpeti auxiliũ parati sunt; accersuntq; ipsi ultro
 Medicos, & quid acturi sint, quamq; morbo medelam adhibitori, consulunt. Sin ue-
 ro leuiter, aut saltẽ mediocriter infirmantur, huiusmodi auxilia refugit: neq; longio-
 ra ieiunia, neq; mordaciũ pharmacorum oblationem perferentes. Quẽ sola quidem,
 quũ grauiter se laborare dicunt, huiusmodi dispositionibus conferre, nõs illis affirma-
 re oportet: quẽadmodũ & sectiones, & uisiones, & omnis cibi potusq; cui uidemus
 eos esse obnoxios, abstinentiã. Morbũ igitur simulantes doloris magnitudos arguet,
 deprehendemusq; cũ ex alijs multis, in medicinalis experiẽtiã nouionibus: in qui-
 bus sunt languere, extrema in frigidari, pallere; interdum quoq; frigidum sudare, pul-
 sus inæquales, (quod quidem ijs etiã qui medio crite laborant, accidit) pluresq; mino-
 rum q; magnorum, obcurorũ q; uehementiũ, habere: præterea interrogatũ de morbi
 specie, peculiare affecti membri passionẽ indicare posse. Quãdã nanq; dolores lon-
 gelateq; se diffundentes habent: quãdam uero tanq; fixos, uniq; tantũ parti inheren-
 tes. Sic aliq; pungit pullantq;, aliq; quasi diuellũt, aliã quodammodo obstupescere,
 aliã grauare uidentur: nonnullã deniq; uomitus, quãdam uentris perturbationes,
 quãdam caliginem inferunt.

F I N I S.

CLAVDII GALENI DE EXERCITA-

TIONE PARVAE PILAE LIBELLVS.

Ioanne Fichardo Francofordiano interprete.



VANTVM ad ualitudinẽ tuendam exercitationes conferat, quibusq;
 illas cibis moderari cõueniat, quũ ueterũ multi, & Philosophorũ et Me-
 dicorũ oprimi, diligenter sint executi, nullus tamen, o Epigenes, hæc
 nus quantũ hæc parua pila reliquis præster, satis exposuit. Quare nunc
 licere nobis arbitror, ea de, quatenus eius cognitionem habemus, disse-
 rere: sub te præsertim, omnũ in hac arte exercitissimo, iudice. Quẽ porro & in aliorũ
 dicta erũt utilitatẽ, quoscunq; huius tu libelli participes esse uolueris. Ego igitur sic sen-
 tio, eas omnũ esse utilissimas exercitationes, quã nõ corpus solum exercere, uerum
 etiã animũ oblectare possunt. Vnde sapientes mihi, humanãq; naturã probẽ periti
 fuisse uidentur illi, quicunq; uenationes, & alias animalũ capturas, laborẽ uoluptate,
 oblectatione, recreationeq; temperantes, primũ inuenerunt. A deo enim potentes sunt
 isti motus animi, ut multũ morbis sæpe ex delectatione liberati: multi rursus ex nimia
 cõturbatione, mente capti sint. Nullus est autẽ corporis morbus tantus, ut uehemen-
 tior animã aggritudinibus esse possit. Quapropter minime sunt ex affectiones negli-
 gendæ, qualescunq; tandẽ fuerint: sed tanto diligentior istarũ q; corporis passionũ ha-
 bẽda ratio, quãto anima corpore præstantior est. Quũ autẽ delectatio cõmunis omnũ
 exercitatioũ sit, multa in hac parua sphaerã alia sunt, lãge reliquis excellentiora, quã
 deinceps ordine persequemur. Primũ igitur omnũ, pila nihil facilius paratu est. Nã

C si animo tecum reputes, quanto apparatu, quantoque ocio cetera omnes consentent, ut ferarum indagaciones, & uenaciones; iam tibi liquido apparebit, quod neque publicis negocijs, neque priuatis operibus occupatis, huiusmodi se exercitationibus adiungere liceat. Illa namque cum alia permulta, tum hominem ociosae admodum uitae requirunt. Haec autem adeo hominum uisibus est accommodata, ut ne pauperissimo quidem eius copia denegetur. Neque enim uel retijs, uel armis, uel equis, uel canibus denique uenaticis, sed una tantum pila, eaque perexigua, opus est. Adeo porro ad res alias omnes appositae, ut huius gratia nullam reliquarum omittit & negligere necesse sit. Et quid eo possit esse commodius, quod omni fortunae, omni item negotio conuenit? Venaticarum uero exercitationum usus, nobis quidem nulla facultas est: quando eum deposcunt, qui multiplicem illum instrumentorum omnium apparatus facile suppeditare, tum uero per se ipsum otium temporis diuersas opportunitates obseruare possit. Quum has interim comparare pilas tenuissimas etiam, ut dixi, sit expeditum: ususque earum tempus tale, quod enim satis occupatos accipiat. Tanta igitur huius est exercitacionis comoditas. Iam uero quod praeterea sit aliarum quoque absolutissima, sufficientissimaque, inde facile intelliges, si in unaquaque & quarum sit uirium, & cuius rationis, consideraueris. Alias namque uehementes, alias econtra molles; alias autem superiora, alias inferiora tantum: unam uel praeter reliquis partem, ueluti lumbos, aut caput, aut manus, aut pectus exercentes, reperiunt. Quae uero ex aequo partes corporis omnes exercere, seque nunc in summam uehementiam intendere, nunc summam facilitate remittere possit, aliarum, praeter hanc paruam pilam, nullam quidem inuenies: quae modo celerrima, modo tardissima, iam uehementissima, rursusque leuissima, utcumque sane uolueris, corpusque dispositus fueris, fieri assolet. Hac membra simul omnia, si commodum tibi uideatur, aut alia praeter alia, si magis placet, studiosius exercere potes. Vbi enim in aduersum constituti, inuicemque se prohibentes, alter alteri pilam praeripiunt: in ea interim contentione maximam potentissimumque exercitium existit: frequentibus adeo colliprehensionibus, palaestricisque complexibus incidentibus. Vnde caput quidem ceruicisque trachelis illis exercetur: latera autem, pectus & uenter, corporum subleuationibus, positionibus, repulsionibus, obnixibus, & ceteris id genus palaestricis prehensionibus firmantur. Hoc labore & lumbi tendunt, & crura robustiora reddunt: ipsae denique praerersiones, saltusque transuersi, pedum non mediocre exercitium constituunt. Et profectio, si uerum fateri uelimus, haec una est, quae in uniuersum omnes corporis partes quam fidelissime exercet. Siquidem congradientibus alij nerui musculique, alij item subeuntibus agitantur: quemadmodum etiam alij illis qui transuersi consistunt: & quotquot uno modo crura mouent. Insuper autem impariter currentium, inaequaliter eorum qui transuersi stant membra exercent. Est uero illa utilissima exercendi ratio, qua cum pedibus & manus agitantur eorum, qui sphaeram omni specie student excipere. Accidit enim ut dum necesse habent, uarijs subinde modis se transuolare, alijs musculis alij fortius intendant: hijs in uices omnes laborant, aequaliter quiete partita, alijs requiescentibus, dum fatigant reliquit: sicque uicissim & laborant cuncti, & requiescant: nec sint ociosi omnes, nec lassent omnes. Quod porro etiam uisum exercent, patebit si reputemus, quod diligenter pila sit oculis obseruanda, ut statim quod dilapsura sit, praesentiat: ne praeteruicta illius apprehensione aberrare necesse sit. Redditur autem & animus hac interim sollicitus ac intentus, dum ne parum recte excutias ueris, aut arcere mediū, eum uel anteuertere conaris. Et licet si sola sit sollicitudo, macerare nos extenuareque soleat: exercitacioni tamen alacriori coniuncta, in uoluptate abit, plurimumque et ad corporis sanitatem, et ad animi exercitacionem confert. Quae eadem non leue commodum est, utrumque, hoc consequi exercitio licere, uidelicet cum corpus, tum animum ad propria uirtutis exercitare. Et quae ea ad res maximas, adeoque eas quas subire praestareque imperatores, urbium reginae leges praecipunt, utrumque nos exercent, demonstratu non est difficile. Quando quidem & subsidere in tempore, & in insidiantem eludere, & occasionem ab aduersario praebitam momento arripere, & aut ui, aut impro-

A uiso astu, quae hostium sunt occupare, occupataque tueri, bonorum sunt imperatorum opera: & breuiter, egregie cautum, subdolumque ducem esse oporteat: quod huius quidem artis est caput. Ad ea uero, mirum si ullum quis exercitium magis appositum esse dicere possit, siue de partis tuendis, siue erroribus corrigendis, siue praesentendis aduersarios consilijs loquamur. Sunt autem aliorum exercitiorum multa, quae adeo contrarios his efficiunt eos quos exercent, inertes forte, aut somnolentos, aut hebetis animi reddentes. Equidem quotquot in palaestris dimicant, corporis obesitatem magis, quam uirtutis exercitacionem consequuntur: unde quidam usque eo sunt incrassati, ut uix etiam respirare possent. Isthinc sane, qui uel ad bella gerenda, uel ad regia politica ueobeunda munerata (quae subus propemodum potius, quam his committi poterant) essent idonei, nullidum prodierunt. Sed cursum fortasse, & cetera quaecumque gratiale reddunt corpus, exercitia, me laudaturum suspicaberis. Ego uero nihil minus, artem esse moderatam uolo: quae si modum excedat, iam bona esse desinit. Qua ratione neque cursus ipse commendo, ut qui nimium extenuent habitum corporis, & ne tanullum quidem uirtutis habeant exercitacionis. Non enim celeriter fugiendo, sed fortiter stando pugnandoque paratur uictoria. Neque superiores erant reliquis Lacedaemonijs, quod uelocissime fugerent, sed quod consistere ausos aduersarios submouerent. Iam si ad sanitatem respicias, quatenus quidem inaequaliter corporis exercentur membra, eatenus ualido laeditur: necessario namque fit, ut alia quidem defatigentur, alia autem sint omnino ociosa. Horum uero neutrum bonum: sed utrumque & morborum seminarium est, & uires in primis debilitat. Quapropter eam potissimum exercitacionem laudo & probo, quae & corpus conseruare ualidum, & membra retinere integra compositaque, & animum praeterea uegetum alacremque reddere, potis est. Quae profectio paruam huic sphaerae facultas adest. Illa enim cum omnes animi partes permultum uiuet, tum etiam corpus ex aequo una maxime exercet: ad sanitatem plurimum confert: temperatam reddit complexionem: nec nimiam corpulentiam, nec exilitatem nimiam afferens: ad eas res quae uiribus egent sufficiens: ad eas quae celeritatem requirunt, utilis est. Et haec quidem sunt quae ad eius spectant uehementiam, qua nulli prorsus aliarum haec est inferior. Insuper autem quod & placidissima sit, age deinceps uideamus. Quod inde cognoscemus commodissime, si diuersas consideremus aetates. Siue enim teneriores adhuc sint ad laborem, siue propter aetatem grauiorem imbecilliores, aut ex morbis etiam dum infirmiores, pila illis licebit exercitari. Quare hoc etiam nomine alijs mihi omnibus esse praestantior uidetur. Certe facilius nullum est exercitium, si leuiter eo utaris. Istud uero tum fiet, ubi mediocritatem in eo seruaueris, haec tenusque fueris usus, ut ne modum excedas: partim, si progrediaris paulatim: partim, si in loco consistas, nec nimium te defatigas. Praeterea uero & molli frictione cum oleo, & lotionibus calidis utaris. Istud namque omnium lenissimum est: quod lassatis requiriturisque utile in primis, & ad debilitatas uires reuocandas potentissimum existit: iunioribus iuxta senioribusque maxime conducibile. Iam quae in hoc pilae exercitio sint laboriosiora, quaeque rursus leuiora, ea quidem probe sunt isti cognoscenda, qui recte conuenienterque uelit illa exerceri. Etenim si forte necessarijs quibusdam operis (quales quidem saepe nobis multae contingunt) immodice te defatigaris, siue in superioribus id fuerit partibus, siue in inferioribus, uel manibus solis, uel pedibus: licet tibi in hoc exercitamento, istis quae iam defessae sunt, partibus quiescere, motum uero omnem in ceteras quae iam ante prorsus ociosae manserunt, transferre. Nam quum ex conuenienti distantia rite pilam iacularis: & nihil pedibus, aut saltu parum uteris: inferiora quidem conquiescunt, laborant autem superiora. Sapius autem intercurre, celerique ex longiori distantia, & ratiore uti iaculatione, magis inferiora lassat. Sicuti concitatum in illo ueloxque, sine fortiore contentione, spiritum potius exercet: alterum uero quod complexibus, iactationibus, prehensionibus constat: quantum uelox & ipsum, corpus potissimum intendit,

C firmatq;. Quod si intensius fuerit hoc & cōcitatus, corpus & spīritū fortiter exercita-
bit, & in omniū euadet exercitacionū laboriosissimā, uehementissimāq;. Ceterū qua-
tenus iuxta quodq; huius exercitacionis genus, se uel intēdere, uel remittere cōueniat,
scribi sanē nō potest. Quantitas nanq; in unoquoq; exponi quidē nequit: in ipso autē
opere & inueniri, & ostendi potest: in quo profectō uis omnis consistit. Neq; utilis est
qualitas quā in quātitate corrūpitur. Istud ergo p̄dōtibz, qui his exercitacionibus
iuuenes instruit, relinquendum est. Atq; ut sermonē tandem absoluā, inter alia eius
quā recensui commoda, neq; hoc esse prātereundum uidetur, quod maximē omniū
extra pericula sit, quā frequenter adeo in reliquas cadunt exercitaciones. Celeres es-
nim cursus iam multos rupto uase Epicuro, perdiderunt. Quemadmodum & uo-
ces magnā uehementesq; uno tempore confestim emissā, maximorum non paucis
malōrum causa fuerunt. Sic equitaciones etiam concitatae, saepe renes ruperunt, &
pectori frequenter nocuerunt: poris quoq; nonnūq; spermaticis: ut ea tamen in
rim incommoda prāteream, quā ab ipsis equis existere solent: ita ut multi equitum
fellis excussi subito sunt exanimati. Similes hīs, saltus, discus, & quaecunq; nimis cor-
pus inflectunt, exercitia sunt. Nam de illis qui ex palāstra nobis proficiscuntur, quid
attinet dicere? qui pleriq; nihil minus Homericis illis Litis manci passim sunt. Quod
enim dicit poeta ille:
Et claudas, & rugosas, & lumina laesas:
Sic ē palāstra cos uideas aut claudos, aut distortos, aut fractos, aut aliqua omnino par-
te mutilatos, redire. Quamobrē quum hanc quoque secutitatē ad reliquas commo-
ditates parua huic pilae adesse cernamus: nimirum aliarum utilissima haec exercitacio
merito censenda est.

F I N I S.



OPTIMAE FRUGIS IUVENI IOAN. LOCERO

filio, amico sincerissimo suo, Ioan. Fichardus S. D.

D

Quoties egregia in me beneficia tua, propensamq; semper erga me animi tui beneuolentiā mecum reputa-
re frequenter autē reputo magnopere mihi studendum uideo. Locere mi charissime, ut illis aliqua saluti ex
parte respondeā. Id uero quū hactenus & Edelbergae, & Eriburgi, quando mihi familiariter conuiu-
bas, solū
lō conmittere, sperabam aliquando futurū, ut nihil his amplius deberem. Nunc uero quod sic inopinata
reuocatione sis a me distractus, ut dubium sit, an unquam etiam post simus conuenturi, uehementer equidem
doleo, uarias te demerendi occasiones mihi simul ademptas esse: maximus quippe amicitiae nostrae usus est
cibus: & mihi reliquum ferē nihil, quo erga te porro gratus esse possim. Vt tamen beneuolentiā gratitudinēq;
mea documentū apud te & monumentū aliquod extet, hoc interim Galeni Consilium, te etiamdum hic praes-
sente, per me cum libellis prioribus tralatum, tibi suauissime Locere, nuncupo: quando iam non est
aliud quo profectum nuper te prosequar, mnemosynon. Quod si ille locis aliquot tibi minus satisfecerit, (quod
idem de prioribus quoq; libellis tibi cum patre comūibus, dico) id uel infantiae meae, uel qui candor est
huic tempori, non auctori, qui consummatissimus est, adscribas. Scis uero tu, optime Locere, in quo strēpente
quanta temporis angustia, quā crebro aliorum negotiorum inter cursu, illos transtulerim: ut nihil mirum sit
ipsam uersionem nonnunquam turbidiorē fluere. Hāc itaq; ipse quum noris & uideris, eris tanto acuatior
mihi: qui si domi illos per iustum ocium publico adornassem, effecturus eram fortasse, ut sui similitor aut
legeretur. Interea uero tu munusculum hoc nostrū chartaceū, animo benigno suscipe: & in Galei lectore
perpetua diligentiq; sic perseuera, ut, quā de te spem omnes concepimus, praestantissimū Medicum par-
tuum non aequas solum, uerum etiam superes. Quod ipsum, quanquam insigniter magnum,
tamen efficies, si earum commodatum, quae tibi plurimae obtigerunt, temere nul-
lam neglexeris. Bene uale chariss. Locere. Et me amare perge.
Basileae Idibus Decembris. Anno Domini

M. D. XXX.

CLAVDII

CLAVDII GALENI

170

PERGAMENI CONSILIVM PVERO COMITALI
MORBO LABORANTI SCRIPTVM.

Ioanne Fichardo Francofordiano interprete.



Ego uero, Ceciliane, consilijs nostris te nihil opus habiturum, ad filij
tui morbum opinabar: quandoquidem Dionysius, qui iam antea ui-
derat illum, eratq; tecum Athenas rursū abnauigaturus, sufficiens
esset, & praesens quae conueniret agere, & item abiens consiliū quod
ad eius morbi ingenium pertineret, relinquere. Nam & me praes-
entem unquam puerum, neq; a principio morbi eius naturam, uel etiam nunc quom-
modo ille se habeat, (nisi quantum a uobis audio comitalibus puerum paroxysmis
corripi) cognouissem. Verum quando negligentiam ista magis, quam iustam excu-
sationem arbitraris, eamq; propter hanc modō me operā refugere (quod nunquam
tamen consueui) censes, suscipiam sanē tuam in gratiam, quicquid istud est laboris:
rationēq; tibi filium tuū, hoc in comitali morbo curandī, conscribā: in qua profectō
necesse est Idiotā & circa modum eius, & utendi tempus, nō nihil errare. Nam in alijs
abunde nobis demonstratum est, quā non possibile sit citra curatiuā Methodi no-
titiam, quenquam morbis, uel etiā minimis, uel etiā maximis istis, cuiusmodi Epi-
lepsia est, recte mederi. Ceterum & Dionysius ipse, antequam tu cōsiliū istud a me
exigeres, de uniuersa pueri cura prior mecum contulit, & in communi ea de consul-
tauit: cui quidem perfacile tum meam exponebam sententiam, ut qui statim omnia
quae afferebantur, intelligeret, inq; nullo falleretur: probē uidelicet hanc circa omnia
di Methodū exercitatus. Apud te uero quonam modo orationem instituam, nō sa-
tis inuenio. Etenim si hoc agam, ut in ea exacte nunc omnia exequar, multis quippe
distinctionibus opus erit: atqui reddetur haec, quantum ad hominem Idiotam, hoc
interim modo obscurior. Rursū uero, si distincta sit ista perspicuaq;, iam exactum
illud, absolutumq; amittit. Et haec quidem sunt, quae ab hoc me conscribendo confi-
lio dehortantur: quanquam alioqui uel imprimis tibi cupiam gratificari. Videor au-
tem eō mihi propemodum adigi, quō aliquando Phydias, qui post illud Mineruae sta-
mulachrum, sculpere coactus est seorsum, nunc quidem digitum, nunc uero brachi-
um & pedem, nunc nares, nunc aures, & hoc pacto reliquorū membrorū singulatim
quodq;. Nam mihi tanquā expressa quaedam imago, absoluta uidetur compluribus
libris Therapeutici Methodus: parū illa quidem, aut nihil Idiotis unquam, sed neq;
Medico cuius profutura. Nunc uero quando me cogis, ut de una artis huius parte,
absq; aliarum complexu disserā, concedam sanē tibi, & parebo: qualeq; praesens ex-
pōsit negocium, Consiliū diligenter cōscribam. Satis est enim homini, rem medicā
nō prorsus p̄docto, sed alioqui tamē nō illiberaliter instituto, talibus cōmentarijs uti,
ut ne enormiter in rebus medicinalibus committat. Medicis igitur opus De meden-
di methodo, cōscriptum est: tibi uero & alijs, quotquot Logicis quidem artibus estis
imbuti, uerū Medicinae imperiti, ex hoc libello parem, arbitror, utilitatē ferre licebit.
Studebo autem, quantū in me est, ut exequar clarissimē, qua puer ille uiuendi ratione
usus, iuari, & minus deinceps minusq; ab ijs quae accidunt ex inopinato quotidie,
ladi possit. Inter alia igitur quoad fieri potest, diligenter erit obseruandum: quandoquā
dem necesse est illum incidere nonnunquam frigus, ardorem uehementem, uentos
ualidos, lotiones nociuas, alimenta stupefacientia, cursus uertiginosos, fulgura, tonia
tua, uigilias, indigestiones, tristitiā, iram, laborem, & alia huiusmodi, quibus maximē
corpus cōmouetur & concutit, morbiq; memoria renouatur, & deniq; paroxysmus

FF

C generatur: hæc, in quâ, multū erunt obseruanda, ut si præcedentibus illis paroxysmus subsequatur, ab omni prorsus interea cōmōtione quiescens, domi se cōtineat: diciturque utatur admodum tenui, dum extra paroxysmi laborem corpus constituatur. Quæ uero tenuis diæta sit, iam antea notum tibi arbitror: & in sequentibus quoque de hac nec pauca leges. Sed tempus iam, ut hinc præsens negociū aggrediamur. Appetente uere, (sic enim ferè cōiungit mouere eos morbos qui ex interuallo redeunt) purgari puerū uolo mediocri purgatione. Huic uero præsit, præsensque adsit Dionysius, qui probe nouit, quomodo sint huiusmodi corporis purgationes conficiendæ: quoque utendum in his pharmaco: tum quo sint illæ, quantoque tempore adhibendæ; nam & nobiscum de his omnibus iam tum contulit. Quare quum Athenis presentem animam meam Dionysium habeas, in eo te omnem quoque meam de hac cōsententiam habere putes. Post eam purgationem, si Dionysium forte abire contigerit, puerumque Athenis relinquit, hac ille deinceps uiuendi ratione uti debet. Manè quidem electio postquam surrexerit, priusquam ad præceptores commet, paulisper obambulet: sed neque celerari, neque concitatore gradu. Deinde uero literis, donec tempus sit palestram ingrediendi, pro consuetudine uacet. Istihinc porro ubi primum discesserit, iterum obambulet: sicque pædotribam deinde accedat: hunc autem, ut si quem alium comitum qui puero præficiuntur, bene cordatū & consideratū esse oportet. Qualem quidem difficile est inuenire, in istiusmodi uidelicet hominū delectu, qui rudes omnino & astutissimi, animoque non minus quam corpore crassi existunt. Neque uero tanquam leue quiddam hoc tibi negligendum est, ut filium tuum cuius cōmittas: uerum ita habere, curationis huius summam in duobus consistere: usu nempe dati à me tibi pharmaci, & exercitationibus: reliquorum enim omnium apparatus his subiacet. Pædotribam igitur tibi deligat Dionysius, qui probe exercitationum uim habeat cognitam. Primum quod ad modum eius attinet, norit ante laborem puero quietem concedere: tum corpus uniuersum calfacere, & mediocriter euacuare. Vtrunque autem hoc, uno eodemque sit tempore: dum enim sufficenter quod est superfluum euacuatur, corpus quoque interea satis incalescit. Aliquando uero interquiescat puer in his exercitationibus, quem admodum & à principio antequam laborem fuerat aggressus. Nam quod ultra iustam tempus exercitium protrahitur, robusta etiam corpora frangit, habitudinemque ipsam haurit: tum uero in articulis maxime musculisque colliquamenta congregat. Unde postea & languor sequitur uirium, & dolor quidam uelut ulceris, ubi mouere membra aliquod sunt conati: quod deinceps citra difficultatem non possunt. Quare non consideratum modò, uerum & mediocri exercitij peritum esse pædotribam illum oportet, ut neque citius quam par sit, desinat, securitatem ueritus fatigationem: neque calfaciat euacuetque penitus omne superfluum: qui quanto puero labore oportet grauari, norit. Et modus quidem exercitationum is esto. Ipsa uero exercitatio sic huiusmodi, ut confirmet uniuersas corporis partes: inque his potissimum caput & uentrem: præsertim quæ circa orificiū eius sunt. Quomodo uero sit hoc efficiendum, deinceps exequar. Principio quidem quoniam uehemētes exercitationes caput ipsum oppriment, abstinere ab his illum iubeo. Deinde, si tamen necessitas exigat, istis aliquando uti, et sublimi crectoque capite inferiora exerceat: exque ijs maxime crura. Tertio à paruis leuatis que commotionibus pædotriba ille incipiens, ita deinceps uehemens ueloxque sit, perinducat. Confertim enim ualidiores aggredi exercitationes, non imbecillibus modò, uerum & robustis corporibus summè nocuum existit. Est autem & frictio inter exercitia, non postrema habenda, debilibus præsertim corporibus. Sæpenuero enim sit, ut si decenter uel sola illa fiat, reliquis deinde commotionibus nihil opus sit. Hæc uero primum continenter, paulatimque à superioribus ad inferiores uel que partes, quæ subter manus sunt, deducenda est, donec corpus rubescat: à brachijs manibusque sumpto initio. Et ita deinceps ad pectus uentrem que procedendum

Frictio.

A dendum, posteaque crura fricanda, ut in ea uidelicet ex superioribus humidæ materiæ deducantur. Et tum demum ad caput ueniendum. Illud namque primum aggredi non satis tutum est: quoniam si redundans sit corpus, ad eam partem quæ calfacta prior est, mox superfluitates omnes contrahuntur. Quapropter caput reliquarum partium postremū, ut modò dictum est, fricare oportet: citra pinguedinem tamen, quum in alijs partibus oleum absque periculo possit adhiberi. Caput igitur aliquis fricato, alij autem duo pectus & uentrem, & duo rursus alij crura: hocque tali modo & post exercitationes, & inter eas per omnia reliqua membra faciāt. Inde enim fiet, ut & citius corpus refocilletur, & minus refrigeretur, nam huius quoque præter alia, cura esse debet. Obseruare autem conueniet cum alia multa, tum & hoc, ne confestim post exercitium palestram egrediatur: uerum posteaquā satis iam spiritus refederit, & eius exercitiationis cōturbatio cessauerit. Interim sydoni caput eius diutius fricandū est, tum pectine sæpius utendum. Quibus ita curatis, ad prandium abire debet. Ante illud uero aliquid subducentium uentrem holerum, aut iurium, aut pissinæ, aut oleorum, cum tertia panis parte ei apponant. Reliquæ autem duæ partes, in ipso prandio cum cibis solidioribus præbeantur. De quibus paulò post dicitur, ubi prius illos omnes, qui citra nocuentū sumi possunt, exposuero. Holeribus igitur, lactucis, maluis, atriplicis, bliti, nolo semper abstinere: quemadmodum nec semper his cum uti uolo: sed aliàs aliud modicè sumat. Ex hoc genere sunt beta etiam & brassica, quæ ipsæ quoque modicè sunt degustandæ. Similiter & porro, & apio, & smyrnio uti nonnunquam conducit: & breuiter, hortensibus omnibus, quotquot non omnino crudam & indigestibilem naturam obtinent, cohibentque tum suorum ipsorum, tum aliorum ciborum superfluitates. Mora igitur, & quæ præcocciā nominant, & ficus, quæque his similia sunt absque periculo gustari possunt: tum & ea quæ Colocyntha uocatur, mollissima quoque holera non magis nocent: sicut nec scyopepones, nam obsunt ceteri qui tales non sunt. Vuis quoque maturis interdum puero uti permittendum est, malisque & piris: paucissima tantum raròque illi offerri debent, non ea tamen quæ in arbore pulchre maturuerunt, sed & illa, quæ condita sunt asseruanturque. Est uero de omnibus huiusmodi fructibus qui ad reponendū idonei sunt, illud probe tenendum, nihil simile ueteribus recentes habere. Possunt autem reponi & mala, & pira, & arboreorum fructuum plerique: præterea quæ damascena nominantur, & caricæ, eiusdemque generis phœnicobalani: quibus non prorsus illi interdico, sed tēpestiue tamen modicèque illi proponi, uolo, quod quidem quouis obseruare die, aut sæpius, consulo. Et ut summam qui cibi malos generant humores, cōprehendam: omnes qui aut aluū cohibent, aut flatuosi, aut concoctu difficiles sunt, aut alioqui frequentius, aut plus æquo sumuntur, non huic solum morbo, uerum etiam ceteris omnibus nocere consueuerunt. Quæ igitur hæcenus de uiuendi ratione disseruimus, ad reliquos etiā morbos plerisque facere possunt. Ceterū quod ad hanc proprie passionem attinet, in eo consistit, ut obseruentur potissimum cibi phlegmatici: qui etiam si ceteris sunt non insalubres, quando tamen humorē aut uiscosum, aut frigidum, aut densum habent, rarò sumendi sunt. Tales autem sunt atriplices, blitū, malua: à quorum quidem usu illum non prohibeo, sed ne assidue istis utatur interdico. Huius generis sunt colocyntha, & his magis etiam cucumeres, & mala, & pira, & quæcunque phlegmatici, crassi, ac glutinosi humoris sunt, aut alioqui pessimum alimentum habent: & fungi, quos mycetas uocant. Ab his igitur omnibus, ut prorsus puer abstineat consulo: similiter & rapis, & cunctis quæ radicem habent comestibilem: crassi enim, & digestu difficili omnino succi sunt, quæcunque alia similia: præter ea quæ acrimoniam calorem que obtinent, uelut Staphylini & raphani. Sed raphanus quidem ex interuallo dierum aliquot uti illum nihil impedio: uerum à Staphylinis continere se consuecat, & magis etiam rapis. His autem ille cibis ad copiam usque

C uesci poterit quicumque acerbis quiddam & acrimonia, citra notabilem cacochymiam odoremque capiti grauem, habent. Ex hoc uero numero sunt omnia quae calore caput opplent, sicuti uinum, napy, petroselinum, staphylinus, crocyum, smyrius: haec enim supra modum aestuantia, humorumque perniciosorum sunt. Napy, quamquam appetitissimum alioqui ad crassos humores dissipandos, hic tamen ut caput impetens uitandum est. Oxymelle autem confidenter, uel etiam si quotidie uelit, uti licebit. In eo quoque Capparis sumi potest, & condimenta quaedam leuia: oleo uidelicet pauco admixto, quatenus ad edulcandum obsonium necesse est. Et hoc quidem instar etiam remedij cuiusdam erit huic morbo, praesertim si acrimonia eius per Scillas sit praeparata: quod omnes nunc Scilliticum nominare solent. Illud autem ego, si quod aliud, cum horum altero, cum quotidie sumere iubeo: capparim dico, aut condimentum quod Oxymel respiciat, habens. Quod si praeterea bibere quoque Oxymel puer uelit, conuenienter praeparatum esse debet: non extemporaneum, aut ex brodijs utriusque compositum. Verum quo pacto sit illud apparandum, paulo post praescribam. Aqua autem multa temperandum est: nam & dulcius ita fiet, & hyeme calorem quoque auferet. Caeterum aestatis tempore, frigidus saepius eo uti nihil obfuerit, si & calor sit maior, et frigus uehementior, ipse praeterea bibens frigida potio non sit insuetus. Praeter autem alia, sitis in primis expers istud est Oxymel, quod non dulce nimis, sed aqua frigida largius sit temperatum. Equidem mihi saepenumero ad curandos eodem hoc morbo laborantes pueros, sufficiens fuit, post primam illam purgationem, quum de solita uiuentia ratione nihil immutarem, Oxymel hoc prebuisse, & pharmacum istud ministrasse. Verum enim uero quando neque naturam filij tui coeptam habeo, neque quantum morbus inualuerit, noui: neque etiam praesens ipse futurus sum: diuinare sane non possum, quibus ille auxilijs minus opus habeat. quare satius arbitror de singulis hic praecipere. Post exercitationes igitur, in prandio Oxymelle, ut iam dictum est, & holeribus quibusdam, oleis, castaneis, ficis, caricis, utatur. Non tamen omnibus simul quoquo die, sed unum & simplex esse debet quod sumit. Quomodo uero in his singulis quotidie diuina sit uarianda, breuiter percurrā. Secundum hoc ergo tempus, quemadmodum diximus, reliquis etiam fructibus puer, si eos concupiscat uescatur: quamquam alioqui praescribit illis abstinere, non tam morbi eius curandi gratia, quam ad uniuersam ad eam ualitudinem tuendam: sicuti nos quoque uides omnibus ferme huiusmodi fructuum chris abstinere. Verum nos hic non philosophis uiuendi modum praescribimus: nihil minus tamen optabilissimum erat futurum, his puerum non ob huiusmodi passionibus curam, sed omnem etiam uitam reliquam, parere. Mandandum igitur, illi & manus fesse & in tempore huiusmodi edulia, quae non magnum adferunt incommodum, offerri: ne forte clanculum is intempertiusque illa sumens magis etiam laedatur. Solent enim auidius & copiosius sese desideratis explere illi, qui his palam uti prohibentur. Et hac quidem ratione multa pueri edulia uel non salubria, dum tamen non multum etiam noceant, concedo: satius esse ratus ea & palam, & tempestiue, modoque debito praebere, quam committere ut hi uehementi cupiditate compulsi, importune illa, confertim, immoderateque ingerant. Et haec quidem circa alimenta sic obseruentur. Deinceps uero, quod reliqui superest temporis, tranquillae deambulationi dari iubeo, antequam ad disciplinas reuertatur. A quibus ubi redierit, iterum deambulare cum ante coenam uolo. Et sic postea panis ei reliquae duae partes ponantur, cum alijs singulis, sicut dictum est. Carnibus quidem omnium fere uolucrum, praeterquam aquaticarum Quadrupedum uero omnium, in primis abstinendum. Quod si necesse sit his etiam ali quando uti, domestici quidem suis ijs quae carnosae non sunt, & uentre: syluestris autem carnibus quoque uescatur. Hocedos etiam gustare potest: nonnunquam & lepores: omnes tamen bene conditos, aut citra nidorem assatos. Licet autem & simpliciter aqua parare, anethi dulcorē, porrū, oleum, salemque habente. Citra uero nidore quomodo

4. recte assari possint, ut scias, furnos nostrates contemplato. Iam quod ad Aquatilia pertinet, Ostrea cuncta nocua sunt: omnium autem piscium optimi Saxatiles. Ex marinis, quae & ipsa degustanda sunt, sola fere Torpedo ualitudinarijs est idonea. Leguminum praeterea puissana primum, inde lentes, alica, pisa salubria: reliqua uero deinceps noxia sunt. Et breuiter, ea omnia quaecumque uiscosi crassique humoris, flatuosa, multarum superfluitatum, & cooctu difficilia sunt. Unde & supra cauenda esse illa singula monuimus. Et Ostrea quidem, charilaginea, bulbi, cochlea, casei, fungi, carnes bouillae, oua elixa, digestu sunt difficilia: at crassos tamen eorum qui ijs uescuntur, humores reddunt. Alica uero, & suillae carnes, bonum quidem sanguinem, sed interim uiscosum generant. Omnia autem aquatica, superfluitatis nimiae sunt. Sic legumina, praesertim fabae & ciceres, instantia sunt. Puissana autem si non bene decoquatur & ipsa inflat: quare aut recte coquenda, aut ab usu remouenda est. Lenticula quoque si diligenter coquatur omnem flatum concitandi uim amittit. Ea tamen non est nimis utendum, crassum namque humorem parit. Quantum igitur ad quotidianam uiuentiam rationem fuerit necesse, iam satis praescriptum est. Pharmaco autem praeterea Scillae, a me tibi ministrato, post purgationem, quam appetente Vere fiendam arbitratus sum, quoquo die filius tuus antequam in palaestram eat, utetur. Et sane nisi uehementer grauis induratusque sit morbus ille, spero me quadraginta illum dierum spatio, perfecte hoc pharmaco pristinae sanitati restitutum. Sic etenim innumeros ipse pueros curauit, nullo usus ueratro. Post purgationem uero priusquam hoc pharmaco utatur, bibete semel atque iterum absinthium debet. Oxymel autem si sit acutissimum, quartam habet acrimoniae partem, ad mel collatum: si dulcissimum, octauam obtinet. Reliquae uero interim mensurae quanto magis in utroque ad summum accedunt, tanto quoque acoris uel dulcedinis plus accipiunt. Illud autem omnino decoquendum est, sic etenim utrumque commixtum pulchre coibit, & acerbis uehementia tollitur: uis praeterea inflatua mellis coerebitur, & spuma eius hac coctione adimetur. Caeterum & ex fauis paratum oxymel per Graeciam haberi, & Insulas pleraque noui. Quare & hoc tu intrepidè uti potes, Athenis aestate praesertim puero uersante. Quando uero uel dulcius illud, uel acerbius: dulcius aut meracius dari oporteat, meum non est hic exequi: quemadmodum neque alia multa particulatim: sed eius relinquendum industria est, qui praesens curandi corpus contemplatur, & de humorum eius dispositione coiectare potest. Siquidem in crassis & glutinosus, acriori & meraciori: in alijs aut diuersis, diluore & dulciore utendum est. Eodem uero modo & caetera quae haecenus recessimus, omnia, pro cuiusque dici corporis constitutione uel immutare, uel uariare conuenit: ueluti in reliquis etiam morbis singulis. Quare si uel sexcenta quis ei praescripta conscribat, qui in Therapeutica nondum methodo est exercitatus, & inde animus satis instructus: nunquam sane sufficienter eum ad curam instituet, non magnorum modo morborum, uerum ne minimorum quidem ullius. Equidem illud quam saepissime est a me manifestè demonstratum: quum uetera ulcera, & oculorum affectiones, ipsis illorum pharmacis sanarem, quibus priores uis Medici nihil profecerant. Tempus enim medicinae cuiusque, sicut Hippocrates dicebat, ubi quantum praesenti morbo conuenire uidetur, pro uirili administrauimus, alterum iam utilitatis locum habet. Pharmaca uero curauimus potius materiae, quam curationes sunt: quemadmodum id optimis quibusque medicis confessum est. Et quidem absoluta iam mihi haec esset oratio, nisi, id quod a principio diximus, tantae difficultatis esset, demonstrare homini harum rerum imperito posse, quomodo sint ea tractanda: & non praesentem quoque requirerent artificem. Posteaquam autem multi perperam Scillae succum excipiunt, & tu a me discere desideras, quoniam id modo ipse conficiam, huic tractatui eius praeparationem adijciam. Melitera uasa (sic enim uocant Graeci ea quae melle sunt euacuata) apparans, Scillam iniicio, manibus antea tenuiter contritam: deinde angusto cooperiens operculo, & extrinsecus

De Scilla uia
de Diosco. lib.
2, c. 162.

CLAVD. GAL. CONSILIUM IN MORBO COMITALI.

C. toti pellem uasi circundans, diligenterq; obturans, in locū uersus meridiem spectan-
tem repono: bene tamen à septentrionalibus uentis munito tectoq; , ne profus illis
perflatur. Illud autem circa id anni tempus facio, circa quod Canem oriri à Græcis
omnibus est receptū. Ipsa uero dies quadraginta sunt, ante eius quidem occasum
uiginti, & alia numero totidem post illum. His igitur diebus aliquot paulatim strū
uarians, alia aliaq; parte uas soli obuerto, ut undiquaque similiter incalescat. Post id
uero tempus aperiens, in uase Scillæ substantiam coctæ similem inuenio: effluens
tem præterea quendam ex ea humorem, quem excipiens optimo melle edulco.

Eius autem deinde cocleare unum plenū quotidie indigentibus præbeo:

pueris quidem paruum, adultis uero magnum. Præterea super-

stitem quoque Scillæ materiam diligenter tondens, hanc

etiam melle subigo: illiusq; similiter cocleare unū,

ut dictum est, trado. Habet autē hæc,

ut noris, alterum à priore uirtu-

tis gradum. Qui uero

Scillam aqua

coquentes subigunt,

omnē eius uim dissoluunt:

quemadmodum qui aceto ran-

rum preparant, forte quidem efficiunt

pharmacum, sed neruis non

innocuum.

F I N I S.

BASILEAE IN OFFICINA AND.

CRATANDRI, MENSE MAR

TIO, ANNO

M. D. XXXI.